



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

Bosco, Jean a

Lovanii, 1678

Sectio IX. De Matrimonio clandestino.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73432)

514.
Differentia
inter condi-
tionem &
diem.

Hæc tamen est differentia, quod conditio, cum possit esse, & non esse, efficiat, ut partium consensus sit adhuc ambiguus, nec habeat magis rationem absoluti consensus quam dissentis. Dies verò cum certo sciatur ventura, efficit consensum ab initio determinatum & absolutum, sed qui ante tale tempus non sit perfectus & sufficiens, ut causet suum effectum. Unde si alteruter ante diem constitutum moreretur, aut revocaret consensum, nunquam inter eos esset Matrimonium.

Unde hic contractus similis est donationi, mortis causa factæ: nisi quod hæc licet ante mortem revocetur, ille verò, nisi subita justa causa, illicitè revocetur. Quod si tamen accideret causa sufficiens ad irritanda sponsalia, licetè revocaretur. Hæc tenet G. ninck. Cui lubens subscribo, recedens à S. chio, si forte plus aliquid velit, quod meo putato. Et quia nihil aliud succurrat, hæc tenet præsentis Conclusionis & Sect. sequitur

SECTIO IX.

DE MATRIMONIO CLANDESTINO.

1.
Matr. dicitur
clandestinum
tribus
modis.

Glossa in c. fin. de Clandestina desponsatione, verb. *Clandestina*, sic inquit: *Dicitur clandestinum Matrimonium tribus modis. Uno modo cum non habentur testes; supra cap. proximo. Secundo, cum non sit cum solemnitate, 30. q. 5. Aliter. Tertio dicitur clandestinum, quod sit contra tenorem hujus constitutionis, videlicet non præmissa denuntiatione.*

Hostenfis.
Abbas.

Hostenfis verò, inquit Abbas ibi, ultra hanc Glossam enumerat alios modos, & tandem dat regulam generalem, dicens: quod Matrimonium contractum contra prohibitionem Ecclesiæ generalem vel specialem, expressam vel tacitam, dicitur clandestinum, & habet locum poena hujus cap. Hæc ille. Qui propterea citatur pro hac sententia, quam & Alii plures docent apud Sanchez lib. 3. disp. 1. n. 1.

Sanchez.

2.
Probat
omne Matr.
quod est con-
tra prohibi-
tionem Ec-
clesiæ esse
clandestinum.

Inniti autem potest huic fundamento, ut notat Sanchez ibi: quia cum propriè Matrimonium clandestinum id dicatur, quod clam, & non in facie Ecclesiæ celebratum est, eo nomine notari meretur etiam id Matrimonium, quod indignum est, ut in conspectu Ecclesiæ appareat, ab eaque approbetur; tale autem est omne Matrimonium, quod contrahitur contra prohibitionem Ecclesiæ, puta, sine testibus; contra fidem priorum sponsalium; ante legitimam ætatem; tempore quo nuptiarum solemnitas ab Ecclesia interdicitur, vel sine denuntiationibus. Immo & illud, quod consummatur ante nuptiales benedictiones.

3.
Sanchez pu-
tat tantum
esse duas
species Ma-
tri. clande-
stini.

Interim putat Sanchez supra n. 3. rationi conformius esse, ut duo tantum sint Matrimonii clandestini species. Clandestinum enim (ut nomen ipsum præ se fert) dicitur, quod clam sit; unde id solum Matrimonium dicitur clandestinum, in quo aut testes deficiunt, & proinde clam omninò celebratur: aut denuntiationes, ad perfectam ejus publicationem ab Ecclesia petitæ, desideran-

tur: cæteris enim solemnitatibus non clandestinum, sed minus solemnè appellabitur: Hæc ille, cum Aliis, quos Quibus adde Basilium Pontium lib. 4. n. 1. Dicat. hic disp. 3. n. 2. Constat de cram. disp. 27. n. 1.

Verum enim verò cum ætymologice nomen sæpius fallat, & nomen non solum significet, quam ratio nominis permittit, quidni, dicit aliquis, in præsentis sententia Potuit quippe Ecclesia extendere illud nomen ad significandum omne Matrimonium, quod contra suam prohibitionem celebratur, aut consummatur: & multi hæc non infirmæ notæ, putant sic extensisse.

Respondeo: etiam plures sunt, qui extensam, non sic extendit, usque non minus sunt auctoritatis, & ratio ætymologica nominis eis faveret; ergo potius ipsi adhibendum; cum nihil sit, quod cogat recedere nam fundamentum opponeat sententiam, quæ tunc ostendit, sic potuisse ab Ecclesia non autem sic factum fuisse aut debuisse ab Ecclesia. Immo non factum debuisse detur satis insinuari à Concilio sess. 24. in Decreto de reform. Matrimonii ubi solum fit mentio denuntiationum, & præsentis Parochi cum duobus testibus, in progressu clariùs apparebit. Sappone ergo Concilium, per Matrimonia clandestina, de quibus ibi tractat, solum tantum propriè loquendo Matrimonia, que contrahuntur vel sine Parocho & testibus, aut certè sine denuntiationibus. Hoc præstatato: Dico primò:

CON.

CONCLUSIO I.

Matrimonia clandestina antiquitus semper fuerunt prohibita; non semper irrita.

DE hac Conclusione, tam quoad primam partem, quam etiam quoad secundam, non est relictus dubitandi locus. Ecce prima prohibitio, scripto tradita ab Evaristo Papa Epist. 1. (& refertur cap. Aliter, 30. q. 5.) ibi: Similiter custoditum & traditum habemus, ut uxor legitime viro jungatur. Aliter enim legitimum (ut à Patribus accepimus, & à S. Apostolis, eorumque Successoribus traditum invenimus) non fit conjugium, nisi ab his, qui super ipsam feminam dominationem videntur habere, & à quibus custoditur, uxor petatur, & à parentibus aut propinquieribus sponsatur, & legitime doretur; & suo tempore Sacerdotaliter (ut nos est) cum precibus & oblationibus à Sacerdote benedicatur & à paronymis (ut consuetudo docet) custodita, & consociata à proximis, tempore congruo petita, legibus detur, & solemniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant, ut bene soboles generentur, & Domino in actibus suis placeant. Taliter enim & Domino placebunt, & filios non spurios, sed legitimos atque hereditabiles generabunt.

Quapropter filii charissimi & merito illustres, fide Catholica suffragante, ita peracta, legitima scilicet esse connubia. Aliter vero præsumpta, non conjugia, sed aut adulteria, aut consuberna, aut supra, aut fornicationes, potius quam legitima conjugia esse non dubitate, nisi voluntas propria suffragata fuerit, & vota succurrerint legitima. Hactenus Pontifex.

De hoc decreto, an sit solum prohibens, an verò etiam irritans, vide quæ diximus Sect. 5. Concluf. 3. ubi de Matr. inito sine consensu parentum, cuius etiam ibi meminit Evaristus. Si non est irritans respectu huius Matrimonii, ut ibi ostendimus non esse, neque erit irritans respectu Matrimonii clandestini. Ad veritatem 1. partis nostræ Concluf. sufficit, ut sit prohibens.

Dixi autem consulto: Prima prohibitio scripto tradita; quia hanc constitutionem ab Apostolis emanasse sine scripto per traditionem, satis significant ista verba: Ut à Patribus accepimus, & à S. Apostolis &c. Et procedente tempore à multis Pontificibus & Conciliis hæc constitutio confirmata fuit; ut proinde, quamvis sit prima, non tamen unica seu sola. Confirmationes illæ videri possunt apud Pontium supra n. 2.

Subscribo eam, quæ habetur in iure communi cap. 3. de Clandest. Despons. Cum in-

hibitio copulæ conjugalis, sit in ultimis tribus gradibus revocata, eam in aliis volumus strictè observari. Unde Prædecessorum nostrorum vestigiis inherendo, clandestina conjugia penitus inhibemus: prohibentes etiam, ne quis Sacerdos talibus interesse præsumat. Quare specialem quorundam locorum consuetudinem ad alia generaliter propagando: Statuimus, ut, cum Matrimonia fuerint contrahenda, in Ecclesiis per Presbyteros publicè proponantur, competentem termino præfinito: ut infra illum, qui voluerit & valuerit, legitimum impedimentum opponat: & ipsi Presbyteri nihilominus investigate, utrum aliquod impedimentum obfistat. Ita Innoc. III. in Concilio generali Lateranensi cap. 51.

Porro novissimè Concil. Trident. hanc veritatem apertissimè declaravit sess. 24. in Decreto de reform. Matr. c. 1. sequentibus verbis: Tamestsi dubitandum non est, clandestina Matrimonia libero contrahentium consensu facta, rata & vera esse Matrimonia, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit (per hanc loquendi formulam, inquit Pallavicinus Histor. Concilii Trident. lib. 23. c. 8. illæsa in se relicta est utraque opinio, an ea irrita fecerit, nec ne Evaristus) & proinde jure dammandi sint illi, ut eos Sancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera ac rata esse negant &c. nihilominus sancta Dei Ecclesia ex iustissimis causis illa semper detestata est, atque prohibuit.

Rogas; quæ sint illæ iustissimæ causæ? Responso patebit ex iis, quæ dixit Lotaringus in Concilio Trident. dum quæreretur, an Ecclesia posset irritare Matrimonia clandestina, utputa: Quamvis non expenderentur offensæ, quæ in Deum inde proveniebant, sed solum civilis status detrimenta, liquido cognosci, non utilitatem modò, sed extremam necessitatem, ea irrita faciendi. Præterea; amitti cuncta bona, quæ in Remp. redundant, ex legitimorum conjugiorum institutione, & ex vagorum prohibitione. Quatuor numerari huiusmodi bona: Cognationum unitatem, Fidem conjugalem, Beneficium prolis & Gratiam Sacramenti. Amitti maritalem fidem, dum alter conjugum, arbitrato suo, potens nodum conjugalem negare, sæpè illum, si non coram Deo, ante conspectum hominum præcidebat, atque adulteram quasi uxorem, impune in torum inducebat, uxore veluti concubinâ repulsâ. Præterea; Ecclesiæ occasionem frequenter præberi, rejiciendi veri conjugii, & adulterii tanquam veri conjugii comprobandi. Bonum prolis amitti, quandoquidem sæpè contingebat, liberos legitimos despici tanquam nothos; nothos verò tanquam legitimos anteferri: ac denique ob tam grave delictum, Sacramenti gratiam in sceleris sordes converti.

H h h 3

Hæc

Alia prohibitio Innoc. 3. c. fin. de Cland. despons.

8. Hanc veritatem apertè docet Concil. Trident.

Pallavicinus.

9. Quæ sint causæ huius prohibitionis, ex Lotaringo.

Pallavicinus. Hæc ille, ut refert Pallavicinus, Hiftor. Trident. lib. 22. cap. 4.

10. *Item ex Sanchez. Prima.* Atque hæc causæ ferè coincidunt cum illis, quas enumerat Sanchez suprà disp. 3. n. 3. dicens. Prima causa est; quia religio Sacramenti postulat, ut magnâ reverentiâ & deliberatione, assistente ministro Ecclesiæ recipiatur: sæpè autem contingebat, clam absque deliberatione, necessariâ ad rem tam arduam, contrahi, unde facilis poenitentia Matrimonii contracti, discordiæque apud conjuges oriebantur.

Secunda. Secunda; quia Matrimonium clandestinum ex modo contrahendi adverbatur fidei ipsius; facile enim erat alterutri conjugum alii committere citra adulterii notam: adverbatur etiam indissolubilitati, sæpè enim cum incognitum esset Ecclesiæ, transibant conjuges ad alias nuptias invalidas, & permanebant in adulterio usque ad mortem. Adverbatur etiam bono prolis, quam negare non est difficile, cum uxor probare conjugium nequeat.

11. *Tertia. & 4.* Tertia; quia sæpè virgines parentum metu Matrimonia consummata negabant, aliisque nubebant, vel invitæ in monasterium includebantur. Quarta; quia inde multæ discordiæ inter contrahentium consanguineos oriebantur.

Vltima. Tandem; quia plerumque contrahentes latent impedimenta aliqua, quæ publicè inito Matrimonio detegerentur, nec Matrimonia inita contraherentur. Ita Sanchez.

Rogas rursum; ubi Ecclesiæ semper fuerit detestata atque prohibuerit Matrimonia clandestina? Jam suprà allegavimus decreta Evaristi, & Innocentii, & plura videri possunt, sicut dixi, apud Pontium suprà n. 2. quæ brevitatæ gratiâ omitto.

12. *Matrimonia clandestina non semper fuisse irrita ostenditur ex Trident.* Verum (prosequitur Trident.) cum S. Synodus animadvertat, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam jam non prodesse, & gravia peccata perpendat, quæ ex iisdem clandestinis conjugis ortum habent; præsertim verò eorum, qui in statu damnationis permanent, dum priore uxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palam contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio vivunt; cui malo, cum ab Ecclesiâ, quæ de occultis non judicat, succurri non possit, nisi efficacius aliquod remediûm adhibeatur; ideo Sacri Lateranensis Concilii, sub Innoc. III. celebrati, vestigiis inhaerendo præcipit, ut in posterum, antequam Matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho tribus continuis diebus festivis, in Ecclesiâ inter Missarum solemnias publicè denuntietur, inter quos Matrimonium sit contrahendum.

Per quæ profectò verba, satis clarè significat Tridentinum secundam partem nostræ Conclusionis; videlicet, Matrimonia clan-

destina antiquitus non semper fuisse irrita; alioquin non viverent in perpetuo adulterio, qui priore uxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palam contraherent.

Quidquid ergo sit de tempore Evaristi, tunc ea irrita fuerint, ut putat Pontius suprà cap. 3. n. 2. nec ne, ut habet communis opinio DD. certum est, tempore Tridentini valuisse conjugia clandestina. Alia non fuisset opus novâ dispositione irritante, si nulla fuisset controversia (quæ tamen maxima fuit, ut patet ex Pallavicino suprà) de potestate Ecclesiæ irritandi ea Matrimonia.

Omitto Constitutionem Alex. III. quæ refertur cap. 2. de Clandest. desponsatione, & sic sonat: *Si Matrimonia ita occultè contrahuntur, quod exinde legitima probatio non appareat; si, qui ea contrahunt, ab Ecclesiâ sunt aliquatenus compellendi. Verum si contra contrahentium hoc voluerim publicare, rationabilis causa præpediat, ab Ecclesiâ irritanda sunt, & comprobanda, tanquam a privatis in conspectu Ecclesiæ contracta.*

Ubi Gloss. verb. *A principio: An quod ab initio non valebat, tractu temporis valeat, sup. de Elect. Quod sicut S. Summ. Arg. contra sup. de Elect. Ductum in hoc hoc suprà de Cens. Scientes. Sed hoc in principio valebat: quoad Deum, licet non quoad Ecclesiâ, sed nunc primo declaratur.*

Videò posse hîc obijci, quod labor legi non dubium, Cod. de ll. Nullum enim patitur, nisi nullam conventionem, nullam contractum, officios eos videri volumus subsequatur, quæ ad legem legem contrahere prohibent. Quod ad omnes etiam legum interpretatim, tam veteres, quam novellas, trahi generalitèr non potest, quæ legi tori, quod fieri non vult, tantum prohibuit, si fiat; ceteraque quasi expressè ex lege voluntate colligere, hoc est, ut ea, quæ legi prohibentur, si fuerint facta, non sunt irrita, sed pro infectis etiam habeantur, licet si fieri prohiberis tantum, nec specialitèr inutile esse debere, quod factum est. In Deciosus & Valentianus.

Quæ lex videtur etiam jure Canonico accepta, in primis à Celestino Papa, quæ actus fuit anno 10. imperii Theodosii, & scribit ad Ecclesiâ Florentinam, ut scribitur c. 2. 35. q. 6. Quod contra interdictum ordinem Ecclesiæ factum est, tanquam nullum, ratum non haberi, tam divina, quam humanæ legis proclamata auctoritate.

Item à Greg. Papa c. Imperiali, 25. q. 2. Imperiali constitutione aperte sanctionem esse, quæ contra leges sunt, non solum irritas, sed etiam pro infectis habenda sunt. Rursumque à Joanne VIII. cap. 10. dist. 10. ubi sic scribitur Ludovico Imperatori: *Vides fili charissime, quia quod contra leges accipitur, per leges solvi meretur. Et maxime confirmatur. Et*

de Matr. contractio contra interdictum Ecclēsię.

Quantum ad Greg. neque ipse acceptat illam legem pro regula generali; sed tantum rescribit, testamentum; quo quaedam Abbatisa alienaverat bona sui Monasterii, secundum leges, etiam Cæsareas, non valere; quod probat partim ex lege Justiniani, quā prohibet Monachum testari, partim ex dicta lege Theodosii, quā voluit, facta contra legem pro infectis haberi.

Venio ad Joann. & dico; ex verbis relatis satis colligi, l. Non dubium, sic intelligendam esse, ut non decernat factum contra legem esse irritum ipso jure; sed irritandum fore à iudice in iudicio, ope exceptionis, & idēo indigere iudicis sententiā. Quid enim aliud significant illa verba: Per leges dissolvi meretur?

Quod & ipsum indicatur in dicta lege, Non dubium, ibi: Sed pro infectis etiam habeantur. Itemque: Nullum contractum inter eos videri volumus subsistentem, quod spectat ad actum hominis, id est, declarari & iudicari debere per hominem contractum huiusmodi nullum seu infectum, ipsum rescindendo. Jam autem Matrimonium semel validum, nequit per hominem rescindi; ac proinde in eo nequit dicta lex, Non dubium, habere locum.

Ex his patet responsio ad Reg. 64. scilicet, in iure aliquando ea dici pro infectis haberi, quæ non omninō firmiter subsistunt, sed revocabilia seu irritabilia sunt; jam autem quod contra juris prohibitionem fit, sæpē tale est, ut per iudicem revocari mereatur; & idēo dicitur infectum, quia non firmiter factum. Igitur Regula illa non alloquitur hominem privatum, sed iudicem, eumque instruit, ut videat, in quo gradu actus sit contra jus, & ita illum puniat & retractet.

Aliquando enim actus non solum est contra jus, dum fit, sed etiam cūm impletur, & tunc sinē dubio irritandus est. De quo casu loquitur l. 6. Cod. de Pactis: Pacta quæ contra leges constitutionesque, vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere indubitat iuris est.

Aliquando autem actus est contra jus irritans; sæpissimē contra jus tantum prohibens; & quāvis tunc à parte rei valeat, potest tamen in pœnam delicti à iudice rescindi, adēoque pro infecto haberi, id est, sic haberi, ac si factus non fuisset.

Nonne lex 1. Cod. de Rescindenda vendit. emptionem male fidei irritam esse docet?

Si pater, inquit, tuus per vim coactus domum vendidit: ratum non habebitur, quod non bonā fide gestum est, male fidei enim emptio irrita est.

Et tamen communis DD. sententia cum Gloss. in d. Leg. verb. Irrita, interpretatur, irritandam esse. Porro irritatio in casu nostro non habet locum, cūm, ut supra dixi,

18. Gregorio.

aut Joanne.

19. Quæ in iure dicantur pro infectis haberi.

L. 6. C. de Pactis.

20. Actus contra legem prohibentem potest in pœnam delicti rescindi. L. 1. C. de Rescind. vend.

Reg. 64. de Reg. in 6. Quæ contra jus sunt, debent utique pro infectis haberi.

Potest etiam ratio reddi: quia quæ sunt contra jus naturæ, prohibens factum, sunt infecta & irrita: ut quia jus naturæ prohibet Matrimonium contrahere cum altera, post contractum cum prima; idēo etiam talis contractus irritus est; ergo similiter actus humanā lege prohibitus, eo ipso irritus est. Consequentia siue paritas probatur: quia idcirco actus prohibitus iure naturali censetur irritus, quia est inhonestus & malus; nec est verisimile, naturam sic esse institutam, ut quod malum & inhonestum est, sit alicujus valoris & utilitatis. Similiter verò actus, humanā lege prohibitus, malus est & inhonestus; nec est verisimile corpus politicum sic esse institutum, ut mala & inhonestia alicujus valoris sint.

Et tandem confirmatur; quia sicut malum in rebus naturalibus non habet aliquam causalitatem, quia non ens; ita & in moralibus non videtur malum posse aliquid efficere.

Sed hæc parvi sunt momenti; nam lex: Non dubium, ad summum locum habet in terris Imperii. Sed neque in foro Ecclesiastico, cūm scriptum sit cap. Ad Apostolicam, de Regularibus: Multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, obtinent roboris firmitatem. Quod ibi specificatur in Professione religiosa, quæ secundum jura nec fieri, nec recipi debet infra tempus probationis; facta tamen & recepta tenet. Jam autem constat, Matrimonium, de quo hic tractamus, pertinere ad forum Ecclesiasticum.

Nec verum est, quod dicebatur: Legem illam esse canonizatam à Celestino, Gregorio & Joanne. Nam Celestinus loquitur in casu particulari; sic enim incipit illud cap. Videtur nobis, quod secunda, quam contra prohibitionem Ecclesiæ duxit, non sit uxor, etiam si primam non haberet (solemniter) desponsatam. Nam quod contra interdictum &c. ut supra.

Et continuo subditur: Quia igitur ea, quam inordinatē superduxit, prohibitionem veniente, uxor non est, cogendus est eam recipere, quam juravit & desponsavit (clandestinē) &c. ex qua prolem genuit, ut juramenti religio non vitiosetur, & fides ad invicem promissa servetur, & proles in cultu Dei nutriatur, & educetur, & alii exinde occasionem peccandi, & alias decipiendū assumere non valeant.

Loquitur ergo in casu, quo post sponsalia & copulam cum una, contrahitur Matrimonium cum alia; tunc enim præsumitur, priora sponsalia transisse per copulam in Matrimonium, juxta cap. Is qui fidem, de Sponsal. & ita præsumit Ecclesia secundum Matrimonium esse irritum. Alioquin valere Matrimonium, initum contra interdictum Ecclesiæ, apertē decernitur cap. 1. & 2. extra

Matrimonium semel validum, non irritatur per potestatem humanam juxta illud Christi Matth. 19. *Quod Deus conjunxit, homo non separet.* Itaque nec illa Reg. juris, *Quæ contra jus sunt, debent pro infectis haberi*, ullatenus probat oppositum nostræ Concluf.

Sed neque ratio supra allegata; nam facilè respondetur neg. Antecedens: quædam enim prohibentur jure naturali, quæ tamen facta tenent; v.g. contrahere Matrimonium cum aliqua de præfenti, postquam cum alia contracta sunt sponsalia, prohibetur jure naturali, & tamen posterior contractus valet. Item, contrahere post votum simplex castitatis, vendere aliquid ultra justum pretium & similia.

21. Quædam prohibita jure naturali valent.

Non idè præcisè aliqua sunt irrita jure naturali, quia mala.

Nec verum est, quod dicebatur in probatione Consequentæ, idcirco esse aliqua irrita jure naturali, quia sunt mala; non idè namque præcisè sunt irrita, sed quia vel actus careat debitâ potestatem in efficiente, vel quia, si valeret, actus relinqueret post se effectum indecentem: ob quas ferè causas cum proportionem lex humana, licet formaliter solum prohibeat actum, aliquando etiam virtualiter eum irritat.

22. Mala etiam naturalia habent suas utilitates.

Quod autem addebatur in confirmatione, de utilitate mali, non habet difficultatem, Primò; quia, etiam in naturalibus, mala habent suas utilitates; tum quia ex iis magis elucescunt bona; tum etiam, quia possunt mala esse conditiones seu principia bonorum, sicut de privatione dicunt Philosophi, eam esse principium generationis; similiter etiam in moralibus possunt subinde esse principia seu conditiones quorundam effectuum moralium.

Actus malus secundum aliquam rationem potest esse bonus.

Secundò; quia, licet verum sit, hanc, quam diximus utilitatem, non per se, sed per accidens attribui malo, præcisè quæ malum est; attamen actus, qui substat formali malitiæ, potest secundum quamdam rationem esse bonus, & ita bonum aliquem effectum per se operari. Sic contractus de præfenti cum una, post contracta sponsalia cum alia, licet sit malus, malitiâ infidelitatis, respectu prioris sponsæ; est tamen bonus ex genere suo, scilicet ex proprio objecto & fine, & ita inducit vinculum Matrimonii cum posteriore.

Confimiliter in casu proposito, tamen si Matrimonium clandestinum sit malum, propter inconvenientiam, quæ ut plurimum, supponit malitiâ hominum, ex eo sequuntur; equidem ex objecto suo & fine, seclusâ malitiâ hominum, est actus bonus, & ita inducit vinculum Matrimonii, quamdiu Ecclesia illud irritum non fecit.

23. Hac Regula: Quæcumque

Quæ cum ita sint, liquet profectò, hanc Regulam: *Quotiescumque lex prohibet actum fieri, & actus alioquin est irritabilis, semper irritat illum, si fiat*, parèt, inquam, falsissimam

esse, si univèrsaliter accipiat, ut propo- dum infinitis exemplis demonstratur, quod rum aliqua adducit Gloss. in dict. cap. *Nu- dist. 10. verb. Dissolvi*, ubi sic ait: *Et h- gula multas recipit instantias: contra legem enim fit, si contrahitur post simplex votum*; eadem est ratio omnium impedimentorum quæ à DD. vocantur impedientia & non rimentia) tamen contractus tenet, ut 27. Nuptiarum. Item prohibetur, ne sententiatur sub conditione, tamen si lata fuerit, tenet ut 2. q. 6. §. Biduum, circa princ. Item prohibetur, ne Episcopus consecret alterius Ecclesiam tamen si consecraverit, tenet consecratio, ut 1. Episcopus in Diocesi. Sed dic quædam Regula intelligitur de talibus, ubi est per se causa prohibitionis, scilicet, ne filius contrahat cum Matre. Vel dic, quod meretur aliquid nisi ubi per constitutionem aliam solentur. Hæc Glossa.

Adde: lusum alearum prohibetur, tamen ex communiiori sententia non est irritus, quin inducat obligationem ludicrum. Item, habenti votum ingrediendi & tam Religionem, prohibetur etiam laxiorem, valet tamen Professio, licet cap. penult. de Regular. in 6. Cur episcopus Regula etiam non possit fallere in Matrimonio clandestino?

Prorsus fallit. Ut proinde Matrimonium clandestinum ratum & verum fuerit Matrimonium quamdiu Ecclesia illud irritum, alter non fecit. Porro non semper sanctorum preceptum fecisse, existimo jam satis obsequium esse, tamen si semper fecerit prohibendum lex malum.

Quæris, quâ malitiâ, veniali, an mortali, Respondet; mortali, non solum ante, sed etiam post Tridentinum. Quod ante Tridentinum, quando Matrimonium erat clandestinum, nemo dubitat; nam id manifestabant gravissima damna, inde conlata supra enumerata, & gravissima ventibus utitur Trident. dicens: *Nihilominus etiam Dei Ecclesia ex justissimis causis illa per desertata est, atque prohibuit: ita ut licet Papa vocet ea Matrimonia, non cogatur aut adulteria, aut contubernia, aut fornicationes, quæ indubiè sunt peccata mortalitatis.*

Adde gravissimas penas, quibus affliguntur non solum ipsi contrahentes, sed etiam hujusmodi Matrimonii assitentes, c. de Clandest. despons. ibi: *Si quis vero hujusmodi clandestina, vel interdita conjugia, contra preceptum sumperit in gradu prohibito, etiam ignorans, soboles de tali conjunctione suscepta, per se legitime censentur.* Et infra: *Sanè si parochialis Sacerdos tales conjunctiones prohibere contempserit, aut quilibet, etiam Regularis, qui eas presumperit interesse, per triennium ab officio sus-*

pendatur, gravius puniendus, si culpae qualitas postulari.

Et quidem hęc pœnæ non concernunt quodcumque Matrimonium clandestinum, sed illud tantum, quod contrahitur in gradu prohibito; ut patet ex verbis mox allegatis. Generaliter autem in Concilio Turonensi sub Nicolao V. c. 12. prohibetur sub pœna excommunicationis assistere Matrimonii clandestinis, hisce verbis: Quia per clandestina Matrimonia, à SS. Patribus non sine causa, & merito prohibita, multa mala eveniunt, prohibemus, Ne quis Presbyter secularis aut Regularis de cetero talia Matrimonia celebrare aut solemnizare presumat, sub pœna excommunicationis.

Item Concil. Senonense sub Clemen. VII. c. 39 in fine: Sed cum ex clandestinis Matrimonii gravia eveniant indices scandala & pericula, volumus omnes contrahentes, consulentes, intercessentes, auxiliantes & adjuvantes, sententiae excommunicationis ipso facto subjacere. Omitto pœnam exheredationis, quæ imponitur contrahentibus Matrimonium clandestinum Leg. 49. Tauri. Quis adhuc dubitet de peccato mortali, saltem pro illo tempore, quo Ecclesia non fecit hujusmodi Matrimonia irrita?

Nunquid etiam pro illo tempore, quo Ecclesia fecit hujusmodi Matrimonia irrita? Affirmavimus sup. & rursùm affirmamus cum Sanchio sup. disp. 3. n. 6. quia contrahitur præcepto gravissimo & iustissimo Tridentini, quo sess. 24. in Decret. de refor. Matr. præcipit, inhærendo vestigiis Concilii Lateranensis, trias denuntiationes, ut patet ex verbis eius supra relatis, & in super, ne Matrimonium contrahatur sine Parocho & testibus, ibi: Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, Matrimonium malitiose impediri posse, si tot præcesserint denuntiationes, tunc vel una tantum denuntiatio fiat; vel saltem Parocho & duobus vel tribus testibus præsentibus Matrimonium celebretur.

Et postquam irritavit Matrimonium, aliter contractum, acturum subjungit: Insuper Parochum & alium Sacerdotem, qui cum minore testium numero, & testes, qui sine Parocho vel Sacerdote, hujusmodi contractus interfuerint, nec non ipsos contrahentes graviter arbitrio Ordinaris puniri præcipit.

Igitur Trid. jura antiqua, quibus attentis, hoc Matrimonium culpa erat lethalis, minime intendit corrigere, sed potius ea confirmare, relinquens gravitatem pœnæ arbitrio Ordinaris, quod non solet facere pro peccatis venialibus.

Sed dicit aliquis; cum Matrimonium clandestinum jam sit irritum, cessant illa inconvenientia seu damna, propter quæ antiquitus tam graviter erat prohibitum; ut proinde solum videatur esse aliquis actus otiosus; cum

enim contrahentes noverint, Matrimonium non posse subsistere, non habent efficacem contrahendi voluntatem; nam hæc ad impossibile ferri nequit.

Respondet Sanch. sup. licet consensus efficacis esse non possit circa objectum impossibile, potest tamen dari complacentia circa illud, quæ similiter peccatum mortale est; quia videlicet objectum ejus mortale est, scilicet Matrimonium clandestinum validum. Igitur vel intendunt celebrare Matrimonium, non tantum ut contractus est, sed etiam ut est Sacramentum, & manifestum est peccare mortaliter, conficiendo Sacramentum invalidum. Vel non intendunt celebrare Matrimonium, sive in ratione contractus, sive in ratione Sacramenti; & si quidem habeant justam causam, sicut possunt habere, nullatenus peccant; si minus, peccant, saltem peccato otiositatis.

Nùm etiam contra prohibitionem Tridentini? Reverà non contrahunt Matrimonium clandestinum, cum nullum ejus effectum obtineant, aut velint obtinere. Sed hoc perarum est in hujusmodi contrahentibus; nam communiter intendunt effectus veri Matrimonii, quantum in ipsis est, & maxime copulam, quæ cum ipsis mortaliter sit illicita, sequitur ipsos in tali Matrimonio mortaliter peccare, saltem contra virtutem castitatis.

Quare merito Ecclesia graviter prohibuit tale Matrimonium, tamen si invalidum, quamvis enim per illam irritationem cessent perpetua adulteria, tamen non cessant fornicationes, maxime, quando altera pars bonam fidem putat Matrimonium esse validum. Unde hujusmodi Matrimonium, ut solet contrahi, non solum est prohibitum jure positivo, sed etiam jure naturali.

Nunquid etiam Matrimonium clandestinum validum? Affirmat Sanchez supra n. 8 & probat; quia ex natura rei continet in se mala gravia; cedit enim in detrimentum prolis, & utriusque conjugis, cum facile possint ad alias nuptias transire, & est Reip. nocivum, contrariumque ejus paci ac quieti. Et ita videtur sentire D. Thomas 4. dist. 28. q. un. a. 3. ad 3. ubi relatis damnis, ex hoc Matrimonio confurgentibus, addit: Et speciem turpitudinis præter hoc habent. Et tenet Cajetanus, sibi contrarius, Sum. verb. Matrimonium. tit. Contractus Matrimonii potest ex septem capitibus reddi vitiosus. Et scito peccatum esse. Tertium caput unde peccatur in contractus Matrimonii est modus clandestinus, dicens:

Hic modus dupliciter intelligitur. Primo, si contrahitur, omisso banno, ut sciantur impedimenta, si quæ sint &c. Et hoc habet locum, ubi hæc consueverunt servari. Ubi autem non consueverunt hæc fieri, non incurritur peccatum, omittendo hæc, quæ ex po-

29. Solvitur ex Sanchez.

30. Merito Ecclesia graviter prohibuit tale Matr.

An Matr. clandestinum validum, sit prohibitum jure naturali? Pars affirmans probatur ex Sanchez.

Cajetanus.

31. Duplex est modus clandestine contrahendi.

fiivo sunt jure. Alio modo intelligitur, si contrahitur non in facie Ecclesiæ, hoc est, occultè, sinè sufficientibus testibus, qui Ecclesiam repræsentant. Et quia hoc est de jure naturæ, tum ratione publici actûs, qui exigitur ad hoc, ut in sociali vita personæ se habeant, ut conjuges, tum ratione scandali, tum ratione periculi quotidiani, quo transitur ad secunda conjugia, omisso conjugio clandestino, idèd hoc non potest fieri absque peccato mortali, nisi per accidens. Hæc ille.

Plures alios Auctores citat ibidem Sanchez pro sua sententia, quæ indubiè probabilis est; ex eaque rectè inferitur, infideles, clàm contrahentes, lethaliter delinquere, contra jus naturæ.

32. Objeçtio. Si objicias: Matrimonium clandestinum in multis casibus olim licebat, ut fatentur Omnes cum D. Thoma supra in corpore, ibi: *Quàmvis peccent sic contrahentes* (scilicet in occulto) *nisi per aliquam legitimam causam excusentur.* Ergo Matrimonium clandestinum intrinsecè & ex natura rei non est malum.

Solutio Sanchez. Respondet Sanchez supra n. 9. quædam esse intrinsecè mala, quæ nulla ex causa honestari possunt, ut mendacium, fornicatio: alia verò ex natura rei mala, non tamen ita intrinsecè, quin justis de causis honesta esse possint, ut occidere hominem, habere plura beneficia, & hujus generis est Matrimonium clandestinum.

33. Instansia. Si infites, cessante fine legis in particulari, non cessat lex; ergo si Matrimonium clandestinum jure naturæ est malum ob inconvenientia, quæ ex ipso nata sunt sequi, quàmvis in aliquo casu speciali iis obvictur, adhuc erit illicitum.

Solutio Aliquorum. Respondent Quidam (inquit Sanchez supra) legem editam propter finem bonum, non cessare cessante fine: fecit dum lex principaliter editur ad vitanda inconvenientia, qualis est lex prohibens Matrimonia clandestina; tunc enim non obligat in iis casibus, quibus omninò cessant. Sic Cajetanus tom. 1. Opuscul. tract. 12. de Matr. q. 2. ubi sic ait: Quùm contractus clandestinus non sit secundum se malus moraliter, sed ratione inconvenientium, ex illo consequentium, idèd in casu, quo cessarent omnia inconvenientia, licitum esset contrahere clandestinè, quoniam tunc etiam cessaret obligatio juris positivi, quod propter hujusmodi inconvenientia constat emanasse. Sic ille.

34. Dissplicet Sanchio. Sed hæc responsio displicet Sanchio, quia, inquit, lex vetans noctu arma deferri, tendit ad vitandas rixas; non tamen definit obligare virum, ita pacificum, ut in eo rixæ periculum omninò cessaret.

Solutio Ledesmae. Unde meliùs respondet Petrus de Ledesma de Matr. q. 45. a. 5. fol. 171. colum. 1. §. *Contra hanc Conclusionem*, in illis casibus non

desuisse esse mortale clàm contrahere, quia ratio legis cessasset; sed quia id, quod non est ita intrinsecè malum, quin honestari ex ipsa causa possit, sæpè licet, cã causã existente ex quadam Epicheia & benigna legis interpretatione, quando adiri non potest Superius ut dispenset: si enim adiri posset, argumentum concludit, id esse faciendum. Hæc ille.

Sed contrà facit; quòd Superior humanum nequeat dispensare in lege naturæ, ut communiter docent Theologi in tract. de Legibus. Si ergo Matrimonium clandestinum illicitum est jure naturæ, frustra recurritur pro dispensatione ad Superiorem: sed potius dicendum videtur, ipsam legem naturæ in illis circumstantiis per se cessare; quia delictum non prohibet quodcumque Matrimonium clandestinum, sed illud solum, quod hic & nunc habet annexum periculum scandali, dum alii nesciunt, esse conjugatos, quæ putant vivere in fornicatione; periculum, ne postea alter alterum delectet, & aliam ducat, & sic defertur proles, & perpetua adulteria committantur.

Sicut lex naturalis prohibens homicidium non prohibet quamlibet occisionem hominis, sed occisionem tantùm justæ & necessitatis hominis, juxta illud exod. 23. 17. *Ubi sem & justum non occides.* Sicut ergo, dum aliquis injustè me invadit, non est opus recurrere ad Superiorem, pro dispensatione in lege prohibente homicidium; sed ipsa lex per se ipsam cessat, si non obligat in illis circumstantiis, utpote pro causa malè hanc, pari certè ratione lex prohibens Matrimonium clandestinum, quàm Sanchez supra comparat legi prohibenti homicidium, per se cessat, si non obligat, quando cessat hic & nunc illa inconvenientia, quia pro illis circumstantiis minimè lata.

Et quoniam hæc mala seu inconvenientia non sunt intrinsecè Matrimonii; sed cum ipso esse malitia hominum accidunt, & potius evitari, si conjuges paulò post pœnitentiam contrahant, Matrimonium, atque adeò frequenter clandestinum, hinc plures docent, Matrimonium clandestinum jure naturæ non esse illicitum. Ita Coninck hic disp. 17. n. 4. *Aversa* q. 6. sect. 1. §. *Negant tamen*, Dicitur disp. 3. n. 10. & Alii ab ipsis citati.

Et sanè, quòd mala illa non sint intrinsecè Matrimonio, ita ut per se ex modo ipsi contrahendi necessariò & infallibiliter contrahantur, etiam ipse Sanchez supra admittit, & alioquin cogatur dicere, Matrimonium clandestinum, seclusà Ecclesiæ constitutione, esse irritum; sicuti Matrimonium sub conditione, adversà bonis ipsius, nullum est. Interim putat, ut plurimum sequi, disposita malitiã humanã, & idèd jure naturæ esse illicitum.

At verò Dicastillo sup. probans suam sententiam, sic ait: Si contrahere absq; testibus, jure naturali esset peccatum, ideò esset, quia sic contrahentes exponerentur tali periculo; huic autè regulariter non exponuntur; quavis enim id aliquando accidat, ob peculiarem quorundam malitiam aut fragilitatem; non tamen id adeò frequens est, neque homines ad id tam proni sunt, ut meritò generaliter quisque possit timere de se ipso, quòd deseret suò conjugem, nisi in contractu adhibeat testes, maximè cum possit huic periculo subveniri aliis viis, ut si paulò post velint alios certiores facere de initio Matrimonio, aut chirographum tradere, aliave similia remedia adhibere; non ergo sic absque testibus contrahere, est jure naturali, seu ex natura rei illicitum, cum ex natura rei non sit tale periculum annexum, & in iis casibus, in quibus fortè sit, possint alia remedia adhiberi. Hæc ille.

Ergo autem dico: si illud periculum non est frequens, neque homines ad id proni sunt, quæ ratio sufficiens erat, ut Trident. Matrimonium clandestinum irritaret? Irritavit autem; quia animadvertit, prohibitiones juris antiqui, propter hominum inobedientiam, jam non prodesse; & perpendit gravia peccata, quæ ex clandestinis conjugiiis ortum habent, ut habetur in Decret. de reform. Matr. c. 1. ibi: *Verùm cum S. Synodus animadvertat, prohibitiones illas, propter hominum inobedientiam, jam non prodesse; & gravia peccata perpendat, quæ ex iisdem clandestinis conjugiiis ortum habent* &c. Ergo tempore Trident. videtur illud periculum fuisse satis frequens, & homines ad id satis proni; nam propter rariora peccata, non videtur quod Ecclesia contra opinionem multorum PP. qui vel negabant potestatem irritandi, aut saltem causam sufficientem irritandi, non videtur, in quâ, quòd Ecclesia irritasset illa Matrimonia.

Utrum sit de hac frequentia, aut infrequentia periculi, si reverà subest periculum proximum graviorum peccatorum, quæ ex clandestinis Matrimoniis ortum habent; indubiè, sicut illa gravia peccata, putà perpetua adulteria, jure naturæ prohibentur, ita etiam tali casu jure naturæ prohibetur Matrimonium clandestinum, quod est occasio illorum peccatorum; quippe periculum proximum peccati eodem præcepto prohibetur, quo ipsum peccatum. Sin autem à parte rei nullum subest periculum, sicut fieri potest, dico, in talibus circumstantiis, non esse jure naturæ prohibitum Matrimonium clandestinum; adeòque licitum, secluso jure positivo.

Ergo licitum infidelibus, qui non obligantur legibus Ecclesiæ; fidelibus autem illicitum, propter jus Ecclesiasticum, quod etiam tunc non cessat; prout benè notavit Coninck hîc disp. 2.6. n. 21. ubi docet, cessan-

te ratione legis in particulari, cessare jus naturæ, non tamen positivum.

Cujus, inquit, ratio est: quia etsi primum motivum, cur legislator aliquam actionem prohibeat, sit periculum mali, quod inde natum est sequi; proxima tamen ratio prohibitionis est, dirigere communitatem in evitacione illius mali. Quare necessariò eam actionem prohibet non tantùm in casu, in quo hîc & nunc est periculum illius mali; sed generatim, etiam ubi in particulari nullum tale periculum est: quia aliàs maxima hominũ pars, vel ex imprudètia vel ex temeritate sibi persuaderet, sibi hîc & nunc nullum tale periculum imminere, etiã ubi maximè immineret, quam imprudentiam dirigere & temeritatem refrègnare immediatè intèdit lex positiva, cujus est defectum legis naturalis, quæ multos ob eorum vitium non satis cohibet, supplere. Quare quamdiu illud periculum in generali manet, nunquã tota ratio legis positivæ omninò cessat, & consequenter nec obligatio legis.

Secus est in lege naturæ, in qua tota ratio obligandi, est necessaria convenientia, vel disconvenientia objecti cum natura rationali, quæ si hîc & nunc omninò cesset, cessat tota ratio legis, & omnis obligatio. Hinc etsi in lectione librorum hæreticorum, in cohabitatione Clericorum cum juvenculis, Matrimonio clandestino, & aliis ferè omnibus, quæ lege positivã prohibita sunt, ratio prohibendi sit periculum alicujus mali; tamen meritò generaliter prohibita sunt, etiam iis, quibus fortè tale periculum non imminet. Tamen spectato solo jure naturæ, quoties periculum abest, ea omnia licita sunt. Si enim nullum esset jus positivum, illa prohibens, qui moraliter certi essent, nullum hîc & nunc inde imminere mali periculum, licitè clandestinè contraherent, ac libros hæreticos legerent, sicut licitè id faciunt, quibuscum dispensatum est. Hucusque Coninck.

Et disp. 27. n. 5. ita scribit de Matrimonio clandestino: fateor tamen tale Matrimonium non habere in se præcisè, cur possit honestè appeti, quã clandestinum est, imò verè habere communiter aliquam indecentiam & speciem mali, ut D. Th. sup. notat. Quia decet nos vitare ea omnia, ex quibus possit aliquid mali oriri, etsi credamus non oriturum. Et omninò convenit ita nos agere, ut etiã hominibus pateat, nos non malè agere. Positã tamen legitimã causã, seclusã Ecclesiæ prohibitione, etiam honestè potest appeti, sicut lectio libri hæretici, & alia similia. Hæc ille, & nos cum illo.

Quæro autem ulterius: an sicuti peccat mortaliter, saltem contra jus positivum Ecclesiæ, qui hodie contrahit Matrimonium clandestinum irritum, ita quoque incurrat poenas antiquas Matrimonii clandestini, quando adhuc erat validum? Responso erit.

porius cesset jus natura, quàm positivum, ex Coninck.

41. Quæ sit ratio obligandi in lege naturali.

42. An Matrimonium clandestinum possit honestè appeti.

37. *Contra pro-*
38. *Contra pro-*
39. *Contra pro-*
40. *Contra pro-*
41. *Contra pro-*
42. *Contra pro-*



CONCLUSIO II.

Contrahens hodie Matrimonium absque Parocho & testibus, ubi Trident. est receptum, non incurrit pœnas clandestini, jure antiquo constitutas.

43.
Duplex est
pœnarum
genus. Pri-
mum.

Nota duplex esse pœnarum genus; aliæ sunt, quæ propriè pœnæ non sunt, sed privilegia Matrimonii, secundum ordinem Ecclesiæ publicè contracti, neganturque clandestino: ut si Matrimonium nullum sit, quando publicè contrahitur bonâ fide, alterius saltem partis, proles est legitima; & dum non constat de impedimento, conjux spoliatus ante omnia est restituendus, quæ privilegia negantur Matrimonio clandestino: & hæc pœnæ manifestè incurruntur (inquit Sanchez supra disp. 2. n. 1.) quando Matrimonium clandestinum est nullum, ut patet manifestè de illegitimatione prolis ex cap. fin. de Clandest. despons. Conclus. præced. allegato. Et ratio est; quia tantum sunt privilegia Matrimonii putativi, publicè contracti; negantur autem clandestino putativo: ergo à fortiori clandestino, quod est manifestè nullum.

Sanchez.

44.
Secundum.

Aliæ sunt pœnæ ipsorum contrahentium clandestinè, ut excommunicatio Synodalis, posse exheredari, puniri ve arbitrariè. Et siquidem in his pœnis exprimitur, imponi eas, quando Matrimonium est nullum, ut in Trident. sess. 24. c. 1. de Refor. Marr. exprimitur in pœna arbitraria, ut vidimus Conclus. præced. tunc res est manifesta. Unde de hujusmodi pœnis non loquitur Conclusio. De quibus ergo? De illis, in quibus id non exprimitur; sed quæ absolute imponuntur, v.g. excommunicatio Synodalis, & exhereditatio l. 49. Tauri, de quibus Conclus. præced.

45.
Quando in-
currantur
pœnæ per
actum in-
validum.

Nota 2. quando lex considerat tantum factum, & animum facientis, non autem juris effectum, tunc incurruntur pœnæ per actum invalidum, quia attentatur factum, & pravus animus adest. Siq. autem consideret juris effectum, tunc non incurruntur, cum actus ille juris effectum minimè sortitus sit. Ita Sanchez supra n. 2. cum Aliis, quos citat. His prænotatis.

46.
Probat
Conclus.
apud San-
chez x. per
l. 1. de Sepul.
violato.

Conclusionem nostram probat Sanchez supra n. 5. Primò; ex l. 1. in fine Cod. de Sepulchro violato, ubi habetur Notarium conscientem instrumentum falsum invalidum, non pœnâ juris, sed extraordinariâ plectendum esse. Ergo similiter contrahentes clam in validè non incurrunt pœnas juris. Hæc ille.

Qui nisi legerit alium Codicem, quam

quo ego utor, liquet profectò, graviter es-
rasse; cum non solum non in illa lege, cum
citatur, sed nec in toto titulo, quod cum de
tariis statuatur. Hæc sunt verba leg. citate
Res religioni destinatas, quin imò jam religionem
effectus, scientes qui contigerint, & emeri
distrabere non dubitaverint: tamen jure ve-
ditio non subsistat, sese tamen religioni con-
runt in crimen. Quæ autem pœnâ plecten-
sint, ibi non dicitur. Itaque illa lex nihil
propositum; adeoque probatio ex ea de-
sumpta, nullius momenti, quia Antea
falsum est.

Probat 2. ex l. Ea quidem, Cod. Si em-
cipium ita fuerit &c. ubi pactum, quod
sistit libertati; appositum venditori
proprii, impedit libertatem: pœnâ
petitionem non inducit, ibi: Nisi tam-
næ exactio, si qua addita est conditioni
vate, justam exigendi tribuit causam.

Ubi Gloss. verb. Causam, hanc
rationem: Quia licet fuerit pœnâ appo-
tamen committitur, ut exigatur, si
cùm effectum non habeat manumissa.

Probat 3. quia quod nullum est
producit effectum, l. 4. ff. de Reput. l. 1.
§. 6. Condemnatum accipere debent non
ritè condemnatus est, ut sententia
rum si aliquâ ratione sententia nullas
sit, dicendum est, condemnatum non
tenere. Non est enim nullus
cap. Ad dissolvendum, de Dissol. l. 1.
ibi: Quocirca nec accusatio
non esset, quod legitime accipitur.

Ubi textus decidit, Matrimonium, cum
infante initum, accipitur non posse
consanguinitatem, eò quod in
Matrimonium clandestinum, quod nullum
est, accusari nequit, ut illius pœnâ
non esset, quod legitime accipitur.

Probat 4. Quia paria sunt non esse
esse nullum, l. 30. ff. de Testam. non
sunt Titii, pater & filius. Datus est
nec apparet de quo sensu testatur. Quæ
juris, respondit: in datus est, quomodo
ior sensu. Si id non apparet, non
probatio. Igitur pater est tutor. Et
impedimentum, quod de jure non
atum, Reg. 52. de Reg. juris in 6. Et
cum effectu sunt intelligenda, cap. de
de Cler. non resid. Et, actus appella-
gulariter solus comprehenditur. Ita
dans. Ergo cum tale Matrimonium
nullum, reputabitur ac si non esset, et
Matrimonii clandestini, subiecti juris, ac
di pœnis, nomine comprehenditur.

Probat 5. Quia Emphyteuta non
in pœnam commissi, impositam l. fin. Cod.
de jure Emphyteutico, si venditio facta
quisitio domino, sit in valida: quia talis non
est venditio, ut plures docent apud Sanchez
sup. ergo &c.

ultima probatio.

Sed nunquid hic finis probationum? Minime; nam aliquis respondere poterit, jura jam allegata nimium probare; & idem nihil probare. Siquidem certum est, Matrimonium clandestinum invalidum, alicui poenae subiectum esse: ergo licet de jure non fortiori effectum, praestet equidem impedimentum; neque reputatur, ac si non esset; atque accusari potest, ut illa poena plectatur.

Hinc Canisius in dictam Reg. 52. sic ait: Nec in delictis haec Regula obtinet: quae licet effectu careant, eo quod contra jura admittantur; hoc tamen non aliter accipiendum est, quam quod attinet ad delinquentis commodum, ne ipse ex delicto suo praemium vel impunitatem ferat; secus quoad ipsius incommodum, quo plectitur vel clauditur reus, ob delictum suum. Haec ille.

His ergo probationibus non contentus Sanchez, pro sexta probatione notat; jura interdientia clandestinum, aperte considerare juris effectum, ut, inquit, constat ex Trident. sess. 24. de Refor. Matr. c. 1. ubi reddens rationem hujus prohibitionis, inquit: *Cum S. Synodus ... gravia peccata perpendat, quae ex clandestinis conjugis ortum habent, praesertim vero eorum, qui in statu damnationis permanent* &c. Ecce quam clare considerat juris effectum, cum non factum, nec animum facientis attendat; sed damna ex clandestino confurgentia, quae minimè confurgunt, dum est invalidum; tunc enim, cum palam contractum valeat, non vivunt conjuges in perpetuo adulterio. Haec ille.

Sed contra: Trident. ibi non imponit aliquam poenam, sed inhærendo vestigiis Concil. Lateranensis, praecipit trinam denuntiationem. Postquam autem irritavit Matrimonium, ibi: *Qui aliter quam praesente Parocho* &c. imponit poenam arbitrariam in validè contrahentibus: ergo ex illis verbis non probatur, jura antiqua, de quibus hic loquimur, considerasse juris effectum in impositione poenarum.

Hinc melius adduxisset ipsa jura antiqua, Conclus. praeced. à nobis relata, quae etiam meminerunt malorum procedentium ex Matrimonio clandestino; cum autem haec mala, saltem omnia, non procedant ex Matrimonio clandestino invalido, dicimus, invalidè sic contrahentes post Concil. Trident. iis poenis non fore subiectos. Maxime (& haec est 7. probatio) cum Trident. sup. ut statim dixi, imponat poenam arbitrariam contrahentibus clandestinè invalidè: sed est valde probabilis opinio (inquit Sanchez supra) corrigi poenam legis antiquae, alià impositione per legem novam: ergo cessant poenae antiquitatis impositae Matrimonio clandestino.

Tandem; quia cum ex poenae sint gra-

vissimae, de Matrimonio clandestino simpliciter intelligendae sunt: quod autem nullum est, non dicitur tale simpliciter, ut contractus nullus, non dicitur simpliciter contractus, ipso Trident. hic suffragante, quod non vocat Matrimonium clandestinum, simpliciter contractum, sed contractum attentatum, ibi: *Qui aliter quam praesente Parocho* &c. *Matrimonium contrahere attentabunt*; ergo per tale Matrimonium attentatum non incurrentur poenae, constitutae jure antiquo, sed tantum poena arbitraria, constituta per Concil. Trident. & aliae, quae fortè à particularibus Conciliis expressè impositae fuerint pro hujusmodi Matrimonio.

Quis jam non videt, Conclusionem nostram, si non omnino est certa, saltem probabilior esse, ut eam vocat Sanchez supra? Quamquam & opposita sit probabilis. Primò; quia illud factum ex se malum est, licet juris effectum non obtineat, cum ex eo plurima mala sequantur, quae sunt ratio prohibitionis. Immo gravius videtur delictum, quam olim; quia nunc non solum est prohibeum, sicut olim; sed etiam irritum; graviore autem delicto graviore debetur poena, & idè fortè Trident. imposuit ei poenam arbitrariam, ultra scilicet poenas, jure antiquo constitutas.

Respondet Sanchez supra n. 8. quamvis aliqua inconvenientia ex eo Matrimonio confurgant, cessare potissima, scilicet perpetua adulteria; nec punire jura, quemcumque actum malum, sed Matrimonium clandestinum, quod tale non, quando est irritum. Haec ille.

Et paucis interjectis: Fateor, inquit, hodie esse gravius delictum, si consideretur in se; secus in ordine ad Ecclesiam: cum enim non delicti gravitatem punire intenderet, sed ab eo retrahere, ob maxima damna & adulteria inde orta, gravius erat antiquitus: modo enim, cum invalidum sit, cessant ea damna.

Si dixeris: non cessant omnia damna, verum dixeris; & idè fortè Trident. imposuit poenam arbitrariam, non ultra poenas, jure antiquo constitutas, ut supra dicebatur, sed loco istarum poenarum, quae jam erant improprietate damnis, quae sequuntur ex clandestino invalido.

Secundò argumentantur Adversarii ex doctrina Bartoli l. *Non dubium*. n. 20. Cod. de LL. ubi ait: facta contra legem, haberi pro infectis, quantum ad utilitatem facientis, secus quoad damnum: ergo illud Matrimonium clandestinum invalidum, reputandum erit, ac si validum fuisset, ut contrahentes damnum subeant, clandestinique poenis afficiantur.

Respondet Sanchez supra: Doctrinam

54. *Opposita sententia probabilior.*

55. *Resp. Sanchez.*

56. *Secundum arg. Adversarii.*

57.

Rejicitur à Sanchez.

Bartoli non esse universaliter veram; sed quando actus nullus est, ob solam constitutionem irritantem in poenam & odium contrahentium: secus quando actus est nullus, ob solemnitate requisitæ defectum, ut contingit in Matrimonio clandestino. Et potest hujus differentie ratio assignari: nam in priori casu annullatio actus est poena, in odium frangentis legem inducta, & ita non mirum, si actus valeat in odium ipsius transgressoris, ne ex delicto suo commodum reportet: in posteriori vero non est poena; sed ob bonum Reip. cui expedit, illum actum absque ea solemnitate non subsistere, irritatur, & ita nil mirum, si prorsus irritus sit, si ve commodum, si ve damnum contrahentis attendas.

58. Tertium arg. Adversariorum. Cardinalis.

desumitur ex doctrina Cardinalis, Clement. fin. q. 12. de Elect. ubi docet, poenam impositam in casu alicujus actus, habere locum, si actus interveniat, licet de jure non tenuerit. Hinc scriptum est. l. Quid ergo, §. 5. ff. de His qui not. infam. Cum autem factum notetur, etiamsi cum ea quis nuptias vel sponsalia constituat, quam uxorem ducere vel non potest, vel fas non est, erit notatus.

Bartolus.

Ex quo textu colligit ibi Bart. in fine, quando lex respicit factum, non curare de juris effectu, dummodò habeat formam facti: unde subintert; si testamentum falsum testamenti formam habeat, licet ob aliquam aliam causam nullum sit, puniri falsi poenâ: cum ergo tale Matrimonium clandestinum invalidum, habeat externam Matrimonii formam, subjicietur poenis.

Confirmatur. Baldus.

Confirmatur ex doctrina Baldi, l. Ea quidem n. 3. C. Si mancipium, ubi inquit, si lex reputet, factum nudum delictum esse, puniri legali poenâ, licet juris effectu destituatur: ergo cum hæc sint poenæ legales, & lex reputet delictum, inire Matrimonium clandestinum invalidum, locus erit in eo poenis clandestini.

59. Resp. Sanchez.

Respondet Sanchez supra, negando doctrinam Card. & Baldi, nisi intelligatur quando lex solum factum & animum facientis punit. De quo etiam casu loquitur dicta lex 13. ut notat Gloss. ibi verb. Cum ea, dicens: In ea namque re non juris effectus, sed animi destinatio cogitatur, ut Cod. de Adult. l. Cum qui, & Cod. de Excus. res. l. Amplissimi. Hoc autem non contingit in nostro casu.

60. Ultimum arg. Adversariorum ex Clem. 1. de Consang.

Ultimò argumentantur Adversarii; quia licet Matrimonium cum consanguinea contractum, sit jure irritum, subjicitur excommunicationi Clement. 1. de Consang. & licet beneficiarius, Sacris initiatus, aut etiam Minoribus tantum, invalidè contrahat, incurrit poenam amissionis beneficii; ergo similiter in nostro casu.

Et confirmatur: quia lex 49. Tauri, et inserta in nova Recopilatione l. 5. tit. 1. l. 1. post Tridentini promulgationem, & tamen ex hæredationis poenam statuit clandestinè contrahentibus; ergo cum tunc jam clandestinum esset irritum, si propter illud non incurreretur, frustra esset.

Respondet Sanchez supra, eam Clem. manifestè punire solum factum & animum contrahentium, cum aliàs frustratoria esset, quòd Matrimonium inter consanguineos consistere non poterat: at in nostro casu solum punitur id, quod erat, & est Matrimonium clandestinum validum, ut si coram Parocho & testibus, ommissis denuntiationibus celebraretur. Ad posteriorem partem illius argumenti dico, esse valde dubiam; & esse vera sit, procedere ex præsumpta contrahentium voluntate; visus enim est dimittendus, assumendo statum, illi inopportibilem, quod in nostro casu non reperitur. Ad confirmationem dico: incurri poenam clandestinum ommissis denuntiationibus, quòd solum est. Hæc ille.

Sed probandum restat: per quod clandestinum, contractum solent esse Parocho & testibus, ommissis denuntiationibus, incurri poenas clandestini. Et quidem dubitat nemo, non incurri poenas, quando denuntiationes justè omittuntur ex Ordinarii licentia, juxta illud Trident. sess. 24. in Decret. de Reform. Mat. c. 1. Quod si aliquando probabili fuerit suspicio de dolo, si enim culpa absit, non incurritur poena, poenæ imposita; Reg. 23. de Reg. juris in 6. Si ne culpa, nisi subit causa, non est aliquis suspensus. Quod etiam constat ex cap. lra. de Clau. despons. ibi: Si quis contra duptia Matrimonia clandestina inire per alium fecerit. Aliter tem præsumere dicitur, qui ex certa fuit facit actum contra jus.

Et hoc verum existimat Sanchez in disp. 1. n. 5. etiam dum illicite contractus ante consummationem Matrimonii. Inquit, quando Matrimonium clam contractum, inquit, incurri aut non incurri debeat poena, nec hoc pendere debet ex effectu futurorum, enim poenæ impositæ clandestinè contractibus, & qualitas adjuncta verbo, juxta verbi tempus intelligi debet; arg. l. 4. §. 1. de Noxal. Si extraneus servus sciente me furum eumque redemero; noxalis actio in me dabitur, quia non videtur domino sciente fecisse: cum tempore dominus non fuerim. Si ergo tempore quo contractum fuit Matrimonium, non contractæ sunt poenæ, excusante causa clandestinitatem, nil conferat ad eas contrahendas eventus futurus.

Ed vel maximè, quòd Prælati dispensans, ne Matrimonio præmittantur denuntiationes, diligentiam aliquam adhibere de-

beat ad investigandum, si quod adit impedimentum; quare non militat eadem ratio in hoc casu, ac dum illicitè ante Matrimonii contractum omittuntur. Hæc ille. Et meritò.

Porrò dum illicitè omittuntur ante Matrimonii contractum, Aliqui probabiliter docent, etiam tunc non incurri pœnas; tum, quia id Matrimonium celebratur publicè & in facie Ecclesiæ, cùm Parochus qui persona publica est, & testes, Ecclesiæ nomine ad sint, adeòque improprie dicatur clandestinum; verba autem legis pœnalis propriissime usurpanda sint: tum, quia cessat ratio prohibitionis Matrimonii clandestini, cùm jam constet Ecclesiæ de contracto Matrimonio, & Parochus certior fieri debeat, an aliquod impedimentum sublit.

Sed magis placet Sanchio sup. n. 7. sententia opposita; tum, quia tale Matrimonium simpliciter vocatur clandestinum, cap. fin. de Claud. despons. ibi: *Unde prædecessorum nostrorum vestigiis inherendo clandestina conjugia penitus imbibemus.* Et infra: *Si quis verò hujusmodi clandestina vel interdita conjugia inire præsumpserit*, adjunctâ etiam pœnâ illegitimationis prolis, si Matrimonium propter impedimentum aliquod fuerit invalidum.

Tantum autem abest, ut Concil. Tridentinum decretum illud corrigere voluerit, ut potius Concilii Lateranensis vestigiis inherendo, sess. 24. de Matr. c. 1. trinam denuntiationem præceperit, ut supra vidimus, & infra diffusius explicabitur. Immo c. 5. pœnam statuerit aliter contrahentibus, nempe, ut si in gradibus prohibitis ignoranter Matrimonium contractum sit, spe dispensationis careant: quod signum manifestum est, noluisse corrigere pœnas, huic Matrimonio antiquitùs impostas.

Tum; quia non cessat ratio, ob quam Ecclesia reputabat hoc Matrimonium esse clandestinum; cùm verè occultum dici possit, quod tribus tantum est cognitum; nec deteguntur impedimenta, si quæ fortè sint, cùm publicè non constet, & facile sit tres impedimenti esse ignaros.

Atque ex his patet responsio ad rationes partis oppositæ; putà, id Matrimonium non celebrari publicè in facie Ecclesiæ; quoniam solemnitates, ab Ecclesiâ requiritæ, ut perfecte Matrimonium publicetur, desiderantur. Neque cessat ratio prohibitionis; quoniam faciliùs deteguntur impedimenta præmissis denuntiationibus. Et denique, jus ipsum satis clarè explicat, nomine Matrimonii clandestini intelligi illud, cui denuntiationes desunt.

Ut omittam; non semper verba legis pœnalis esse propriissime usurpanda, sed tunc

solum, quando lex pœnalis meram delicti punitionem attendit: sedus quando est in favorem publicum & animarum ad vitanda peccata, animæque pericula, qualis est lex, de qua hic quæritur, talis enim lex pœnalis amplianda est, inquit, Sanchez sup. n. 8. in fine, & lib. 1. disp. 39. n. 5. cùm Aliis multis, quos ibi citat. Maneat ergo & huic sententiæ sua probabilitas.

Interim ad fundamentum ejus, respondet Dicastillo disp. 3. n. 324. negandum esse, in cap. fin. citato supponi Matrimonium absque denuntiationibus esse clandestinum, & propter illud imponi aliquas pœnas: tantum enim supponitur clandestinum, quod celebratum fuit absque sufficientibus testibus. Quapropter quàmvis Tridentinum inherereat vestigiis Lateranensis, non idèò afferit, absolute & proprie Matrimonium absque denuntiationibus esse clandestinum; neque Tridentinum inhereret vestigiis Lateranensis, nisi quoad præmittendas denuntiationes.

Quòd autem Tridentinum c. illo 5. apponat pœnam diffidentæ, potius significat nostram sententiam (id est primam) sic enim indicat, Matrimonium, absque denuntiationibus celebratum, non puniri pœnis generalibus clandestini, sed illâ speciali, præsumitque non bonâ fide contraxisse, qui tale medium omiserunt denuntiationum, quòd si adhibuissent, venissent in notitiam impedimenti; idque vel culpabiliter ignorasse, vel falsò simulasse ignoracionem, ut propterea tollat spem obrinendæ dispensationis.

Punitur quidem Sacerdos in fine illius cap. fin. quando est proprius Sacerdos, ut Parochus, non prohibens & impediens hujusmodi Matrimonia, pœnâ suspensionis triennalis. Tunc autem non solum loquitur de clandestinis, sed de prohibitis, inter quas conjunctiones continentur prædictæ non præmissis denuntiationibus; cùm enim dixisset paulò ante: *Si quis verò hujusmodi clandestina & interdita conjugia inire præsumpserit* &c. postea subjungit: *Sane si parochialis Sacerdos tales conjunctiones prohibere contempserit*, &c. Inter prohibitas verò conjunctiones supra enumeratas, non solum continentur clandestina Matrimonia, sed etiam non prius denuntiata. Ita præfatus Auctor.

Ubi quidem admittit, Matrimonium non denuntiatum puniri pœna d. cap. fin. verùm non tanquam Matrimonium clandestinum, & idèò alibi negat, hoc Matrimonium puniri pœnâ exheredationis, & aliis pœnis constitutis pro Matrimonio clandestino. Unde non est hic quæstio de nomine solum, sed maxime de re, quam latius explicabimus Sectione 11. ad quam remitto Lectorem.

Pro fine præsentis Conclusionis, quæro: quid si Matrimonium omisso denuntiationibus

pœnalis sine propriissime intelligenda.

67. Resp. Dicast. ad fundamentum sententiæ Sanchii.

68. Pœna pœnochi assistentiæ Matrim. clandestino.

Admittit Dicast. Mat. non denuntiatum puniri pœnâ d. cap. fin.

69. Quid si

64. Quid si illi...

65. Sanchez, pœnas pœnas...

66. Quid ad rationes...

66. Quid ad rationes...

66. Quid ad rationes...

Matr. omif-
fis denuntia-
tionibus pu-
blice celebra-
tur? Dicitur
ab Aliquibus
clandestini-
um.

nibus publicè celebretur, sciente majori parte vicinæ? Etiam hoc Matrimonium ab aliquibus dicitur clandestinum; quoniam illa publicitas non purgat vitium istud, cum non æquipollet denuntiationibus: multa enim facilius deteguntur impedimenta, factis denuntiationibus diebus festivis inter Missarum solemnias, ut fieri debent: major enim numerus confluit in templum, timerique præceptum, quo detigi impedimenta præcipitur; & quando non præmittuntur hæ denuntiationes, quilibet se à denuntiando impedimenta retrahit, quasi sua non interfit.

Bartolus.

Accedat doctrina Bartoli l. fin. in princip. verf. *Qualiter*, ff. de Ritu nupt. ubi dicit, id fieri clam, quod, omiffis jure requisitis in actu, efficitur: cum ergo in Matrimonio jure petantur denuntiationes, dicitur iis omiffis clandestinum. Sic tenet Gloss. cap. 2. Qui filii sint legit. verb. *Publicè: Scilicet*, inquit, *denuntiatione præmissa in Ecclesia publicè: alias hodie dicitur clandestinum, sup. de Claud. despons. Cum inhibitiis*. Idem docet Hostiensis, & alii complures; quos refert & sequitur Sanchez supra n. 10.

70.
Objeftio sol-
vitur.

Si dixeris: quòd fit scientibus vicinis, dicitur publicè fieri. Respondetur: omninò publicè fieri, sed non eà publicitate, quam jus postulat, & sicut statim dictum fuit, illæ publicitates non æquipollent, etiam quoad substantiam.

Non valet
arg. opposita
sententia ex
c. 2. *Qui si-
jii* etc.

Nec valet argumentum Adversariorum, desumptum ex d. cap. 2. Qui filii sint legit. ibi: *Filii eorum non debent sustinere jacturam, cum parentes eorum publicè, sine interdictione Ecclesiæ, inter se contraxisse noscantur*. Non valet, inquam, nam juxta Gloss. jam jam allegatam, *Publicè*, id est, *denuntiatione præmissa in Ecclesia publicè*. Atque hæc satis pro hoc loco de poenis Matrimonii clandestini, de quibus iterum redibit diffusior sermo Sectione II.

Nunc tempus est, ut discutiamus novam legem Concilii Tridentini quæ non solum prohibentur, ut olim, omnia Matrimonia clandestina, sed etiam aliqua irritantur. Et si à me petitur, ecquæ illa? Respondeo:

CONCLUSIO III.

Novâ lege Concilii Tridentini irritantur Matrimonia aliter contracta, quam præsentente proprio Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi seu Ordinarii licentia, & duobus vel tribus testibus.

71.
Plurimum

Cum haud intermissâ solertiâ (verba sunt Pallavicini in Historia Concilii

Tridentini) per tot menses, in cæteribus nationum Theologorum, & in peculiaribus Patrum conventibus, de Sacramento Matrimonii, ac de ipsius abusus diiudicatum effectum, gestique Canones & decreta, post Sessionem in maximo convenu sententiæ explicite conceptæ: consumptique in eo quatuordecim cœtibus, tandem postremo Julii die colloctæ sunt.

Plurimum supra reliqua disputatum & concertatum est, irrita, nec ne, declaranda essent Matrimonia clandestina. Et quæquam Suavis aliter recenscat numerum sententiarum, innixus literis Vicecomitis ad Borromæum; tamen Legati scripserunt, concertatum supra quadraginta quatuor voluisse, ut ea irrita redderentur, aut aliquid condidimusmodi fuisset, homines in habiles reddere ad hæc ratione contrahendum; reliquorundò antiquæ consuetudini in hæc sensu: posteriorem sententiam dicebantur emittenti Olius & Simonetta, & Moronizæ utramque anceps hæcisse; sed ipsis non nisi Sessione suffragio utendum erat. Hæc Pallavicinus lib. 22. cap. 4. n. 1.

Et cap. 8. n. 21. & 22. sic scribitur: *Septembris absoluta est sententia, quæ in quatuor classes dividitur. Prima, hujusmodi potestatem (scilicet irritandi Matrimonia clandestina) in Ecclesia negabat. Secunda, ex adverso sententia, hanc in Ecclesia potestatem, & illi ad exercendam. Tertia, inesse quædam Ecclesiæ potestatem, ubi sufficiens ad causam, sed eam causam reverà deesse. Quarta, operabatur, cum Ecclesiæ potestas multis affirmaretur, negaretur à multis, quætionem ad dogma redigi, in quo nequaquam desere, ut decretum conficeretur, tam multis contradicentibus.*

Verum, post prolixam disputationem bitam, postea, priusquam Sessio celebraretur, penè omnes de duobus concordarunt, quæ in deliberatione in volvi dogma: dogma esse pro ea parte, quæ non opponendum, creto, cum inesse reverà in Ecclesia facultas illa, ubi alioquin digna causa suppetere, quo ferè unanimes conveniebant, materia Theologi. Quam ob rem eò denique detecta res est, ut perpenderet, an vere hujusmodi adesse causa. Centum triginta sex illi adversarij sunt, reliqui in medias sententias abierunt. Hucusque Pallavicinus.

Sed quid putamus movisse tot Patres, ut adversarentur illi Decreto? Madrucci unus ex istis dixit (ut refert Pallavicinus sup. cap. n. 7.) Causas à se non conspici, cur Ecclesia post continuam tot sæculorum consuetudinem, ad rem adeò novam adducenda esset, corruptelas potius reparandas, quàm iis condi-

tionibus interdictis, quibus hæc Matrimonia sæpè noxia reddebantur, quâ severis ad id pœnis inflictiis.

Hanc sententiam (prosequitur Pallavi. n. 8.) complexus est Joan. Trivifianus Veneriarum Patriarcha, qui non concedentiam modò, sed potentiam negavit, arguens, irritâ reddi non posse quamdam Sacramenti rationem, in qua tota insit ipsius natura, tamen si ritus debiti desint; exempli gratiâ, quamvis Sacerdos confeceret absque ornatu sacro, verum Sacramentum conficit, dummodò materia cum forma conjungatur. Cùm igitur natura Matrimonii sua sit in mutuo consensu, sensibus subiecto, solùmque postulentur reliqui ritus, aut ad decorem, aut ad probationem; ab eorum vacuitate (opponerat ille) conjugii vim auferri non posse.

Castanea Rossanensis Archiep. ita differuit (inquit Pallav. sup. n. 10.) dubitationi subijci, an hæc esset in Ecclesia potestas; eoq;posito, tamen si communior Theologorù opinio eam potestatem admitteret, ab ea quæstione Concilio abstinendum esse; ad abstergendam dubitationem non valere producta exempla aliorum impedimentorum, quæ induxit Ecclesia; ea siquidem in illis, ineptas ad contrahendum inter se reddidit duas personas, quæ antea erant apæ: sed in re præsentî, permanente habilitate in personis, adjectus fuisset naturæ Sacramenti modus quidam, ipsam antea non constituens: utcumque id foret, fieri non expedire, tùm ne occasio daretur hæreticis destruendi Sacramenta: tùm, quia prioribus sæculis id factum non erat, quamvis tunc eadem causæ militassent.

Non gravetur Lector, si adhuc unum aut alterum Patrem produxero, ut sic magis veritas Catholica elucescat. Itaque (attestante Pallav. sup. n. 13.) Martinus Rithovius Belgæ, Iprensî Antistes, initium duxit à confessione timiditatis suæ, quæ sibi negabat, solutâ ac securâ manu ad opus ad eò novum, ad eòque magnum, progredi; Sanctiones Ecclesiæ in certo fundamento firmandas esse, ne fideles in anxietate versentur, aut interiorem conscientiam legem, aut exteriorem Ecclesiæ transgrediendi; & tamen certum esse, non esse certam hanc potestatem in Concilio, reddendi irrita Matrimonia occultatâ: compluribus Theologis, qui ibi aderant, id negari, & ex affirmantibus alias ab aliis rationes afferri, & alterius ab altero rationem confutari. Unde in comperto erat, rem in nebuloso, non in sodo versari.

Oportere Synodi sententiis auctoritatem infundi à conjunctione, & ea quidem animum, non corporum, quæ sine altera nihil valeret ad eas firmandas: jam verò in eo argumento conspici animos valdè divisos, quando complures sufficientem jurisdictionem, com-

plures sufficientem causam non agnoscebant.

Argumenta, quæ pro hujusmodi jurisdictione aducebantur, esse debilia; & primo loco nihil convinci ex simili ordine Magistratûs profani, qui potest efficaciam auferre politicis contractibus, ubi desunt solènes ritus ab ipso præscripti. Huic potestati tantummodò locum dari in bonis exterioribus, & in iis rebus, quæ Reipublicæ dominatui subjacent, & non in iis, quæ homini debentur jure naturæ, cuiusmodi est facultas se per Matrimonium consociandi, quod idcirco nec filio à patre, nec servo à Domino prohiberi fas est.

Præterquam, quòd obstaculum illud, à jure civili injectum hujusmodi contractibus, qui alioquin à natura vim habent, non impediatur, ne inde oriretur obligatio; sed ut daretur partibus facultas, eos accusandi, efficiendique, ut à jure irriti declararentur; at verò contractum Matrimonii, naturæ & Christi lege talem esse, ut si semel efficacitatem obtinet, nunquam postmodum ea ipsi adimatur.

Neque melius aptari similitudinem, de sumptam ex variis impedimentis, ab Ecclesia constitutis, sive ob cognationem corpoream, spiritali & civili, sive ob aliâ causam. Etenim in illis & semper habebatur ratio cujusdam certæ conditionis personarù, quibus fas non esset inter se contrahere, & exemplo Scripturæ adhibebatur; hic verò absq; exemplo irritum universè sanciri Matrimonium occultum inter cujusvis generis personas, ad eòque non materiam reddi ineptam, sed formam mutari.

Quod autem spectabat ad causam, eam satis non esse, etiam auctoritate positâ, tanquâ certâ, ad probandâ eâ legem, quæ irrita redderet ea conjugia, ob turpem in ipsis contrahendi modum: Matrimonium enim duplicis finis gratiâ contrahi, nimirum ad conservationem stirpis, & ad remediù incontinentiæ; primum honestior è esse, alterum magis necessarium, magisq; communem; ad eò ut S. Aug. diceret, re ipsa Matrimoniu ab ullo non contrahi laudabiliter, nisi fragilitatem suâ is pertimescat. Jam verò posse quidè optari, sed equè sperari non posse, communè hominum incontinentiâ ita coerceri posse, ut legitime nuptiæ expectentur: satius igitur videri, largum ac promptum adesse remediù, & ante oculos concubitus licere ipsis, clandestino Matr. vinculo se honestè constringere. Similiter existimare S. Aug. in 1. lib. de Matrimonio adulterinis, magis expedire, Baptismum homini adultero impertiri, tamen si non satis paratus ad ejus utilitatem recipiendam videatur, quàm illo denegato ob irreverentiæ metum, eum fortasse privari fructu, quem inde susciperet.

Addidit, amplificari ab Auctoribus oppositè sententiæ illius dâna, qui contracto prius clâ conjugio, ac dein altero palàm celebrato, cogebatur omnem vitam in adulterio ducere.

K k k k

Sed

76.
Refutantur arg qua ad ducebantur ad probandam sufficientem jurisdictionem Ecclesiæ.

77.
Ostenditur insufficientia causa.

74.
Discurtus Castan.

75.
Non Mari. Rithovius.

Sed quod scelerorum damno subveniretur, libertatem omnium ac medicinam coarctandam non esse; incommodo jam dicto neque Christum, neque Apostolum prospexisse: mirum igitur non videri, si non prospiceretur ab Ecclesia. Potius severissimis poenis & denuntiatis & inflictis, contra sacrilegam fraudem hujusmodi hominum agendum. Cæterò, nequitiam humanam aded ingeniosam esse, ut noverit se ab omnibus legum nexibus explicare, nec alio nisi timoris vinculo constringatur. Ita Martinus Richovius.

78. *Consimiliter loquitur Constantinus Bonellus.* Consimiliter Constantinus Bonellus Episc. Tiferini, quamvis admitteret potestatem irritandi, censuit tamen non expedire, ut eadem Ecclesia uteretur id enim idem futurum ac corrigere præteritas cunctas leges, quæ ad Matrimonium contrahendum, non nisi mutuum consensum exigebant. Nunquã id ausam Ecclesiam, tamen eadem incommoda cerneret; deliquebat ex Conc. Later. sub Innoc. 3. cuius sanctio habetur in c. *Cuius inhibito*, de Clan. despons. Tam memorabili Conventui nec pietatem nec prudentiam defuisse: postea verò genus mortalium non fuisse mutatum.

Afferri à quibusdam quamdam legem Evaristi Pontificis, relata in Can. *Aliter*, 30. q. 5. quasi idem ipse tentavit; sed textum illum cõmuniter sic explicari à Canonum Consultis, ut ejusmodi connubia sint quidẽ haud legitima, hoc est, contra ritum Canoniarum iustionum, non tamen sint irrita; quod etiam censuit S. Aug. relatus Can. ultimo causæ 28. q. 1.

79. *Quomodo Evaristus Matr. clandestina appellaverit adulteria.* Quod si Evaristus, adulteria seu contubernia appellavit, id intelligendum pro eo, ac intelligebat Gratianus in Can. ultimo ejusdem q. quod essent causæ adulteriorum & contuberniorum in secundis Matrimoniis irritis, quibus ausam præbebant.

Quin ab Ecclesia, quod fraudes, occultique cõcubitus evitarentur, statutas fuisse sanctiones oppositas iis, quæ nunc proponebantur, cum præsumeretur ab ipsa, esse consensum conjugalem, ubi concubitus habetur post occulta sponsalia; adeòque tanquam Matrimonium præsumeretur, quod interdum reverà Matrimonium non erat, idque pariter ab illa effectum, præsumente, intelligendum esse nuntium remissum honestæ conditioni, à qua præcedens Matrimonium suspendebatur, ubi contrahentes cõjungunt ante appositæ conditionis, eventum: nunc è contrario agi de auferendo, atque irrito faciendo consensu, cum certum erat illum existere.

Præterea; Decretum propositum absurdum esse; quia privabat efficacitate conjugia, tamen ita contracta, ut legitimè probari possent, cujusmodi erant, aut ante duos solos testes habita, aut scripto contrahentium manu confecto. Hactenus Bonellus apud Pallavicinum supra n. 17.

In eadem sententia fuit Sebastianus Vanzius Episc. Urbevetanus; qui etiam, licet potestatem irritandi generatim in Ecclesia testaretur, dixit tamen, in proposita questione dubium esse, an sufficiens causa suppetere ad hujusmodi Decretum universale ac perpetuum sancendum, cum oporteret, hanc pariter causam esse universalem ac perpetuam, ac illi nexam, inter quos inducitur obex, prout observari poterat in cunctis impedimentis, quæ rem irritam faciunt, ab Ecclesia jam irritata.

Contra verò; si causa solum temporalis est, aut potest esse, & non esse inter eos, inter quod impedimentum statuitur, haud posse per totum universè adimi efficacitatem ab eadem Ecclesia in suo interdicto uratur Decretum rogare. Se hoc didicisse à Gloss. c. *De fructibus*, de Sponsa duorum, & à Gloss. *De fructibus* Abbate Panorm. in c. *Ad dissolvendum*, de Spons. impub. inter eas, quæ appellabatur.

Jam verò delicta & incommoda, quæ suadebant irrita esse reddenda Matrimonia clandestina, non solum non esse eas perpetuam & communem, sed in plerisque non inveniri, cum plures hominum in hujusmodi conjugii quietam ac tranquillitatem agant. Non igitur id satis esse ad legem universalem condendam. Ita Vanzius apud Pallavicinum sup. n. 21.

His non obstantibus, Concilium, postquam decrevisset 12. anathematizatos in heresim eorumque; errores circa Sacramentum Matrimonii, proposuit Decretum expeditum in reformationis in decem capitulum, in quorum primo irritat Matrimonia aliqua hisce verbis: *Qui aliter, quam præcipitur per verbum vel alio Sacerdote, de ipsius Sacerdotis seu Ordinis licentia, & duobus vel tribus testibus, Matrimonium contrahere attentaverint, eos S. Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & hujusmodi contractus irritos & nulli decernit, prout eos præsentis Decreti articulo & annullat.*

Cum autem Concilium istud à Pontifice fuerit approbatum, veritas Catholica est, Ecclesiam hujusmodi Matrimonia potuisse irritare, quidquid Patres jam allegati fecerint, vel non senserint. Alioquin errasset in re, maxime ad fidem & universales Ecclesie mores conducenti.

Utrique appareat, Concilium non cõcedendo processisse contra iudicium tot Patrum, sed optimè fundatum fuisse, non solum in auctoritate, quia major pars, ut patet ex prædictis, consensit in hoc Decretum irritans, sed etiam in ratione, operæ pretium erit, adducere eas rationes, quas diversi Patres pro Decreto faciendo adduxerunt.

Itaque, omisso Lotharingo, qui primus omnium sententiam dicebat, quæ videre poterat in Concl. 1. n. 9. Granatensis opinio fuit. Potius

stem Com-
salvi de
Mendoza.

quidē irrita fieri ab Ecclesia, etiam conjugia prius contracta, ac firma ex jure divino, cum-
jusmodi erant inter infidelem & fidelē; mul-
tō magis id ab eo fieri posse in contrahendis.

Pro certo haberi, in ipsa potestatem inesse
impedimenti inducendi inter eos, quibus an-
tea id liberum erat ex quovis alio jure. Ex-
emplo sit impedimentum ex compateritate,
per sacram actionem inducta, quæ meræ leg-
is Ecclesiasticæ vinculum est. Pœnitentiam
quoque Sacramentum esse, & tamen sublata
fuisse ab Ecclesia efficacitatem absoluti-
onis, quæ ab aliis, quam à proprio Pastore imper-
tinetur. Dubitationem igitur non in potesta-
tem cadere, sed in hujusmodi constitutionum
opportunitatem; hanc verò sibi maximam
videri ob incommoda ab aliis adducta.

Quod hoc novum esset, nihil obstat: si
tale objectum valeret, aiebat, confectum iri,
nullam unquam sanctionem novam esse sta-
tuendam; id verò nimium repugnare regimi-
ni, quod postulat rerum humanarum vicissi-
tudo. Hæc ille apud Pallavicinum, sup. n. 9.

At verò Fufcararius aiebat: Ad credendum
inesse in Ecclesia eam potestatem, abundè
sufficere auctoritatem tot tantorumq; Theo-
logorum, qui ad Synodum convenerant, &
illam concedebant; & eorum aliquem dixisse,
tutum non esse secundum fidem eā denegari.

Quodcunque genus rerum, quæ Reip.
partes sunt, esse in potestate Reip. quæ totum
est; proinde debere partes illi in servare, ac se
accommodare. Jam verò inter humanæ Reip.
partes numerari hominum corpora; posse
igitur ab ea leges condi, quibus corpora, pro-
ut censuerit opportunum, disponat.

Antequam Matrimonium esset Sacramen-
tum, fuisse in Rep. hujusmodi potestatem; nec
idcirco credendum esse, ex eo, quod tam præ-
cipuus, ac tam frequens contractus, ad emi-
nentiam Sacramenti effectus fuerit, evasisse
in Reip. detrimentum, ereptâ illi facultate,
in eo sibi consulendi: posita ejus potestate,
perpicuè conspici necessitatem, ex tam mul-
tis & tam gravibus incommodis, quibus ut
efficaciter occurreretur, oportere, ut inter
rescriptos etiam Parochus adesset. Huc-
usque Fufcararius apud Pallav. sup. n. 11.

Et n. 12. sic argumentantem inducit An-
tonium Cerronium Episcopum Almerien-
sem. Si potest Ecclesia duos homines ineptos
reddere ad quovis modo contrahendum, si-
cuti ab ea in aliis Ecclesiasticis juris impedi-
mentis actum fuerat, longè majorem in ipsa
facultatem inesse, quâ ipsos ineptos reddat,
ad certo quodam modo contrahendum. Non
irrita fieri ab illa per hoc Decretum Matrimo-
nia, postquam Sacramenta sunt; sed obicem
induci, ne vera Matrimonia, adeoque
etiam, ne sint Sacramenta. Ita Cerronius.

Porro Confalvus de Mendoza Salmaticen-

sis Antistes dixit: Cùm homo sit animal po-
liticum, par esse, cunctas ipsius actiones sub-
jici politicæ potestati, ut ad bonum commu-
ne dirigantur: sic igitur Matrimonium, qua-
tenus est contractus merè civilis, sicut in Eth-
nicis, subjici potestati politicæ; quatenus ve-
rò est Christianorum contractus, ac proinde
materia Sacramenti, subjacere potestati Ec-
clesiasticæ. Idcirco quemadmodum proprio-
rum bonorum alienatio, etiam secundum
modos legitimos juris naturalis, redditur in
quibusdam conditionibus irrita ab humanis
legibus, ita statui fas esse de potestate in pro-
pria corpora, ubi ea ita exerceatur, ut inferatur
indè detrimentum Reip. Christianæ.

Hoc detrimentum liquidò conspici in Ma-
trimoniis clandestinis, quando ipsorum cau-
sâ tribunalia scatebant litibus, & Christiano-
rum genus offensionibus & delictis; atque
humanâ arrogantiâ eò devenisse, ut nobiles
probro sibi ducerent, aliter quàm clandestinè
Matrimonium contrahere, perinde ac si hono-
rificum non esset, nisi illicitum; ac propterea
gliscente absurdo, cui medendo satis non
erant vetera interdicta, novis efficacioribus
opus esse. Hæc ille apud Pallav. sup. n. 23.

Et n. 24. sic scribit idem Auctor: Francis-
cus Zamorra, Minorum observantium Præ-
ses supremus, idem comprobavit, narravit-
que accepisse se per literas novæ Hispaniæ,
novellos illos Christianos, hoc velamine clau-
destini conjugii obtextos, bis, ter & quater
uxores ducere, idcirco rogari se, ut ipse re-
medium exposceret à Pontifice, de quo pa-
riter opem Regis imploratum fuisse.

Atque hæc sunt præcipuæ rationes, pro-
pter quas Concilium remedium à Pontifice
expostulavit, & obtinuit pro remedio irrita-
tionem, tam directam, id est, immediam an-
nullationem ipsius contractus, ibi: *Et hujus-
modi contractus irritos & nullos esse decernit;*
quam indirectam, id est, inhabilitationem
ipsarum personarum, ibi: *Eos S. Synodus ad sic
contrahendum omninò inhabiles reddit,* ut vel
sic, quanto odio persecuta fuerit Ecclesia Ma-
trimonia clandestina, non obscure significa-
ret universis, & ut liquidò demonstraret, Ec-
clesiam habere potestatem irritandi hujus-
modi Matrimonia, quidquid plures ex Pa-
tribus contradicerent absque solido funda-
mento, ut satis patet ex jam dictis.

Siquidem nec ratio contractus obstat, nec
ratio Sacramenti. Non primum; licet enim
sit contractus naturalis, sive à natura quo-
dammodo institutus, & omnibus permittus;
equidem certum est, quod non valeat, nisi ha-
buerit debitam materiam & formam, quæ
sunt corpora contrahentium, & consensus
reciprocus, signo externo legitime expres-
sus; non exprimitur autem legitime, nisi in
præsentia Parochi & duorum testium.

K k k k 2 Non-

86.

Idem com-
probavit
Franc Za-
morra.

87.

Pontifex di-
rectè & in-
directè irri-
tavit Matr-
clandestina.

88.

Hinc irri-
tationi non
obstat ratio
contractus.

Nonne etiam testamentum est contractus naturalis? Et tamen non valet, nisi voluntas testatoris legitime exprimitur, non valet, inquam, etiam in foro interno, ut Muldocent. Permittit quidem jus naturæ, ut valeat contractus Matrimonii clandestinus, sed tamen non præcipit, ut valeat, & idem per jus positivum fieri potest, ut non valeat. Sicuti permittit jus naturæ, ut valeat Matrimonium in 3. & 4. gradu consanguinitatis, tamen quia non præcipit, ut valeat, fieri potuit per jus positivum, & factum est, ut non valeat, quod tamen aliàs valeret.

89. Occurrit objectioni.

Nec refert, quod hic habeatur ratio cujusdam certæ conditionis personarum; quia personæ non magis sunt de essentia Matrimonii, quàm consensus externus; porò in nostro casu habetur ratio cujusdam certæ conditionis consensûs; externi; si ergo ex defectu certæ conditionis materiæ, potest jus positivum irritare Matrimonium, etiam in foro interno; cur non etiam ex defectu certæ conditionis formæ? Non apparet sufficiens disparitas.

Nec etiam obstat ratio Sacramenti.

Ex quo etiam manifestè convincitur, non obstat hic ratio Sacramenti; quia dignitas Sacramenti non immutavit naturam contractûs, sed eam intactam reliquit, ut patet ex alibi dictis. Si ergo contractus potest irritari, etiam consequenter Sacramentum, quod non potest subsistere sine contractu, cum hic ipse sit tota essentia Sacramenti. Et verò si materia Sacramenti possit per jus positivum reddi inepta, quæ jure divino est apta, cur non etiam forma? Nec enim Ecclesia aut Respub. majorem habet potestatem mutandi materiam Sacramenti, à Christo institutam, quàm formam.

90. Ecclesia hic non mutat formam Sacramenti formaliter, sed tantum materialiter.

Et idem, sicut in exemplo consanguinitatis non mutavit Ecclesia formaliter materiam Sacramenti, sed tantum materialiter; pari ratione in nostro exemplo non mutavit formam Sacramenti formaliter, sed tantum materialiter; nimirum, quia amittit illud esse, ratione cujus poterat esse forma: v. g. si Ecclesia posset efficere, ut hæc vox, *Corpus*, non significaret corpus, & illud efficeret, tunc hæc verba: *Hoc est corpus meum*, non essent forma Consecrationis; non tamen Ecclesia variaret formaliter & propriè Sacramenti formam, sed materialiter, variando vocis significationem; quia ea vox, *Corpus*, non materialiter sumpta constituit formam Sacramenti, sed formaliter sumpta, in quantum significat corpus: unde variatâ significatione, quia non manet eadem vox formaliter, sed tantum materialiter, non erit forma Sacramenti; & consequenter variabitur forma materialiter & remotè, non autem propriè & formaliter: quia vox alia, significans corpus, esset eadem formaliter, hoc est, quantum ad significationem; ratione cujus

propriè & formaliter constituit formam Sacramenti, licet quantum ad materiam vocis sonum, & syllabas, ex quibus constaret esset diversa vox.

Eodem modo contingit in Matrimonio verba illa: *Accipio te in meum*, &c., in materia materialiter tantum sumpta nunquam habent legitimam formam Matrimonii, ut constat; quia si proferrentur à furiosis, vel à que interno consensu, aut à consanguinitate non essent legitima forma; sed sunt formaliter & formaliter, in quantum importent, & significant validum & sufficientem consensum ad mutuam corporum traditionem.

Dum ergo Ecclesia (prout potest) efficit ut hæc verba, prolata à consanguinitate, vel abique Parochi & testium presentia, importent ac continent sufficientem consensum ad eam traditionem, non vana propriè & formaliter materiam & formam tantum materialiter & remotè; quia verba illa, quæ ante legem Ecclesiæ pronuntiabantur, & quæ modo sufficienter, licet formaliter, id est, in quantum importent consensum sufficientem, licet materialiter & remotè sint diversa; quia ante legem Ecclesiæ dicta sufficienter, post verbum.

Itaque Concil. Trident. irritum Matrimonium clandestinum, enim quædam est Sacramentum, non directè & immediate, sed cum Sacramentorum institutione, & obsequio, non subjaceant potestati Ecclesiæ. Præterea declarat, & hoc præcipit, ut in Ecclesia fuisse, ut in Sacramentum dispensationis, salva illorum substantia, ea mutaretur, sed indirectè & remotè, vel in modo licet directè & proximè contractum humanum qui est fundamentum seu substratum Sacramenti: porò sublato seu destructo fundamento, tollitur superædificium, ut dicitur. 1. Cum Paulus dicat: Fundamentum non potest ponere præter id, quod positum est; quod est Christus Jesus, qui quænter probatur, quia ubi Christus non est fundamentum, nullum boni operis est superædificium. Ita Greg. Antiocheno Episcopo in 7. Epist. 47. indicat. 2.

Igitur Ecclesia nequit efficere, in consecratione maris & foemine ad mutuam corporum traditionem sufficiens, non sit validum Sacramentum Matrimonii; potest tamen efficere, ut consensus ille non sit sufficienter corporis traditionem, nisi certæ conditiones concurrant, quibus deficientibus, indirectè & consequenter in validum redditur Sacramentum Matrimonii.

Veluti Ecclesia nequit efficere, ut si quis confiteatur Sacerdoti, jurisdictione prædicta, absolutionemque recipiat, Sacramentum

B
Sacramenti
partis

irritum sit: at potest auferendo jurisdictionem à ministro, efficere, ut absolutio, ab illo præstita, nulla sit: quia illud esset, omnibus requisitis ad valorem Sacramenti concurrentibus, directè Sacramentum annullare: hoc autem tantum est destruere fundamentum, ad Sacramenti valorem prærequiritum, quo destructo, consequenter & indirectè destruitur Sacramentum.

Atque ex hoc simili patet, quod jam dictum est de mutatione materiæ & formæ, etiam posse applicari mutationi ministri. Nam Christus solum instituit pro ministro Sacramenti Matrimonii illum, qui esset legitimus minister contractus: sicuti pro Sacramento Pœnitentiæ instituit ministrum judicem; cui ergo Ecclesia potest facere, ut hic sit iudex, vel non iudex, dando vel auferendo jurisdictionem, & ita ministrum materialiter variare; ita etiam facere potest, ut aliquis sit vel non sit minister Sacramenti Matrimonii, requirendo aliquam in ipso conditionem, sine qua nequeat validè contrahere Matrimonium, & ita ministrum Sacramenti materialiter variare; eo planè modo, quo variatur minister, quando is, qui hodie potens est copulari, craftinà die per naturam vel vim externam sit impotens; quippe hodie est minister Sacramenti Matrimonii, si reliqua ad sint; cras autem non est amplius minister. Quis propterea dicit, vel naturam, vel eum, qui vim inferit, mutare seu variare ministrum Sacramenti?

Quid ergo facit? Directè & immediatè mutat ministrum contractus matrimonialis, quo variato seu mutato, indirectè & consequenter mutatur minister Sacramenti Matrimonii, sicut dictum est, de mutatione materiæ & formæ, quippe Christus non instituit alium ministrum, vel aliam materiam aut formam Sacramenti, à ministro, vel materia aut forma contractus. Neque est verisimile, quòd elevando contractum istum civilem ad dignitatem Sacramenti, voluerit auferre potestatem Reip. variandi ejus materiam formam aut ministrum, quando id foret quodammodo necessarium pro bono communi.

Neque hæc variatio est specialis huic Sacramento; quàmvis si esset, non foret miranda, cum plures differentiæ oriuntur inter hoc, & alia Sacramenta, ex eo quòd materia ejus & forma sint contractus civilis, qui quoad esse suum formale, id est, ut legitimus sit, subditur potestati Reip. secus v. g. aqua naturalis, quæ est materia Baptismi. Quàmquam & hæc mutari possit, etiam à quolibet privato homine, qui ita potest eam alterare per admisionem aliarum rerum, ut amplius non maneat aqua naturalis, & per consequens, ut amplius non sit materia Baptismi.

Interim sicuti nemo, præter Christum,

potest facere, ut aqua naturalis, manens naturalis, non sit materia Baptismi; sic itidem nemo, præter Christum, potest efficere, ut contractus legitimus seu validus non sit materia & forma Sacramenti Matrimonii. Sed Respub. potest facere, ut contractus, qui alias foret validus, per legem irritantem fiat invalidus; non solum in foro externo, sed etiam in foro conscientiæ; ut manifestum est in impedimento consanguinitatis & similibus, quæ, secundum Omnes, dirimunt Matrimonium, etiam in foro conscientiæ.

Et ratio est; quia licet lex humana decernere non possit aliquid circa id, quod deducitur immediatè ex principiis naturalibus, bene tamen circa ea, quæ deducuntur tantum frequentius & universaliter, aut quæ se habent ut determinationes juris naturalis. Ergo potest aliquid decernere aut innovare circa materiam contractus ex his, quæ jure naturali non requiruntur; & sicut lex præcipiens aliquid, aut prohibens, obligat in conscientia; ita etiam lex irritans contractum, & explicans nullum fore, obligabit in conscientia.

Atque ut alii contractus solum forent irriti in foro externo, secundum multos DD. id dici non potest de Matrimonio; quia alii contractus, semel validi, irritari possunt per potestatem humanam, secus Matrimonium; ergo vel in utroque foro est invalidum, vel in neutro; quàmvis aliquando præsumatur invalidum in foro externo, ubi tamen reverà est validum in foro conscientiæ, & è converso, aliquando præsumatur validum in foro externo, ubi tamen reverà in foro conscientiæ est invalidum, v. g. ex defectu interni consensùs, quem Ecclesia per suam præsumptionem non potest supplere; sicuti per suam præsumptionem non potest efficere, ut non fuerit consensus, quando reverà fuit.

Hinc leges istæ matrimoniales, quæ fundantur in præsumptione, v. g. quæ præsumunt consensum matrimonialem ex copula, secuta post sponsalia, de qua alibi tractavimus, & similes, quæ aliquid præsumunt in unoquoque casu particulari, non obligant tali præsumptione non subsistente, neque mandatum, aut sententia judicis, si in ea fundetur.

Alterum genus præsumptionis est (inquit Bal. Pontius l. 5. c. 5. n. 7.) quando non præsumitur fraus aut dolus in unoquoque peculiaris casu, sed in plurimum, & hoc est fundamentum cujusque legis non solum irritantis, sed etiam præcipientis aut prohibentis. Nulla enim lex est, quæ non statuatur ad vitandum aliquod publicum incommodum, id est, totius Reip. aut certi generis personarum, quæ sunt in Republica. Unde si talis præsumptio esset falsa, lex esset nulla, quæ statuatur contra libertatem naturalem. Tamen

K k k 3 quia

Respub. potest facere ut contractus fiat invalidus etiam in foro conscientia.

97. Matr. vel in utroque foro est invalidum vel in neutro.

Lex que præsumit aliquid in quovis casu particulari cessat, cessante præsumptione.

98. Secus quæ solum præsumit aliquid in plurimum.

Pontius.



quia hæc præsumptio non habet locum in singulis casibus, sed in plurimum: idem etiam si præsumptio legis deficit in uno casu, non idem lex vim amittit, nec definit obligare in eodem casu. Hæc ille.

Probatu
ratione.

Quæ n. 8. probat ratione & exemplis. Ratio, inquit, est; quia ut habet receptissimum Theologorum axioma in materia de Legibus, non deficit lex, non cessante causâ illius legis. Sed causa istarum legum non est fraus in isto peculiari casu, sed in universum, quæ causa non cessat, ex eo, quod in isto casu deficiat: ergo viget adhuc lex, legi autem vigenti nativa inest obligatio, atque adeo etiam obligabit in eo casu.

99.
Probatu
exemplis.
Primum.

Exempla sunt; Primum: quia lex Tridentini prohibet Matrimonia clandestina ad evitandos dolos & incommoda in Republicâ, & tamen nullus hæctenus dubitavit, eam non obligare, etiam si aliquis in aliquo casu contraheret sine fraude & damno. Cur ergo aliæ leges, quæ in præsumptione fundantur, non habebunt eandem vim in quolibet casu, etiam si constet veritas in contrarium, cum non constet, legillatores aliquid diversum pro eo statuisse, & aliàs quivis teneatur privatum damnum pati ob commune & publicum bonum, quod ex ejus legis observatione sequitur?

Secundum.

Secundum exemplum fit in lege, quæ jubet in Republica judicari secundum allegata & probata, quia aliàs præsumit falsum. Etiam si in particulari casu constet, falsitatem esse in allegatis & probatis, & nota sit innocentia Reipublicæ, debet Judex secundum allegata & probata judicare. Ecce in hoc casu deest præsumptio legis, & nihilominus vim retinet universalis lex, cujus præsumptio est ut plurimum. Ergo idem etiam in aliis dici debet. Hæctenus Pontius.

100.
Matr. clan-
destina irri-
ta sunt ta-
mensi hinc &
nunc non sit
periculum
alicujus in-
convenienti-
s.

Igitur ad propositum nostrum, Matrimonia clandestina irrita sunt, tamen hinc & nunc non sit periculum alicujus inconvenientis, propter quod à Tridentino irritata sunt; quia hæc lex non præsumit illa inconvenientia in unoquoque peculiari casu, sed in plurimum, quæ causa semper adest.

Illam autem fuisse sufficientem, ad hujusmodi decretum universale ac perpetuum faciendum, didici ex lege prohibente talia Matrimonia ante Trident. quæ erat universalis ac perpetua, obligans etiam si aliquis in aliquo casu contraheret sine fraude & damno. Et hoc est, quod dici consuevit: Cessante causa legis in casu particulari solum negativè, non cessat obligatio, & per consequens nec irritatio. Quæ enim disparitas?

101.
Objeccio.

Nec obstat Gloss. in cap. Tua fraternitas, sup. allegata, ubi verb. Poteris irritare, sic ait Cum Matrimonium interdicitur ab Ecclesia, aut causa prohibitionis est perpetua, aut tempo-

ralis. Si est perpetua, separantur à cohabitatione quousque cognoscatur de impedimento, qui probato separantur ex toto, i. a. sententia divor-
tiii inter eos, infra de Matrimonio contracta con-
tra interdict. Eccl. De muliere. Et sic intelligitur
cap. Contradicimus, & c. Vides, & c.
Non dubium. Et sic intelligitur, quod dicitur in
cap. Ad dissolvendum. Quo non probato
manebunt simul. Si vero causa prohibitionis
fuerit temporalis, puta tempus, in quo Matrimo-
nium prohibetur contrahi propter reverentiam
dierum vel consensus de futuro cum alio: tunc non
deberent separari, sed penitentia debet eis im-
poni, quia contra interdictum Ecclesie non pe-
cerunt.

Hæc, inquam, Gloss. non obstat, quia
impænitentiarum causa est perpetua, scilicet
inconvenientia, quæ in plurimum solent
qui ex Matrimonio clandestino, quæ
hic & nunc fieri possit, ut non sequantur
autem perpetua sunt. Vel dic, causa
bonum commune & publicum, quod
tenus obtineretur, nisi Matrimonium
irritum, etiam in tali casu, quia quæ
cile præsumeret, etiam ubi minor
mendum foret, illa inconvenientia
suo clandestino Matrimonio.

Itaque in Ecclesia non solum est positum
generalis irritandi Matrimonia, sed etiam in
proposita quæstione suppetit in
causa, ad hujusmodi decretum
perpetuum faciendum, propterea
civit, non solum inhabilitatio
etiam irritando ipsum contractum
spectato solo jure naturæ, sed
contrahere, ut supra
tractus essentialiter non
externum, per signa
pressum, quia tamen
potest illis ex legitima
tollere, & efficere, ut
ciant ad traditionem corporum;
omnia non tantum à voluntate
tium, sed etiam à voluntate
illa subjecta est, pendent; ut
aliis exemplis extra Matrimonium.

Sic quippe Ecclesia Professionem, ante
ante decimum sextum annum
te annum probationis expletum,
Concilio Tridentino sess. 25. de
ibi: Professio autem antea facta, si
lamque inducat obligationem, ad
la vel Religionis, vel Ordinis
aut ad alios quoscunque effectum. Quæ irritatio
non solum obtinet in foro
ut Omnes fatentur, in foro
Fateor, hominem habere liberum
nium suorum actuum; sed ut
sint; non autem ut habeant
effectum; hic porro non
ctus ejus. An putas, quod

B
Sac
par

non possit impediri à suo effectu? Scio quòd non putes; quia oppositum nimis manifestum est. Quàmvis ergo consensus sit causa naturalis obligationis: equidem nil obstat, quin illa obligatio à causa superiori possit impediri. Sicut in præsentia impeditur ab Ecclesia, quæ est superior, etiam respectu Matrimonii, ut patet ex aliis impedimentis, dirimentibus jure tantum positivo.

Nec dixeris: annullatio actûs pœna est; hæc autem non incurritur ante judicis sententiam, juxta Gloss. vulgarem c. *Fraternitas*, 12. q. 1. & Omnes: ergo in conscientia non est irritum tale Matrimonium.

Ne, inquam, sic argumenteris; quia falsum est, quòd omnis annullatio actûs sit pœna; & falsum est, quòd nulla pœna incurritur ante judicis sententiam, juxta Gloss. vulgarem c. *Fraternitas*, 12. q. 2. & Omnes; nam Gloss. illa nihil simile dicit, & Omnes fatentur, censuras obligare ante omnem sententiam. Igitur tamen si admitteremus, irritationem Matrimonii clandestini pœnam esse (quod non) equidem in conscientia Matrimonium erit irritum; nam pœna illa incurritur ante omnem sententiam, ne alioquin lex sit inutilis ad finem intentum, cum Matrimonium semel validum nequeat per potestatem humanam irritari.

Porro quòd possit dari irritatio alicujus actûs, quæ non sit pœna, sive, quòd possit dari irritatio purè moralis, inde satis probatur: quòd deur aliqua irritatio, ubi nulla præcedit culpa, nec sufficiens causa pœnæ ex parte ejus, cujus actus irritatur: v. g. quando quis condit testamentum minus solemne, quod ex illo defectu irritum est, nihil peccavit, nec aliquid fecit punitione dignum; quia sicut liberè possit testamentum non condere, nec tamen idèd effect dignus pœna; ita etiam liberè potuit minus solemne testamentum facere, sine macula, vel causa pœnæ; ergo nullitas illa non est pœna; ergo nec lex est pœnalis, sed directiva tali modo, & cum tali efficacia, ut constituat illam formam, tanquam substantialem actui, etiam si inde consequatur alteri incommodum ex nullitate talis actûs.

Et confirmatur: quia intentio talis legis non est, punire actum, vel negligentiam alicujus; cujus signum est, quia in dicto casu detrimentum, quod ex nullitate testamenti sequitur, magis cedit in damnum hæredis, quàm testatoris; neque id reputatur inconveniens, quia reverà lex neutrum punire intendit, sed communi bono providere; non potest ergo talis lex pœnalis reputari.

Nec obstat; quòd interdum in jure videatur hic effectus, prout fit per has leges, vocari nomine pœnæ, ut in l. fin. Cod. de Posthumis hæred. ibi: *Ne pœnam patiatu'r præteri-*

tions, qui suos filios non præterit; nam ibi lato modo sumitur pœna pro incommodo vel damno quocumque. Ita Suarez lib. 5. de LL. c. 19. n. 5.

Et quia hoc non sufficit ad intentum nostrum; quippe peccat graviter, ut supra dictum fuit, qui clandestinè contrahit; idèd subscribo, quæ idem Auctor addit n. 6. Lex inquit, prohibens actum, & irritans illum, intuitu boni communis, vel privatorum, non est pœnalis. Exempla illius sunt in legibus irritantibus Matrimonia inter consanguineos vel affines, vel inter cognatos spiritualiter; illa enim irritatio non est introducta in pœnam contrahentium, sed per se propter decentiam religionis, vel conjugalis honestatis. Item hæc spectant leges irritantes Professiones minorum, vel ante annum probationis, vel similes.

Ratio verò est; quia illa irritatio non fit in odium alicujus, nec in vindictam delicti, quod ad pœnam in rigore sumptam necessarium est, juxta l. 22. Cod. de Pœnis: *Sancimus ibi esse pœnam, ubi & noxia est*. Et infra: *Peccata igitur suos teneant auctores, nec ulterius progrediatur metus* (id est, pœna, juxta Gloss. ibi verb. *Metus*) *quam reperiatu'r delictum*.

Denique declaratur in hunc modum; quia pœna solum per accidens introducitur, seu per occasionem, ad cohibendum vel vindicandum: hæc autem irritatio per se imperatur, & fit, quia per se expedit bono communi, vel privatorum.

Neque obstat; quòd talis irritatio cedat in nocumentum alicujus; quia hoc est indirectè, & per consecutionem; non verò est illud damnus intentum à legislatore, ut ille puniatur. Unde Multi censent, talem legem non solum non esse pœnalem; verum neque odiosam esse, sed potius favorabilem. Usque adhuc Suarius.

Infero ergo: irritatio, de qua hic tractamus, non est propriè pœna; quia & ipsa non est introducta ob delicti punitionem, sed propter bonum commune, & bonum ipsorum contrahentium, ut patet ex dictis; ita ut si contrahentes essent immunes culpæ, propter invincibilem ignorantiam, equidem Matrimonium non valeret, ut patebit ex dicendis.

Accedit: quòd Concil. Trident. postquam irritavit hujusmodi Matrimonium, tunc demum infligit propriè dictam pœnam contrahentibus, ibi: *Insuper Paracubum &c. nec nos ipsos contrahentes graviter arbitrio Ordinaris puniri præcipit*. Quam indubiè pœnam evitarent, qui bonâ fide sic contraherent. Igitur lex illa Tridentini irritans non est propriè lex pœnalis.

Si autem à me quaeritur, à quo tempore hæc lex obligaverit, & quas personas obliget? Respondeo citiùs.

L. fin. C. de Posthumis. Suarez.

Lex irritans actum intuitu boni communis, vel privatorum, non est pœnalis.

108. Probatio.

Confirmatur.

Occurritur objectioni.

109. Irritatio Matr. clandestini non est propriè pœna.

CON-

CONCLUSIO IV.

Lex Tridentini, irritans Matrimonia clandestina, obligavit in singulis Parochiis, à trigesima die publicationis ibi factæ, omnes in ea habitantes, etiam ignorantes.

IIO. Prænotandum primò; legem Cæsaream non obligare actû, nisi post duos menses à promulgatione in singulis provinciis. Est communis doctrina Jurisperitorum. Fundatur in Authentica: *Ut factæ novæ constitutiones post insinuationes earum post duos menses valeant.* Coll. 7. Tit. 2. 1. Novell. 66. ubi cap. 1. sic legitur: *Sancimus igitur ex illo nostras constitutiones, quæ pro testamentis sunt, valere, ex quo in commune factæ sunt manifestæ: in provinciis autem, ex quo discretæ per metropolitans palam factæ sunt, vel postea factæ fuerint: ne legum ignorantia (secundum quod dudum tenuit) testamenta homines facientes, videantur prævaricari legem. Ut autem apertius adhuc causa declaretur, sancimus, si scripta fuerit hujusmodi lex, hanc post duos menses dati ei temporis valere, & in Rep. tractari, sive in hac felicissima civitate, sive in provinciis post insinuationem sufficienti hoc tempore omnibus manifestam eam constituere, & tabellionibus jus cognoscentibus virtutem, & subjectis agnoscensibus legemque servantibus.*

Ubi Gloss. verb. *Hujusmodi lex*, inquit: *Scilicet pro testamentis, ut supra Tit. prox. dictum est. Sed nunquid idem in aliis? Dico quòd sic: ut patet ex Rubrica in princip. cujus verba sunt generalia, & ita hoc intellige generaliter.*

III. Rubrica, qua perfectum sensum reddit, habet textus auctoritatem.

Siquidem hæc Rubrica, ut ex ipsius verbis constat, est ex illis, quæ à Juristis dicuntur, perfectum sensum reddere, de quibus est apud ipsos dogma receptum, habere textus auctoritatem in his, in quibus nigro non repugnant, ut ipsi loquuntur, id est, in his, quæ non sunt contraria legibus sub rubro contentis. Unde concludunt, etiam si lex strictius loquatur, extendendam esse juxta generalitatem Rubricæ, quando non est repugnantia, nec absurdum aliquid sequitur.

Quæ sanè regula optimè probatur ex communi Jurisperitorum consensu & quasi traditione, quæ in interpretatione jurium magnam sine dubio habet auctoritatem; nam si consuetudo est optima legum interpres; ergo & hæc tot & tantorum Doctorum testificatio, quæ consuetudinem necessariò habet adjunctam, sive illam induxerit, sive de illa testificetur.

Videntur autem ipsi supponere, Rubricas

juris civilis, esse eorumdem Imperatorum seu Jureconsultorum, quorum sunt leges. Unde dicere solent, Rubricas Decretorum habere auctoritatem, quia non sunt ab auctoribus Canonum, sed à Gratiano vel Aliis.

Ex hoc autem principio, valde probabiliter colligitur: Rubricam reddentem sensum perfectum (qualis est illa, quæ incipit per: *Us*, aut per: *Ne*) habere legem auctoritatem, & non limitari per textum, regulariter loquendo, nisi necessitas cogat, ne datur talis titulus auctor frustra generalitatem propositionem protulisse; sed potius magis specialius loquentes, esse veluti membra illius generalitatis, vel quasi materiam exempli, in quibus cernitur, quod in Rubrica generalius continetur.

Hoc ergo principium (inquit Suarez l. 3. de Leg. c. 16 n. 12.) negari non potest Theologis cum probabilitate; quoniam quæ rationi contraria non sunt, auctoribus repugnant, multum habet ponderationis sensus perituro: in sua propria materia præsertim cum sit illud principium, per se verisimile, & consentaneum rationi.

Ex illo autem optimè inferuntur prædicti, dictam Authenticam extendendam ad omnes leges civiles; quia titulus Rubricæ generalis est, & sensum reddit perfectum, & ita habet textus auctoritatem, & per illam applicanda est Authentica, sicut eorum per alium explicatur. Hæc ille. Apud quem dulus Lector plura inveniet ad hanc præsentitum, quæ nos omittimus, quia hic non est proprius locus de eis tractandi.

Prænotandum 2. licet aliqui idem opinentur de lege Pontificia, arguente c. 1. de Novi oper. nunciatione. *Scia vero sunt leges non dedignantur sacri Canonum constitutionibus adjuvantur.* Equidem probabilis est, elapso à promulgatione in illo tempore, quo moraliter potuerit in illa ex se obligationem inducere.

Ratio est: quia ex natura rei id statuit: nec prædictam Authenticam interpretavit. Nullo enim jure scripto id ostendit testis in particulari, nec etiam in generalibus Canones solum in iudiciis causarum voluerunt, ut civiles leges servarentur, nisi Canonice deessent; modus autem ferendi universales leges, longè gravior est, & pertinet ad propriam Pontificis actionem, & potestatem, & ideo non est illa generalis regula ad præsentem casum extendenda.

Nec etiam talis acceptatio potest consuetudine ostendi, sed potius contrarium; quia in Curia Romana, totius orbis lites definitur juxta leges Pontificias, Romæ publicantur, etiam si alibi promulgatæ non sint; & Navarra

Confil. 1. de Confil. num. 19. dicit, de confuetudine & stylo in urbe seruari, ut transgredientes legem Papæ ante duos menses à promulgatione, puniantur, non solum, qui probantur scivisse promulgationem, sed etiam, qui non probavit, illam ignorasse. Hæc autem forent injusta, si in aliis Provinciis illæ leges non obligarent, absque speciali promulgatione, in iis facta; et si non obligarent ante duos menses à promulgatione.

Præterea: Pontifex in aliquibus legibus addit specialem modum promulgationis, & temporis determinationem; ergo ubi non addit, talis obligatio sequitur, prout rei natura postulat. Probatur Consequentia; quia exceptio firmat regulam in contrarium. Antecedens patet ex c. Cum singula, de Præbend. in 6. ibi: Circa eos autem, qui plures Prioratus, vel Ecclesias huiusmodi nunc detinent; providemus, ut infra mensem, postquam præsens constitutio pervenerit ad eosdem, unum ex ipsis, quem retinere voluerint (reliquis dimissis) eligere, teneantur: alioquin ex tunc penis subjaceant supradictis.

Ubi Gloss. verb. Pervenit: Et sic, inquit, si pervenit ante duos menses à tempore publicationis, statim incipit eis tempus currere: et si non pervenerit infra duos menses, adhuc tempus non currit. Ergo supponit textus ille, non esse necessarium tempus duorum mensium ad obligandum.

Neque potest hoc dici speciale: quia textus nihil de hoc statuit, sed supponit; & potius pro speciali addit concessionem mensis ad exequendum actum, ibi præceptum, & ad incurrendas poenas, qui mensis semper inciperet currere à notitia præcepti, etiam si post plures menses haberetur, ut patet in verbis Glossæ mox allegatis. Ergo signum est, legem de se obligasse à publicatione, independentem à lapsu duorum mensium; non nisi tamen intra unum mensem. In hac ergo lege additur determinatio unius mensis.

At verò in Bulla Pii 4. Sicus ad sacrorum, super declaratione temporis, ad observanda Decreta Concil. Trident. determinantur tres menses, ibi: Nam etsi ipsius Concilii Decreta, etiam de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. Ecclesiæ Cardinalium consilio & assensu in consistorio nostro secreto confirmata à nobis fuerunt sub finem mensis Januarii, & ab eo etiam tempore apud hanc S. Sedem observari ceperunt: quia tamen non parum temporis, in eis Romæ diligenter emendatæque imprimendis, necessario consumptum fuit, & jure etiam communi sancitum est, ut Constitutiones novæ vim non nisi post certum tempus obtineant; æquum nobis & justum visum est, prædicta Decreta omnia ad dictam reformationem, jusque positivum dumtaxat spectantia, à Kalendis Maii proximè præteritis omnes obligare cepisse, neque

post eam diem excusationem cujusque, quod ea ignoraverit admitendam. Atque ita Apostolica auctoritate declaramus ac definimus, & ab omnibus judicari debere mandamus atque statuimus.

Ubi in primis dicit Pontifex, Decreta Trid. statim à confirmatione, apud S. Apostolicam observata fuisse, sine dilatione alicujus temporis: ergo censet jus commune, quod ibidem allegatur, & non videtur esse aliud, quàm dicta Authentica, non obtinuisse in illis Decretis apud S. Apostolicam; neque alibi, quia ubi jus commune concedit tantum duos menses, Pontifex statuit tres menses, scilicet à fine Januarii, usque ad Kalen. Maii.

Cæterum, ut accedamus ad Conclusionem nostram, ipsum Concilium Tridentinum specialem modum promulgationis, & speciale tempus præscripsit legi irritanti Matrimonia clandestina, de qua hic tractamus, dicens in cap. 1. Ne verò hæc tam salubria præcepta quemquam lateant, Ordinariis omnibus præcipit (S. Synodus) ut cum primum potuerint, curent hoc Decretum populo prædicari ac explicari in singulis suarum Diocesium Parochialibus Ecclesiis, idque in primo anno quàm sæpissimè fiat: deinde quoties expedire viderint. Decernit insuper, ut huiusmodi decretum in unaquaque Parochia suum robur post triginta dies habere incipiat à die primæ publicationis in eadem Parochia factæ numerandos.

Ubi non solum requiritur publicatio in singulis Provinciis, sed etiam in singulis Parochiis, & determinatur tempus triginta dierum, ad hoc utique, ut lex illa suum robur habere incipiat; ac proinde alterâ conditione deficiente, sive publicatione in Parochia, sive determinato tempore, hæc lex non habet suum robur, id est, non obligat. Publicata autem in Parochia, post triginta dies, habet suum robur, id est, obligat omnes, habitantes in ea Parochia, saltem ad quos notitia legis pervenerit, de quo nemo dubitat.

Disputatur autem ab Aliquibus, an etiam afficiat invincibiliter eam ignorantes. Pars negativa probatur; quia inhabilem reddere ad aliquem actum, est poena: sed Trident. per suam legem, clam contrahentes reddit inhabiles ad sic contrahendum; ergo illud decretum poenam continet, quæ cum non afficiat invincibiliter ignorantes, eò quòd culpâ vacent, dicendum est, hos habiles esse ad sic contrahendum; & proinde Matrimonium, ab eis initum, esse validum.

Et confirmatur; quia quàmvis Canon habeat clausulam annullantem, non ligat ignorantes, etiam quoad illam clausulam; habet enim in se tacitam conditionem; si per-

118. Trid. specialem modum promulgationis & speciale tempus præscripsit legi irritanti Matr. clandestinum.

119. An afficiat invincibiliter eam ignorantes? Probatur pars negans.

Confirmatur.

veniat ad subditorum aures; & cum illa clausula Canonis sit accessoria, sicut à transgressione Canonis excusat ignorantia, sic etiam ab illa annullatione accessoria.

120. Pars affirmans probatur. Sed hoc est, quod queritur; an omnis Canon, habens clausulam irritantem, habeat in se tacitam conditionem, si perveniat ad subditorum aures, etiam quoad illam clausulam; & hoc est, quod communiter à DD. negatur, causantibus, tunc dumtaxat id esse verum, quando clausula irritans est pœnalis, seu propriè dicta pœna, imposita in odium delicti commissi; tunc enim cum sit accessoria, sequitur principale, juxta Reg. juris: *Accessorium naturam sequi congruit principalis*. Sicut ergo tali casu ignorantia invincibilis excusat à delicto, quod principale est; sic etiam excusat ab irritatione; quia sine delicto, non incurritur pœna.

Reg. 4. de de Reg. juris in 6.

Quando clausula irritans non est pœna, non excusat ab ea ignorantia.

121. Probatio.

Secus dicendum, quando clausula irritans est purè moralis, vel non est propriè dicta pœna, imposita propter delictum; tunc siquidem, cum non sit accessoria, sed potius principale, non excusat ab ea ignorantia invincibilis. Patet in impedimento consanguinitatis & similibus, à quibus nulla omnino ignorantia excusat, ut Omnes fatentur.

Et ratio est; quia bonum commune, quod talis lex irritans principaliter respicit, non minus patitur ex actu, qui fit cum ignorantia irritationis, quam qui fit cum ejus scientia; quippe non minus repugnat bono communi, si quis inciscius consanguinitatis, aut legis irritantis Matrimonium inter consanguineos, contrahat cum consanguinea, quam si contraheret conscius.

Ergo consimiliter in casu præsentis, cum irritatio non sit pœna propriè dicta, ut latius probavimus Conclus. præcedenti in fine, liquet profectò, ab ea non excusare ignorantiam, etiam invincibilem; & per consequens Matrimonium aliter contractum, quam præsentem Parocho & duobus testibus esse irritum, tametsi contrahentes ignorent legem irritantem.

122. Ignorantia non potest supplere materiam vel formam substantialem actus.

Et quid mirum? Nam ignorantia non potest supplere materiam vel formam substantialem seu essentialis contractus matrimonialis. Sicut ergo ignorantia materię vel formę, aut ministri aliorum Sacramentorum, non supplet eorum defectum; ita neque in Sacramento Matrimonii, ubi in casu proposito est defectus ministri, subjecti, materię ac formę.

123. Confirmatur pars affirmans ex c.

Confirmantur hæc ex jure Canonico. In primis solet allegari cap. 1. de Concess. præbendę in 6. ibi: *Adjiciatur insuper, quòd cõm sententia statim ardet etiam ignorantem:*

quoniam si contra Prælatum aliquem alio- rem, depositionis sententia profertur, contractus, quos inibi ignoranter posita, in Prælatum, nullum robur obtinent firmitatis. Et supra dictis literis irritum discernimus & tunc, quidquid super hujusmodi præbenda dignitate contra nostrum contigerit attentum mandatum, collatio, quam idem Episcopus tale nostrum decretum (sive illud ignoranter sive non) de præfata Præpositura per se nullum alium fecerat, non valebat.

Sed cum hæc sit allegatio partis, pro Pontifice ibi non rescribit, videtur effectus nonis considerationis. Audi Gloss. ibi: *Non valebat: Hoc, inquit, verum esse, si certa præbenda vel dignitate mandatum fuerit. Porro in textu isto mandatum fuit incerta præbenda, & idè non legitur Episcopum ignorantem, ut proinde Pontifex pro Episcopo rescripserit.*

Meliùs ergo confirmatur nostra sententia ex cap. *Dudum*, de Præbend. in 6. ubi mandatum fuerat de certa præbenda, Pontifex judicat collationem Episcopi nullam validam, non obstante ejus ignorantia. Et quòd decretum nostrum prædictum non sit hinc, ubi jam dictus Camerarius ante dictam nuntiationem per nos erat Lector. officii Canonici statim ignorantes literas, cum se per incerto non esset editum etc. Dispositum mandamus, quatenus præfatum Præpositum monitione præmissa per consensum Lectorum compellatis, ut collationem, à communi præbenda prædictis per dictum Episcopum facta (quæ nulla extitit) in nullo, dicto Camerario præbendam ipsam omnino dimittat. Ita Bonifacius VIII.

Idemque sic ait cap. *Quidam*, eod. tit. *neutrums illorum habere seu decernimus nec dem (præbenda) Prima enim collatio post contra decretum (irritans) à dicto Lector interpositum facta, licet ab ignorantibus etiam ignorantibus. Ubi Gloss. verba sunt: Suprà eod. tit. & lib. Si postquam cap. *Dudum*, & cap. *Si beneficia* etc. dicit: *Hæc jura aperte probant, Decretum irritans) Papæ ligare ignorantem. Ad idem de Concess. Præb. Quia cunctis, & quod dixi suprà eod. tit. & lib. Si Episcopus etc. Joan. Andr.**

Sed ex ipso etiam Concilio Tridentino videtur nostra sententia non modicum confirmari: quia quoties aliqua constitutio exprimit, à quo tempore debeat obligare, afficit ignorantes quoad nullitatem actus, licet non afficiat quoad alias pœnas, ut si dicat: *Ex nunc*, ut optime docet Gloss. Clement. 2. de Hæreticis verb. *Ex nunc* ubi sic ait: *Ac si dicat, Deinceps. Valde san voluit Papa per hoc, quòd hæc pars constitutionis statim ligaret à tempore promulgationis*

Bibliotheca Sacra

tionis non expectato lapsu duorum mensium, non quoad hoc, quod contrasfacientes, hoc ignorantes, obligati essent ad culpam; sed quoad hoc, ut contra factum non valeret.

Jam autem Trident. in verbis supra allegatis exprimit tempus, à quo Decretum suum obligare incipiat, & præcipit promulgationem, etiam extraordinariam, ne, ut loquitur, tam salubria præcepta quemquam lateant, & per consequens, ne propter ignorantiam invalidè contrahant; ergo vult etiam ignorantes eo Decreto comprehendere.

Ex his liquidò manifestè constat responsio ad probationem oppositæ sententiæ, supra adductam, utputa, inhabilitatem esse poenam, quando inducitur in odium contrahentium, & ad ipsos puniendos; secùs quando defectus solemnitate, sicut enim annullatio actûs defectu solemnitate, non est poena, sic nec inhabilitas ad contrahendum absque ea solemnitate, censetur poena, sed declaratio, quod consensus sit illegitimus.

Ad confirmationem dico iterùm: quando clausula irritans apponitur per modum poenæ, minimè afficere ignorantes; quia tunc sequitur delictum; adeòque quod excusat à delicto, etiam consequenter excusat ab illa irritatione, & aliis poenis, propter delictum impositis; ubi enim non est delictum, non est locus poenæ; quia teste D. August. (vel quisquis est Auctor) libro de Vera & falsa poenit. cap. 9. (& ponitur dist. 3. de Poenit. cap. 4.) Poena proprie dicitur læsio, quæ puniit & vindicat, quod quisque commisit.

Sin autem clausula irritans non apponatur per modum poenæ, sed ob bonum commune, & in utilitatem contrahentium, nulla est ratio, quare ignorantes non afficiat: imò ratio est, quare eos afficiat, ut supra ostendi. Atqui clausula irritans in casu proposito non apponitur per modum poenæ, sed ob bonum commune, & in utilitatem contrahentium, ad evitanda inconvenientia maxima, quæ nata sunt sequi ex Matrimonio clandestinis; ergo afficit etiam ignorantes.

Salvâ semper debitâ publicatione dicti Decreti. Præsumitur autem publicatum, ubi fuerit aliquo tempore in Parochia tanquam Decretum Concilii observatum, prout declararunt Cardin. teste Zypæo Juris Pontifici novi analytice enarr. lib. 4. tit. de Sponsal. num. 16.

Quid si fuisset publicatum, nondùm tamen receptum? Respondeo: per se obligat; quia juxta communem sententiam Jurisperitorum & Theologorum, lex non dependet essentialiter à receptione populi,

in tantum, ut oppositum videatur damnassee Alexander VII. quando damnavit hanc propositionem ad minus tanquam scandalosam: *Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem, à Principe promulgatam.*

Quod ergo communiter dicitur: Concilium Tridentinum non obligare in quibusdam Galliarum partibus, & in Polonia, defectu receptionis, intelligi debet, Apostolicâ Sede in hoc dissimulante, & quasi dispensante, ob melius bonum. In quibus proinde locis, si Matrimonium contrahatur absque Parocho & testibus ab illorum locorum incolis, dum in illis habitant, certum est, esse validum. Peccabunt tamen hi, si omninò clandestinè contrahant, sicut peccassent ante Tridentinum ita contrahendo.

Cæterùm, præter promulgationem, requiritur tempus triginta dierum, ut patet ex verbis Concil. supra allegatis, & declararunt Cardinales his verbis: *Decretum Concilii Tridentini, irritans Matrimonia clandestinè contracta absque præsentia proprii Parocho, incipit habere robur post 30. dies, à die publicationis ipsius Decreti, in Parochia factæ, & post Kalendas Maii 1564. juxta Bullam S. D. N. Papæ Pii V. tenet, sicque duplex tempus concurrere debet, unum post dictas Kalendas Maii 1564. alterum post 30. dies, à publicatione in loco, adeò ut si ante Kalendas dictas facta fuisset publicatio, Decretum non obligasset Matrimonia, contracta ante publicationem prædictam Decreti de Reform. Matrim. in Parochia contrahentium factam, ideò ante publicationem irrita non sunt, nec in irrita declaranda.*

Alia declaratio sic loquitur: *Hoc Decretum de Reform. Matrim. ad hoc ut robur suum percipiat, necesse est in Parochiis publicari, nec ejus publicatio in Diocesana Synodo facta æquipollet. Si tamen hæc verba, scilicet: Quod hiant Matrimonia præsentibus Parocho & testibus, alioquin sunt irrita, fuerint publicata in Parochia, sufficiunt & æquipollet publicationi totius Decreti, quantum ad Matrimonii irritationem. Maneat ergo; quòd post 30. diem, à die sufficientis promulgationis, dictum Decretum obligaverit, & de facto obliget etiam invincibiliter ignorantes.*

Sed nunquid etiam hæreticos aut Catholicos in terris hæreticorum? Resolutio erit.

129.
Præter promulgationem requiritur tempus 30. dierum.

CONCLUSIO V.

Lex Tridentini, irritans Matrimonia clandestina, obligat hæreticos, & Catholicos in terris hæreticorum, si ad Ordinarium vel delegatum sit tutus accessus; alias validè contrahent coram duobus testibus.

130.
Probatum
part. Con-
clus.

Loquitur Conclusio de illis terris, in quibus aliquando fuit lex illa debite publicata; & sic intellecta, probatur quoad primam partem; quia præsentia Parochi & testium requiritur, ut forma intrinseca contractus, quam neque necessitas, multò minus malitia supplere potest, nisi expressè Pontifex aliud declarat, prout (quantum ad necessitatem) declarasse videtur pro Belgio, teste Zypæo supra, ubi sic scribit: Porro pro ditionibus iis Belgicis, quæ unà cum obedientia nativi Principis, jugum Ecclesiæ excusserunt, extant Declarationes Cardinalium Concilii Tridentini. Interpretum in hæc verba: Congregatio Concilii perpenis consultationibus Episcopi Tricaricensis circa formulam Matrimoniorum, quæ in partibus Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ contrahuntur, ita censuit.

Declaratio
Card. pro
dicionibus
Belgicis, ex
Zypæo.

Primo; ubi Decretum ejusdem Concilii c. 1. sess. 24. de Reform. Matr. non est publicatum, valere Matrimonia contracta absque observatione formæ, à Concilio præscriptæ.

131.
Articulus I.

Secundo; publicationem præsumi, ubi id Decretum fuerit aliquo tempore in Parochia, tanquam Decretum Concilii observatum.

Secundus.

Tertius.

Tertio; hæreticos quoque, ubi Decretum d. c. 1. est publicatum, teneri talem formam observare, & præterea ipsorum etiam Matrimonia, absque forma Concilii, quamvis coram ministro hæretico, vel Magistratu loci contracta, nulla atque irrita esse.

Quartus.

Quarto; ubi etiam constat Decretum Concilii esse publicatum, vel aliquo tempore in Parochia tanquam Decretum Concilii observatum, sed parochialis Ecclesia, utpote vacans, proprio Parocho careat, & Cathedralis: utidem Episcopo atque Capitulo, habentibus à Concilio facultatem alium Sacerdotem ad id delegandi, nullusque alius ibi sit, qui vices Parochi vel Episcopi suppleat, Matrimonium valere absque præsentia Parochi: servata tamen in eo, in quo potest, forma Concilii, nempe adhibitis saltem duobus testibus.

132.
Quintus.

Quinto; si extant quidem Parochus & Episcopus, sed nullo constituto Vicario, uterque metu hæreticorum lateat, ita ut verè ignoretur ubinam sit, vel eodem metu à Diocesi ab sit, nec

ad alterutrum sit tutus accessus, validum esse Matrimonium, contractum absque formæ adhibitis tamen, ut dictum est, duobus testibus.

Quod verò attinet ad casum specialem, in scripturis ejusdem Nuntii contentum, Conventus duxit respondendum: Cum secundum ea quæ proponuntur, Matrimonium fuerit contractum in Parochia, ubi fuerat publicatum dictum Decretum, & extaret in Diocesi Asturæ, quæ tunc erat Parochia, Vicarius, qui juxta Concilii Decretum poterat providere. Utique legitur Matrimonium absque forma contractum, & nullum. Ita subscriptum erat: Hæreticorum Cardinalis. Haec tenet Declar. Card.

Ipse autem Zypæus continud subdit: Quæ omnia indistinctè juxta art. 3. accipiuntur de hæreticis, quam de Catholicis neque in rursam, eruditissimorum tamen responsum mihi placet, omnia ejusmodi contracta hæreticos contracta Matrimonia, quæ nullis habenda esse, eo argumento; quia non tenentur formam servare, ergo debent esse, quia cætera eis sint per accidens, præterea vel latebræ Parochi: quia etiam nihilominus fieri posset, ejus operâ uti nihilominus lenit: itaque nulliter contrahunt: quibus tunc hic se debeat habere ex parte Matrimonii Ecclesiæ, non contrahentium.

Quia respondendum est, velle debere, ubi tenentur: non tenentur ubi copia non haberi nequit; ergo nec sibi debent vellet non voluntas novo hoc jure ea potest adhiberi, gatur, neque antiquo; à quo vellet non erit, & novum in hinc vellet, declaratur, quibus servari nequit. Hæc ille.

Et prosequitur: Ex eodem Epikieia, quæ procedit art. 4. & 5. dictum est, ut scilicet credamus Tridentinam mentem non esse, ut obligare velit, ubi Parochi copiam haberi, Decretum ve observari nequit: non est, Matrimonia captivorum recalcatorum apud infideles, in iis locis, quæ Decreti publicationem in eorum munitionerunt, esse valida, quamvis Sancti de Matr. lib. 3. disp. 18. n. 33. Epikieia eo Decreto nolit admittit: sed us in loca quæ semper sub eorum potestate fuerunt non Epikieia, sed publicationis, quam Decretum requirit, defectui, ut validum conceptum referat. Id quidem bene, non oportet illud. Ita hic Auctor: Bene, an male, poterit ex dicendis.

Docet itaque Sanchez supra, disp. 17. n. 4. tanquam certum tenendum, Matrimonium contractum absque Parocho & testibus, etiam in articulo mortis ad prolem legitimandam, & damnationem æternam evitandam. Quia inquit, ubi in dispositione dicitur: Alio fieri non posse, inducitur forma, & idem, quod ponitur decretum annullans: sed in Tri-

B. O.
Sacramentum
Matrimonii

dent. sess. 24. de Re form. Matr. c. 1. dicitur: Aliter fieri non posse Matrimonium, quam præsentem Parocho & duplici teste, & aliter contractum redditur irritum; ergo inducitur forma, & proinde in nullo eventu, absque ea solemnitate inritum, erit validum: res enim sine sua forma nunquam subsistere potest.

Et confirmatur; quia ibi redduntur omnino inhabiles contrahentes; ubi ponderanda est dictio: *Omnino*, quæ significat, in omni eventu, sine ulla exceptione, sine remedio ac dispensatione. Ponderandum etiam est, *Reddere inhabiles*; nam inhabilitatem materiæ Sacramenti, nullus necessitatis casus potest supplere, ut in nulla necessitate possunt consanguinei Matrimonio copulari, eò quòd materia est inhabilis.

Et ratio est; non ratione legis Ecclesiasticæ, quasi obliget in tanta necessitate; sed ratione legis naturalis & Divinæ ibi inclusæ, dictantis nunquam licere accedere ad non suam; at eo ipso, quòd Ecclesia inhabilitat materiam ad Matrimonium, non potest cum illa consistere, & ita esset accessus ad non suam.

Item; quia est ibi inclusa lex Divina; ut Sacramentum constet ex materia apta & forma: Ecclesia autem potest in Matrimonio hanc ineptitudinem materiæ constituere; undè reddente Ecclesiâ materiam ineptam, lex Divina est, ut non consistat Matrimonium: ergo nulla necessitas potest supplere hunc defectum. Hæc ille. Et complures Alii, quos citat.

Estque communior sententia tam Jurisperitorum, quam Theologorum, à quo proinde iudicio in praxi non facile recedendum, quamvis rationes jam allatæ non omnino convincant, nisi detur ulterior ratio disparitatis inter legem præcipientem & irritantem, propter quam Ecclesia possit magis irritare pro casu necessitatis, quam præcipere.

Nam quod dicit prima ratio: rem sine sua forma nunquam subsistere, & illam præsentiam Parochi & testium esse formam, admittunt libenter Adversarii; sed negant esse formam tempore necessitatis, quia scilicet tunc cesset lex irritans, sicut cessat lex præcipientis; adeòque tunc videtur esse forma, quod ante illam legem erat forma.

Ad confirmationem dicitur: eam nimium probare, videlicet, nequidem Pontificem in illa lege posse dispensare, quod clarè falsum est, & idèd nihil probat. Deinde quaeritur: si Ecclesia præciperet quidquam omnino faciendum, putas, quòd illa lex obligaret cum periculo æternæ damnationis, vel cum periculo mortis corporalis, aut alterius mali æqui valentis; & quòd talis lex propter illam particulam obligaret sine remedio dispensationis? Non est credibile.

Quantum ad illam particulam: *Reddere*

inhabiles; fateor, inhabilitatem materiæ Sacramenti nullum casum necessitatis posse supplere; sed hoc non quaeritur, nec Adversarii affirmant, aliquem casum necessitatis posse eam supplere; sed docent, necessitatem tollere illam inhabilitatem, sicut tollit rationem culpæ, quâ inhabilitate sublatâ, jam materia habilis est, sicut erat ante legem irritantem; adeòque nulla lex Divina aut naturalis obstat, quin licitè & validè possit suscipi illud Sacramentum, quod tunc constat materiâ & formâ aptâ; sicut quando per dispensationem Pontificis, aut abrogationem tollitur illa lex, vel in ea dispensatur. Sic ergo possent Adversarii respondere ad argumenta Sanchez.

Sed & ipsi argumenta pro sua sententia adducunt non pauca. Primum est: quòd etiam leges Divinæ recipiant interpretationem ex bono & æquo, & ex Epikeia, ut quæ pro tuenda charitate inducta sunt, ipsi non advertentur. Sic quippe nemo absque Baptismo salvari potest, Joannis 3. v. 5. & tamen deficiente ministri vel aquæ copiâ, sufficit Baptismi votum. Ergo à fortiori, leges humanæ recipiunt hanc Epikeiam. Et confirmatur: quia si Pontifex in casu proposito interrogaretur, responderet, posse in ea extrema necessitate absque Parocho & testibus contrahi.

Respondet Sanchez supra: legem merè præceptivam & inducentem contractui solemnitatem extrinsecam, recipere aliquando interpretationem ex Epikeia; secus ubi est solemnitas substantialis & materiæ inhabilitas: nec hoc adversari Charitati: valde enim bono communi expediebat, legem eo rigore conditam esse: nec in hoc casu Pontificem aliter responsurum. Hæc ille.

Equidem quid Pontifex responsurus foret, incertum est; quia non scitur unquam de hoc fuisse interrogatus.

Interim puto cum Sanchez, bono communi expedire, hanc legem eo rigore editam esse, ne sæpius fingantur casus necessitatis, ubi reverà non sunt. Damnum autem, quod sequitur proli, ex eo quòd non sit legitimitas, & periculum damnationis æternæ, per accidens sequuntur ex mala voluntate eorum, qui fornicati fuerunt, nec volunt deponere pravum affectum, quem possent & deberent deponere. Et hæc eadem sequi possunt ex incestu; quis autem propterea unquam docuit, consanguineos posse validè contrahere absque dispensatione? Quapropter si in uno casu non adversatur charitati, neque in altero.

Secundò argumentantur Adversarii; quia præceptum Ecclesiasticum non obligat eo rigore, ut præceptum audiendi missam, jejunandi &c.

Respondet Sanchez supra; ubi solum præceptum

Inhabilitatem materiæ Sacramenti non supplet necessitas.

139. *Primum argumentum pro opposita sententia.*

Confirmatur.

140. *Resp. Sanchez.*

Expedis bono communi, hanc legem eo rigore editam esse.

141. *Secundum argumentum Adversariorum.*

Solvitur ex Sanchez.

ceptum Ecclesiasticum concurrens, non obligare eo rigore: hic autem concurrens naturale, de non accedendo ad non suam, & Divinum, ut Sacramenta consentent ex legitima materia. Vel melius dic (hæc enim solutio non satisfaci; quia inhabilitas illa materiz, ex qua confurgeret, esse fornicationem accessum ad illam, est ex jure Ecclesiastico, & ita adhuc urget argumentum, jus Ecclesiasticum non inhabilitare in hoc urgente necessitate) id esse verum de præcepto Ecclesiastico, quod non inducit solemnitate substantialem, nec materiam inhabilitat, ut jure Ecclesiastico consanguinei in 2. gradu inhabiles sunt ad contrahendum Matrimonium, quod in nulla necessitate inire possunt. Hæc ille.

142. Dubitat Auctor an illa solutio sit melior, & satisfaciat.

Ego autem dubito; an illa secunda solutio sit melior, & an plenè satisfaciat. Nam quæritur: quare sicuti dispensatur in lege, quæ inducit solemnitate substantialem, & sicut ea lex potest abrogari, eadem ratione, quæ lex, quæ solum inducit solemnitate accidentalem, & quæ non inhabilitat materiam; quare, inquam, similiter non admittat Episcopiam & interpretationem in necessitate. Hanc ergo rationem cupio scire, & dum scivero, tunc plenè erit mihi satisfactum. Interim pergo ad 3. argumentum Adversariorum, quod est hujusmodi.

143. Tertium arg. Adversariorum.

Tridentinum, inhærendo vestigiis Concilii Lateranensis, irritat Matrimonia clandestina, quæ olim Ecclesia detestabatur; sed nunquam detestata est Matrimonium, clam contractum in hac urgentissima necessitate; ergo nec tale clandestinum hodie est irritum.

Resp. Sanchez.

Respondet Sanchez sup. irritasse Tridentinum omnia clandestina, quæ, quantum ad modum contrahendi, olim detestabatur Ecclesia, licet aliquando essent licita ratione urgentis necessitatis; quia tunc prohibitio Matrimonii clandestini erat per modum simplicis & nudi præcepti, & proinde gravis necessitas excusabat; secus tamen est hodie, quia id præceptum continet formam substantialem & Decretum irritans. Hæc ille.

144. Quartum argum.

Sed est eadem iterum solutio, quæ, sicut statim dixi, non plenè satisfaci, nisi accedat aliqua ratio, quare potius dispensatio excuset à lege irritante, quàm necessitas.

144. Quartum argum. Solvitur ex Sanchez.

Quartè argumentantur Adversarii, & dicunt: In hoc clam contrahendi modo, quando alter contrahens est in mortis articulo constitutus, cessant inconvenientia, quibus mederi voluit Tridentinum, non enim est periculum, ut conjux superstes contrahendo postea cum alio, maneat in perpetuo adulterio, cum Matrimonium illud clam contractum, sit statim morte dissolvendum.

Respondet Sanchez sup. negando in hoc casu cessare rationem; quia potest in articulo mortis constitutus supervivere. Præterea:

licet illa ratio maxime induxerit Tridentinum non tamen ea sola fuit, ut colligitur ex illis verbis: Cum Sancta Synodus graviter perpendat, quæ ex eisdem clandestinis conjugiorum habent: præsertim vero eorum &c. Nunc dictio: Præsertim, quæ implicat ea est, quæ est naturæ, ut explicet casum certiorum implicet minus certum; cessante autem ratione legis, quando alia superlunt, cessat lex. Hæc ille.

Et nos antea ostendimus, legem Tridentini obligare in casu particulari, quo nulla omnino nata sunt sequi inconvenientia, propter quæ evitanda lex lata fuit. Vide ibi dicta.

Quintum argumentum Adversariorum sic sonat: Ad Matrimonii valorem facit quicumque Sacerdos de licentia propria expressè habetur in Trident. dict. an. sed secundum rectam rationem, quæ quæ Parochus in prædicto casu concederet licentiam cuicumque Sacerdoti, ergo licentiam Sacerdos cum ea præsumpta licentia terit affligere.

Respondet Sanchez supra: non terit licentiam præsumptam & rarihabilem futuro, ut alius Sacerdos possit affligere Matrimonio. Ita hic Auctor.

Sed quare non possit præsumi licentia de præterito vel præteriti, id est, quare non possit præsumi, quod Parochus non solum concederet, sed de facto concedat nulli Sacerdoti pro tali casu licentiam? Hæc pariter licentia sufficit, ut infra videbitur.

Respondet: nullo modo extorere licentiam de illa concessione Parochi; debet autem constare, ut esset sufficientis; quippe illa concessio est communicatio quædam humana quæ necessariò fit per actus externos, cum homines non communicent inter se adhibere merè internis, quoniam eos non cognoscunt.

Atque ut verum esset, quod Adversarii hic afferunt, jam non erit casus, de quo supra: nam erit Matrimonium contractum juxta formam Concilii Tridentini; quia suppono, cum illo Sacerdote etiam essent duo testes. Quæstio ergo solum est, an Matrimonium sit validum, quando vel est legitimus Sacerdos, vel si hic adit, debentur tamen duo testes.

Et eodem modo responderi potest ad ultimum argumentum Adversariorum, quæ iniquum, cui licet quod plus est, etiam licet quod minus est, Reg. 53. de Reg. juris in 6. Cui licet quod est plus, licet utique, quod est minus. Et l. 21. ff. eod. Non debet, cui plus licet, quod minus est non licere. Sed cui licet impio Sacerdoti licet in articulo mortis absolvere à quibuscumque peccatis & censuris, ut manifestè decernit Concil. Trident. sess. 14. c. 7. ibi: Atque ideo omnes Sacerdotes, quo licet

IB. 13. Sacramentum Matrimonii

penitentes à quibusvis peccatis & censuris absol-
vere possunt. Licet etiam Eucharistiam &
Extremam Unctionem conferre in absentia
Parochi; quæ sunt Sacramenta digniora; ergo
licet assiliter Matrimonio. Hæc illi.

Sed, sicut dixi, eodem modo responderi
potest, hunc non esse casum, de quo quæritur.
Præterea: quod attinet ad Reg. juris &
l. 2.1. ab iis descendit, ubi diversa ratio in
minori subest, ut notat Canisius in Reg. 35.
de Reg. juris in 6. *Plus semper in se continet,
quod est minus.* Huic regulæ, inquit ille Au-
ctor, similis illa est: *In toto partem non est du-
bium contineri, cap. In toto, eod.* Ex quibus
tandem tertia regula exurgit: *Cui licet quod
est plus, licet utique quod est minus.*

148. Nec enim plus & minus, totum & sua
pars, separatim quid à se invicem constituunt;
sed unum ab alio continetur. Ut hinc rectè
ab Ulpiano l. 1. §. *Si stipulanti*, ff. de Verb.
oblig. responsum sit: Si stipulanti decem;
ego viginti respondeam, quod obligatio in
decem contrahatur, quod manifestissimum
sit, viginti & decem inesse. Item & in fide-
jussore rectissime dicitur, ut si is in majorem
summam rogatus, in minorem fidejubeat,
quod in minori summa consistat fidejussio,
sicut aperta est Juliani sententia in l. *Rogatus*,
33. ff. Mandati, & confirmat responsum Ul-
piani, jam jam allatum.

Indè quoque est, si debitoris gratià debiti
solutio prorogata fuerit ad certum tempus,
nihilominus à debitore rectè solvi possit ante
tempus, l. *Eum qui*, 15. ff. de Annu. Legat.
Cui licet quod plus est, &c. Sic Papinianus in-
quit: *Qui occidere potest adulterum, multò ma-
gis consumelia poterit jure afficere*, l. *Nec in ea*,
22. verf. *Sed qui*, ff. ad Leg. Juliam de Adul-
teriis.

149. Cæterùm hæc aliæque similia accipienda
sunt, nisi diversa ratio subfit in eo, quod mi-
nus est. Ut ecce; mulieri quidem permillum
est, ut res suas donare, vel aliter distrahere
possit, l. 4. ff. ad S. C. Velleian. l. 2. Cod. eod.
non tamen pro alio obligare; eò quod hoc
mulieri facilius sit, & idcirco magis noci-
vum, quàm alterum, d. l. 4. in fine.

Item promissa est hæredi totius hæredita-
tis aditio, vel repudiatio, non autem hujus
aut alterius partis hæreditariæ, l. 1. & 2. ff.
de Acq. vel omit. hæredit. idque facit suc-
cedendi jus, quod pro parte agnoscit, vel refu-
tari non potest, præcipuè ex testamento: ne
defunctus pro parte testatus, pro parte inte-
status decessisse dicatur, contra juris regulas,
in l. *Jus nostrum*, ff. hoc tit. & §. *Non autem*,
Instit. de Hæred. instit.

Item; quando de fundo emendo centum,
satisfit quidem, si etiam minoris fundus emat-
tur, l. *Diligenter*, 5. §. fin. ff. Mandati. Atta-
men si mandatum sit, ut alicui non Sacerdo-

talis præbenda, vel integra præbenda, vel
certi valoris conferatur, non poterit illi Sa-
cerdotalis, nec dimidia, non minoris valoris,
etiam volenti, præbenda conferri: cùm hac
in re diligenter mandati fines observandi sint,
propter personam ejus, cui conferri manda-
tum fuit, quem alio modo honorari noluit
mandator, cap. *Cui*, 27. de Præben. in 6.
Quare ubi diversa ratio in minori subest, dif-
cedit à regula nostra. Hactenus Canisius.

Subsumo ego: atqui in casu proposito in
minori subest diversa ratio; ergo hic disce-
ditur ab illa regula. Probatur subsumptum;
quia Eucharistia & Poenitentia sunt Sacra-
menta necessitatis, Matrimonium autem est
voluntarium. Et verò quod Extrema Un-
ctio à solo Parocho ministrari debeat, est sim-
plex præceptum Ecclesiæ, quod cessat in ne-
cessitate; Matrimonium autem celebrari cor-
am Parocho & testibus, continet formam
substantialem, & est decretum irritans Ma-
trimonium aliter factum. Ita Sanchez supra.

Sed hoc est, dicit aliquis, quod quæritur;
quare minus in necessitate cesset lex irritans,
quàm simplex præceptum, & rationem dif-
paritatis nondum audivimus.

Nunc ergo erigite aures vestras. Ideò lex
humana, simpliciter præcipiens, communi-
ter non obligat in gravi necessitate; quia fi-
nis hujusmodi legis est bonum commune,
cui opponitur communis transgressio legis,
quæ nata est legi, quando actus præceptus
superat fragilitatem humanam, sicuti reverà
superat in gravi necessitate; cùm enim possint
subditi evadere illam necessitatem, non ob-
servando legem, parùm curabunt peccatum,
quod alioquin committerent; si lex obliga-
ret; adeoque talis lex non cederet in ædifica-
tionem animarum, sed potiùs in laqueum &
destructionem; porro potestas legislativa da-
ta est hominibus in ædificationem, & non in
destructionem, juxta illud Apostoli 2. Cor.
10. v. 8. *Nam estis amplius aliquid gloriatius
fuerit de potestate nostra, quam dedit nobis Do-
minus in ædificationem, & non in destructionem
vestram, non erubescam.* Igitur tamen Legi-
slator velit, non potest in gravi necessitate
communiter obligare, defectu potestatis.

Sed nunquid eadem ratio legis irritantis?
Liquet manifestè, quod non. Nam supposità
obligatione legis irritantis, etiam in qualibet
necessitate, nequeunt subditi evadere necessi-
tatem per non observantiam legis; quippe
non alio modo possunt eam evadere, ut cla-
rum est, quàm si actus valeat, qui alioquin
secundùm legem irritantem invalidus est.
Ergo si actus maneat invalidus in quacum-
que necessitate, frustra subditi attentabunt
evadere necessitatem per non observantiam
legis irritantis; ac proinde communiter eam
servabunt, per consequens lex illa irritans in

tanto

*Vbi diversa
ratio est in
minori dis-
ceditur ab
illa Reg.*

150. *An in casu
proposito sit
diversa ra-
tio.*

151. *Quare in
necessitate
minus cesset
lex irritans,
quàm sim-
pliciter præ-
cipiens.*

2. Cor. 10.

tanto rigore, non est in destructionem; sed potius in adificationem, minimè repugnans bono communi, sed ei valde expediens; ergo Legislator potuit cum tanto rigore illam legem constituere.

152. *Legem irritantem non cessare in necessitate, est communis sensus DD.*
Et verò constituisse probat communis sensus DD. paucis exceptis, inter quos unus est Jacobus de Graffis à Padua Decisionum aurearum libro 2. c. 86. ubi sic scribit: hodie semper Matrimonium contrahi debet in præsencia Parochi Sacerdotis, juxta Navarr. lib. 1. de Officio Jud. Ord. Confil. 1. vel Sacerdotis, facultatem in id ab eo, vel Ordinario habentis, & cum duobus testibus; & hoc quando haberi possunt: nam si necessitas adeò essetürgens, ut copia Parochi & testium haberi non possit, ut contingere possit in secundo & primo casu, tunc per mutuum consensum inter illos, vel in præsencia aliòs Sacerdotis vel testium possit fieri. Hæc ille.

153. *Duo casus, in quibus Jac. de Graffis putat non obligare decret. Trident. irritans.*
Rogas: qui sint isti casus? Primus est: Virgo sub tutela iniqui tutoris constituta, si clandestinè contrahit, ne tutor eam viro ignobili ac indigno tradat in uxorem, non peccat mortaliter.

Secundus: Confessarii & testes, qui curaverunt, ut quidam gladio graviter ictus, & jam jam moriturus duceret in uxorem concubinam suam ex qua liberos susceperat, quò illos faceret legitimos, & quoad transeundum ex hoc sæculo, iter melius ornaret, non peccant, nec in aliquas censuras incidunt, & Matrimonium validum est. Ita hic Auctor, citans Navarr. Man. c. 16. n. 37.

154. *An Navarr. sit ejusdem opinionis.*
Et quidem Navarr. sic loquitur de istis duobus casibus; sed quod per Matrimonium intelligat illud, quod contractum est sine Parocho aut testibus, ibi non dicit; sed videtur per clandestinum intelligere, quod contrahitur coram Parocho & testibus, non præmissis denuntiationibus. Sic enim scribit n. 36. Decimoquarto peccat, qui vel quæ conjux clandestinè Matrimonium sine justa causa contrahit, etiam si contrahat coram Parocho & testibus; quia licet hoc sufficiat ad hoc, ut Matrimonium valeat, non tamen ad hoc, ut desinat esse clandestinum per alia jura, quibus præfatum Concilium non derogat. Hæc ille. Quæ verissima sunt.

Quando ergo numero sequenti dicit, in illis duobus casibus esse justam causam contrahendi clandestinè, non intelligit sine Parocho & testibus, sed sine denuntiationibus; à quibus, tanquam simpliciter præceptis, excusat justa causa, ut Omnes admittunt.

Hinc idem Auctor Man. c. 22. n. 70. inquit: Advertendum quartò, quòd hodie, etià cum justa causa, non valebit (Matrimonium) clam sine Parocho & testibus contractum, licet antea jultè potuisse contrahi diximus. Id enim videtur sentire Concilium, quò par-

te facit facultatem Episcopo relaxandi prædictas denuntiationes, quando ei videbitur conveniens, non tamen facit ei facultatem remittendi præsentiam Parochi & testium. Sic Navarr.

Quòd perperam supra Graffis n. 10. intelligit, quando potest contrahi coram Parocho & testibus. Nam expressè dicit Navarrus, non valere, etiam cum justa causa, si per consequens non valere, tamen si non potest contrahi coram Parocho & testibus, quæ non justa causa sic contrahendi ante Concilium Tridentinum.

Si autem à me quaeritur; quomodo ergo vera sit ultima pars nostræ Conclusionis *Aliis validè contrahent coram duobus testibus*, scilicet hæretici & Catholici in terris hæreticorum, si ad Ordinarium vel delegatum non sit tutus accessus? Respondeo citatè, quò Pontifex dispensavit, eò quòd alioquin impossibile eis foret contrahere Matrimonium, quòd est maximum inconveniens in terra Repub. Porrò voluntas illa Pontificis dispensatio patet per Decretum Galini allegatum ex Zypæo, quòd etiam aliis Auctoribus eodem modo refertur. Idem autem fuit anno 1603. 19. Januarii, quòd jam Geusii rerum potiebantur.

Quòd addo; quia docent Aliquos non potest illam declarationem valere Matrimonium contracta in terris hæreticorum, tamen si accessus ad Ordinarium vel Delegatum non sit tutus, cum tamen declaratio expressè restricta ad situm statuat. Ad quam restrictionem deest si tam fuisse in primis tumulibus, antequam hæretici haberent præfatum administracionem Reip. & pro tunc noluisse Pontifices legem relaxare, modò autem relaxasse.

Audiamus Tannerum disp. 8. de Matr. 3. dub. 6. n. 122. Matrimonia hæreticorum in locis, ubi Concilium non est promulgatum, extra controversiam valida sunt, quòvis sine Parocho contrahantur; in locis & Parochiis, ubi Concilium Tridentinum promulgatum, & hæretici imputè hæreticos tolerantur: necdum quidem terenda censentur à DD. quàmvis sine vero Parocho contrahantur, propter tacitam dispensationem Pontificis, qui sciens ejusmodi Matrimonium non contradicere, nec irrita declarare.

De qua re jam olim anno 1601. disp. de Matr. thesi 56. ita disputavi: Sed quò hæretici faciemus, qui in iis etiam locis & Parochiis, ubi Concil. Trident. est promulgatum, aut sine omni teste & Parocho contrahunt, aut lupum pro pastore adhibent, quò quid omnia eorum hæc Matrimonia, quò ipsi divina vocant obsequia, dicemus illegitima, Certè quidem, cum ipsi alioquin, velint, Ecclesiasticis legibus & sanctionibus teneantur, nisi Rom. Pontificis indulgentia

eos, licet indignos, supradictæ legis obligatione relever, id sine dubio dicendum erit: at si, non obstante eâ lege, honestis nihilominus Matrimonii (eo modo contractis) gaudent, sanè ex ejusdem summi Pontificis, sibi tantopere exosi, ac exosâ gaudent indulgentiâ, sine qua profectò honestè non viverent.

Dici etiam fortasse potest, quâdam quasi publicâ fictione juris, ab Ecclesia tacitè toleratâ, in ejusmodi locis, in ordine ad hunc effectum Prædicantes Pseudoparochos, quasi pro Parochis haberi. Aut denique fortasse dici potest, eo casu, quo sectarii proprios ministros habentes in eadem Parochia, eodemque forè templo parochiano, sibi cum Catholicis communi, suum proprium religionis exercitium habent, etsi non verè & propriè, tamen quâdam Ecclesiæ conniventis interpretatione, suam nihilominus propriam habere parochiam, non loco, sed fide & moribus distinctam, cui supradicta illa Concilii promulgatio facta non sit, quantumvis in eodem Parochiæ Catholicæ loco facta sit. Ex quibus, quæ explicatio verior sit, aliorum esto judicium. Hucusque Tannerus.

Meum judicium est, nullam explicationem veram esse, suppositâ veritate Declarationis, superiùs allegatæ, quando est tutus accessus ad Ordinarium vel Delegatum, ut patet ex tertio articulo. Et sanè verisimile est, Tannerum non vidisse illam declarationem, cum nullam prorsus de ea faciat mentionem.

Nec dici potest, hæc scripsisse, antequam data foret; quia, ut supra notavi, data fuit anno 1603. Tannerus autem hæc scripsit, aut certè typis evulgavit anno 1627.

Et idem suspicor de Laymano, qui ejusdem fuit sententiæ cum Tannero; sic quippe scribit lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 4. n. 7. Denique licet in civitatibus Germaniæ, quibus Lutherani cum Catholicis permixti vivunt, v. g. Augustani cives, reverà in spiritualibus subsint Episcopo suo, imò etiam Parocho Augustano; tamen existimandum haud est, Summorum Pontificum voluntatè esse, ut Trident. Decretum se extendat ad Matrimonia illorum, sine legitimo Pastore celebrata: ne multa incommoda oriantur, si eorum filii legitime nati non sint, neque capaces Officiorum, dignitatum, sacrorum Ordinum. Hæc ille.

Suspicio, inquam, nec ipsum vidisse dictam Declarationem, cujus non meminit, & ex qua potuisset colligere oppositam mentem Summorum Pontificum. Impressit autem ista Layman anno 1626.

Itaque vel rejicienda est dicta Declaratio, tanquam non authentica; vel cum Conclusi. nostra tenendum est (nisi aliquid aliud obftet) Matrimonia hæreticorum & Catholicorum in terris hæreticorum contracta, sine

præsentia Parochi, aut alterius Sacerdotis de licentia Parochi, vel Ordinarii, esse invalida, quando tentus est ad eos accessus.

Rogas: an sit authentica post Bullam Urbani VIII. de qua non semel in hoc opere mentionem fecimus? Videtur quòd sic, quandoquidem habeamus subscriptionem Hier. Card. Matth. qui verisimiliter fuit Præfectus Congr. & per consequens, non videtur dubitandum, quin etiam fuerit subscripta à Secretario, & munita solito sigillo, quàmvis hoc apud Zypæum supra non exprimitur; nihil autem aliud requiritur ab Urbano 8. Ex quo ergo probatur, quòd non sit authentica?

Ex eo, inquis, quòd existant Declarationes in contrarium, quas refert Præpositus de Matr. q. 4. dub. 8. dicens n. 47. In libro responsum Card. excuso Duaci per Bellesium anno 1615. circa cap. 1. citatum, §. An Matrimonium non præsentente Parocho, indicatur, tale Matrimonium nullo modo valere.

Gregorius 13. consultus ab Episcopo Harlemensi, fertur respondisse, Matrimonia in iis locis, sine Parocho contracta, esse invalida. Aliæ tamen responsones videntur indicare esse valida. Sed ex iis, quæ subjiciemus, facile patet, nullam inter hæc esse repugnantiam: ea enim quæ declarant Matrimonia esse irrita, intelliguntur quoad loca, in quibus non sunt hujusmodi Sacerdotes, vel difficilis ad eos patet aditus.

Patet ex responsonem Card. Bellarmini ad Tricaricensem Episcopum Nuntium Apostolicum in Belgio anno 1600. die 30. Decembris. De Matrimoniis, inquit, contractis, ubi nulli sunt noti proprii Pastores, jam olim actum fuit cum Sanctissimo Domino nostro Clem. 8. & cum Congregatione Concilii Trident. ac sententia communis fuit, Matrimonia illa esse rata, neque ad ea pertinere Decretum Concilii Trid. cum in hujusmodi locis observari non possit. Simili modo respondit idem Card. Domino Cuickio Episcopo Ruremondensi. Similiter Congregatio Card. Domino Archiepiscopo Philippensi Domino Sasboldo anno, 1603. 19. Januarii respondit. Ita Præpositus.

Est autem hæc responso ea, quam supra ex Zypæo descripsimus, & data fuit perpenis consultationibus Episcopi Tricaricensis, ut patet ex verbis supra relatis. Dicit autem Præpositus Congr. sic respondisse Archiepiscopo Philippensi, quia ipse erat Vicarius generalis in partibus illis, de quibus movebatur quæstio, & forè ipse litteras Nuncii miserat ad Congregationem, unde forè & ipsi responso missa fuit.

Ex quibus omnibus (prosequitur Præpositus

An d. De Declaratione sit authentica.

160. Adducuntur Declarationes contrarias ex Præposito.

Concilium 1603.

161. Resp. Card. Bellar. ad Episc. Tricaricensem.

Et Episc. Ruremondens.

162.

M m m titus

*Sententia
Præpositi de
Matr. Ca-
tholicorum
in Hollandia.*

firus (sup. n. 50.) deduco, si Catholici in partibus Hollandiæ, vel aliis, Matrimonium contrahant, absque præsentia Sacerdotis, habentis potestatem Matrimonio assistendi; vel eò, quod nullus sit talis, vel verè ignoretur, vel non sit tutus ad illum accessus, validum futurum Matrimonium; non futurum autem validum, si possint talem Sacerdotem, sine magno periculo adire, & coram eodem contrahere. Quia verò plerisque in locis illarum partium, sunt saltem Sacerdotes habentes potestatem assistendi Matrimonii, qui non difficulter possint inveniiri & adiri, rarè Matrimonia aliter contracta erunt valida, atque adeò aliquoties judicatum est, ea posse dissolvi.

Sed particularior horum decisio petenda est ex viris doctis, qui in illis locis degunt, qui perpenis omnibus circumstantiis judicare poterunt, quando (inquit ille) juxta supradictas Cardinalium responsiones (addo ego: & alias, si quæ forè interea emanaverint) Matrimonium subsistat, quando verò non. Ita Præpositus. Et placet.

163.
*An valeant
Matrimonia
celebrata coram
Magistratu
sancti, in iis
locis, in quibus
toleratur Pastor.
Herinx.*

Tantum subdo hanc difficultatem: an valeant Matrimonia celebrata coram Magistratu, & non coram Parocho, in iis locis, in quibus Pastor toleratur quidem ab Hæreticis, sed eà conditione, ut Sacramenta non administraret, idque tam administranti, quam suscipienti prohibitum sit sub pœna mortis, exilii, vel valde gravis multæ.

Hæc difficultas (inquit Herinx hic disp. 5. n. 11.) à paucis annis locum habuit in ditione Falcoburgensi, & locis vicinis. Eademque à Joanne Myræo Episcopo Antverpiensi anno 1607. die 19. Martii proposita fuit Guilielmo Estio, qui rectè respondit, ejusmodi Matrimonia valere, eò quod ibi non fit tutus ad Sacerdotem accessus, sicut non dicitur tutum iter, ubi homines spoliantur, etiam si non occidantur. Videnturque paria, Parochum abesse, sic ut non sit tutus ad eum accessus, & adesse quidem, sed sic, ut ejus operâ tutò quis uti nequeat, cum utrobique sit æquale periculum in accedendo.

164.
*Quam ob-
probare Syl-
vius, cum
aliquo addi-
samento.*

Idem approbat Sylvius q. 45. suppl. a. 5. §. *Quæritur quare*. Ubi tamen addit, quod si non sit Parochus in loco; vel sit quidem, sed cum dicto periculo: sint autem in vicinis pagis Sacerdotes, habentes ab Ordinario, vel aliunde facultatem assistendi Matrimonii Christianorum, & circumeuntes oppida & pagos, offerentesque (occultè tamen & cum periculo) Sacramenta & operam suam: illi qui non coram tali Sacerdote contrahunt, cum possint, absque gravi suo periculo, eum vel accersere, vel adire, invalidè contrahant; quia licèt non sine suo periculo præstet operam, cum tamen eam offerat, contrahentes possunt servare Decretum Concilii, ideòque ad illud tenentur. Hucusque Herinx.

Valde profectò rationale esse videtur, ut Matrimonium valeat, quando impossibile est, moraliter saltem, esse præsentia Sacerdotis, habentis potestatem assistendi Matrimonio; ne alioquin impossibile sit & ipsum Matrimonium; adeòque cogantur hujusmodi homines cælibem vitam docere, qui alioquin vellent, si possent, Decretum Conc. Tridentini observare.

Sin autem possint commodè observare, ex malitia nolint; quia contemnunt legem Ecclesiæ, & ipsam Ecclesiam; non videtur Ecclesiam debuisse propter eorum malitiam legem suam relaxare, ne commodum ex malitia sua reportent, maxime cum ea inconvenientia nata sint sequi ex hujusmodi Matrimonii, si omninò clam contrahantur, propter quæ Ecclesia illa Matrimonia irrita. Alioquin dicamus, hæreticos esse illorum omnibus legibus Ecclesiasticis; quæpiam eas non observant, nec unquam observabunt, quoniam non agnoscunt in tali potestatem legislativam.

Respondent Adversarii: malitia non patrociniari, sicuti malitia non patrociniatur his, qui sine justa causa, seu ex causa Concilium non receperunt, vel Decretum istud non promulgaverunt. Quis ergo patrociniatur? Bonitas legislatoris, quæri eorum pervicacia seu malitia sit alioquin occasio hujus relaxationis; veluti duritia cordis Judæorum fuit occasio dispensationis seu licentiæ dissolvendi Matrimonium per libellum repudii, Matth. 19. & *Quoniam Mosis ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic.*

Unde rectè dixit Corus a. tit. 33. q. 3. §. n. 7. *Frequenter duritia solutorum est causa, ut aliquis relaxetur eis, quod alias esset eis relaxari, si essent tractabiles. Sicut et in collegiis, videns collegium prorsus ad aliquod oppositum esse honestius, & utilius, potest illud oppositum statim uti uti, si essent faciliter inclinabiles, potest tamen loquere, vel si statutum est, relaxare, hoc justè, ne stante illo, ipsi multiplicentur.*

Ad aliud respondent: non consistit relaxatio aliorum præceptorum; quæ post reductionem illarum civitatum ad fidem Catholicam, habetur ratio eorum in Confessionibus. Sed contra; neque contra relaxationem illius legis irritantis.

Immo, inquit, constat; quia post reductionem illarum civitatum non declarantur illa Matrimonia irrita, filii agnoscuntur legitimi, & nihil attentatur circa revalidationem istorum Matrimoniorum, cum alioquin Ecclesia tunc persequatur concubinas. Respo. Ecclesiam non posse commode facere illam declarationem, propter plurimam & gravissimam inconvenientiam, que

ex ea orientur, ut consideranti patet. Quare iudicat expedire, ut relinquatur in bona fide, & dissimulentur peccata, saltem materialia; sicut permittit alia peccata, etiam formalia, ut fornicationes & usuras.

168. Confirmant hæc Aliqui ex Appendice Concilii Later. tit. de Clericis Matrimonio copulatis &c. ubi Alex. 3. c. 4. sic ait: *Si verò Subdiaconi contraxerint Matrimonium, eos, dummodo ante tales fuerint, quòd timendum sit, ne pro una pluribus abutantur, dissimulare poterit cum suis mulieribus remanere, quia tolerandum est malum, ut peiora vitentur.* Inde tamen non licet inferre, illa Matrimonia fuisse valida; si enim fuissent valida, malè diceret Pontifex: *Quia tolerandum est malum; jam enim non fuisset malum, remanere cum suis mulieribus.*

169. Præterea: Innoc. Papa 2. (qui 30. annis præcessit Alex. 3.) in Concil. Romano c. 7. & refertur 27. q. 5. c. 40. sic ait: *Us lex continentis, & Deo placens munditia, in Ecclesiasticis personis, & sacris Ordinibus dilatur, statimque, quatenus Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi qui sanctum transgredientes propositum, uxores sibi copulare præsumpserint, separentur. Huiusmodi namque copulationem, quam contra Ecclesiasticam regulam constat esse contractam, Matrimonium non esse censemus.*

Ergo tempore Alex. 3. Matrimonium Subdiaconi erat invalidum, & tamen permittitur remanere cum sua muliere ad evitandum majus malum. Ergo ex eo, quòd Ecclesia toleret Matrimonia hæreticorum, contracta sine præsentia Parochi, non bene inferatur ergo illa approbat tanquam valida, sed tantum permittit ea, ad evitanda maiora mala.

170. Quantum ad legitimationem filiorum, illa concessa fuit à Principibus Belgii Archiduce Alberto & Isabella Clara Eugenia piæ memoriæ anno 1609. art. 33. Induciarum, ubi generaliter omnes subditi tam Archiducum, quam Statuum, cuiuscumque qualitatis aut conditionis sint, declarantur habiles ad hæreditatem, tam ex testamento, quam ab intestato, juxta consuetudines locorum. Si autem Ecclesia tunc judicasset illa Matrimonia valida, quid opus fuisset illà declaratione?

Et verò quòd non debeat haberi ratio illius invaliditatis, & de facto non habeatur, in Confessione, unde probatur?

An fortè ex praxi Confessariorum? Scio Missionarios nostros in Hollandia & aliis partibus hæreticorum hæctenus inquietos fuisse; quamvis hodie aliqui conentur se quietare per responsum aliquod, quod dicunt Episcopum suum à Cardinalibus accepisse super validitate. Si ita est, per me licet, sint quieti. Interim aveo videre id responsum

typis vulgatum cum debita subscriptione. Expectans expectabo.

Si dixeris: Declar. Card. sup. ex adverso adductæ, jam abrogatæ sunt per contrariam consuetudinem; cum etiam ipsa lex irritans per decennium possit abrogari; maximè cum dictæ declarationes non sint satis promulgatæ, utpote sibi mutud contrariæ.

Respondeo: nullam in eis esse contrarietatem, ut supra ostendimus ex Præposito, Quod attinet ad consuetudinem; scimus quidem ita contrahi in illis partibus Matrimonia, saltem ab hæreticis, sed quòd hujusmodi Matrimonia sint valida, & pro talibus ab Ecclesia habeantur, unde constat? Sanè non nisi ex novo responso Cardinalium, de quo statim memini. Deinde; etiam ex consuetudine hæretici non servant alias leges Ecclesiasticas, num inde bene inferitur: per illam consuetudinem has leges esse abrogatas?

Si rursus objicias: Ecclesia supplet jurisdictionem in Sacramento Pœnitentiæ, quando quis habet titulum coloratum: & similiter jus civile in rebus politicis ergo etiam hic supplet Ecclesia illam solemnitatem, cum illa jurisdictio non sit minùs essentialis valori actuum, quam hæc solemnitas.

Respondeo 1. de illa suppletione jurisdictionis constat ex jure communi, & communi consensu omnium DD. Nunquid etiam de suppletione hujus solemnitatis?

Respondeo 2. haud sufficere titulum coloratum, nisi cum errore communi, id est, Ecclesia non supplet jurisdictionem, nisi in casu, quo communiter existimatur inesse jurisdictionem, quæ tamen reverà non inest, idque propter inconvenientiam, quæ aliàs sequerentur; jam autem in casu præsentis, manifestum est, illam solemnitatem non fuisse observatam, sed ex malitia omiffam. Sicuti ergo in casu, quo ex malitia, & sciente omni populo, aliquis exerceret actus jurisdictionis, quam non habet, Ecclesia non suppleret eorù invaliditatem, sive jurisdictionem; ita nec impræsentiarum supplet illam solemnitatem, cum sciente omni populo sine ea contrahatur.

De cetero durum satis videtur Dicastilioni hic disp. 3. n. 29. etiam seclusà quavis Pontificis declaratione, non posse contingere casum, in quo lex, in aliquo loco seu Regione promulgata, inhabilitans contractum seu personas contrahentes ad contrahendum, intelligatur cessare. Quis enim dicat, non posse validè contrahi Matrimonium absque Parocho & testibus, si in Hispania v.g. iterum (quod Deus avertat) superveniant Mauri, & Templis, Parochiis, Ecclesiisque destructis, pauci fideles Baptizati ibi maneat?

An fideles ibi manentes, Parochis & Episcopis, aliisque Superioribus Ecclesiasticis orobati, non poterunt ibi contrahere Matrimonium,

M m m 2 nium,

171. An d. Declarationes Card. sint abrogatæ.

172. Objectio.

173. Prima solutio.

Secunda.

174. Casus in quo putat Dicastil. valere Matr. sine Parocho.

nium, sed cogentur cælibem vitam agere, vel ad alias Regiones extra Hispaniam transire, ut ibi possint coram Parocho & testibus inire Matrimonium? Ego certè nunquam credam: quàmvis enim ibi promulgatum fuerit Trident. & inhabiles reddiderit fideles, ad sic contrahendum, postea nihilominus destructâ Ecclesiâ, Parochiis, & Diocesis, censetur destructa promulgatio in Parochiis, cum nulla jam restet in eo Trojana excidio Ecclesia aut Parochia, sed campus ubi Troja fuit.

Pari ergo ratione in his Regionibus septentrionalibus, præsertim in Saxonia, & similibus, ubi ne nomen quidem Parochi auditur, aut Parochiæ Catholicæ (etiãmsi fortè olim alicubi fuisset promulgatum, & receptum Trident.) intelligi jam potest lex, aut illius promulgatio cessasse, & valere atque licere Matrimonium sine Parocho inquit, cessante ipsâ inhabilitate, per legem inductâ. Hæc ille. Quæ utrique imponunt huic controversiæ.

175. *An infideles inhabitantes loca Christianorum teneantur contrahere coram Parocho.*
 Si autem à me quæritur; quid dicendum de infidelibus, qui inhabitant loca Christianorum, in quibus viget Decretum Tridentini? Respondeo cum Sanchez lib. 3. disp. 17. n. 8. non teneri coram Parocho & testibus contrahere, quia hæc lex Concilii est merè Ecclesiastica, & ut talis est recepta à Principibus Christianis, veluti lex jejunii & similes; aliàs non obligaret in toto orbe, sed in solis Ecclesiæ oppidis: infideles autem, cum extra Ecclesiam omninò sint, non subiacentur legibus Ecclesiasticis, juxta illud 1. Cor. 5. v. 12. *Quid enim mihi, de iis, qui foris sunt, judicare?*

176. *An valeat Matrimonium publicè contrahendum, si Parocho desit.*
 Quærent etiam hic Aliqui; an quando Matrimonium publicè contrahitur, sciente majori vicinæ parte, si Parochus desit, nihilominus valeat. De hoc casu sic scribit Navar. in Man. c. 22. n. 69. Advertendum primò; quòd Concilium non annullat omnia Matrimonia clandestina, sed solum illa, quæ sunt sine præsentia Parochi &c. Præterea; quòd nil expressè decernit de Matrimonio contracto in facie Ecclesiæ, sine Sacerdotis proprii vel aliùs præsentia. Et quòd non valeat, urget versiculus *Qui aliter*. Et contrà, quòd valeat, facit, quòd videtur intelligendus de contrahentibus clandestinè. Hæc ille.

Et quòd valeat, ulterius probatur: quia in tali casu intervenit aliquid æquivalens solemnitati, requisitæ à Concilio Tridentino, ex quo finis ab eo intentus comparatur: nam tunc constat Ecclesiæ de Matrimonio, nec poterunt contrahentes, eo relicto, aliud inire; ergo est validum

177. *Non valere*
 Sed oppositum tenendum est, & communiter tenetur; scilicet, nullatenus tale Matrimonium valere; quia (inquit Sanchez supra n. 7.) Trident. statuit formam substantialem pro Matrimonio contrahendo; forma autem specificè & propriè, & non per æquipollentiam impleri debet, ut dixi lib. 2. disp. 1. n. 17. Deinde; quia non est verum, obtrinetur finem, intentum à Tridentino: nam Concilium intendit, cum Matrimonium sit Sacramentum, ritè celebrari, & coram Ministris Ecclesiæ proprio Pastore, vel de ejus licentia, qui finis in hoc casu non obtinetur. Et in tenet idem Navar. Summâ latinâ c. 27. n. 144. Hæc Sanchez.

monium valere; quia (inquit Sanchez supra n. 7.) Trident. statuit formam substantialem pro Matrimonio contrahendo; forma autem specificè & propriè, & non per æquipollentiam impleri debet, ut dixi lib. 2. disp. 1. n. 17. Deinde; quia non est verum, obtrinetur finem, intentum à Tridentino: nam Concilium intendit, cum Matrimonium sit Sacramentum, ritè celebrari, & coram Ministris Ecclesiæ proprio Pastore, vel de ejus licentia, qui finis in hoc casu non obtinetur. Et in tenet idem Navar. Summâ latinâ c. 27. n. 144. Hæc Sanchez.

Subscribo verba Navarri. Peccat primò conjux modis suprà positis, & non completè sponsalia, clandestinè contracta &c. ut videtur contracto publicè, etiam coram populo, sine præsentia Parochi, vel alterius Presbyteri cum licentia illius, vel Obis, ita Navar. Non peccaret autem, si Matrimonium foret validum. Ergo secundum hoc est invalidum: quod optimè & efficaciter probatur ex illo versiculo: *Qui aliter*, quæ nulla fit mentio alterius clandestinè, quàm absentis Parochi & testium, quæ illa est, obtrinet Decretum.

Fateor, comparatur aliquis finis, intentus à Concilio, per illud æquipollens, sed non omnis, ut bene Sanchez supra notat; cum si intendisset Concilium solum probatorem Matrimonii in foro Ecclesiæ, fortè ad illud sufficere potuisset præsentia duorum vel trium testium; unde in his locis conceptum hoc Decretum (ut refert Palavicinus Hist. Concil. Trident. lib. 2. c. 3. & 4.) *Sacro sancta Dei Ecclesia Synodus Sancta*, animadvertens magna incommoda, & gravia peccata, quæ ex clandestinis conjugio ortum habent, præsertim verò eorum, qui in statu damnationis permanent, dum sepi priore assensu qua clam contraxerunt, relicta, cum aliis contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterant, alias gravissimis poenis ea prohiberunt, tamen irrita non fecit. Sed hæc sancta Synodus cum animadvertat, remanere illud propter hominum inobedientiam iniquè parùm profuisse, decernit, ut in posterum Matrimonia illa, quæ clam contrahuntur ab ipsa tribus testibus, irrita sint, quemadmodum præsentis Decreto irrita faciunt.

Postea die 7. Augusti idem Decretum in aliam in formam ita redactum, Concilio proponitum est. *Præcipit Sancta Synodus, ut cunctæ personæ, quæ in posterum auderint contrahere Matrimonium aut sponsalia, absque præsentia saltem trium testium, sine validitate ad ejusmodi Matrimonia aut sponsalia contrahenda, adeoque cuncta ab ipsi gesta ad Matrimonium, aut ad sponsalia contrahenda, irrita sint, sicuti præsentis Decreto irrita redduntur.* Sed quare putamus, neutram illarum for-

B
 Sacramentum
 Matrimonii

quam ministerio, petito quidem, tametsi coacto, aurium & oculorum. Hucusque Pallavicinum.

Adde ego: multum verisimile esse, Patres requisivisse presentiam Parochi, seu alterius Sacerdotis, de ejus vel Ordinarii licentia, non solum propter rationes jam allegatas, sed etiam propter reverentiam debitam Sacramento, ut patet ex dicto Lotharingi, relato Concluf. preced. ibi: Optari à se in Decreto, ut, propter solemnes alios ritus, opus esset ad vim Sacramenti, etiam Sacerdotis benedictio; quando heretici volebant, ut impii ipsorum ministri nuptiis bene precarentur, multo convenientius id agendum in Ecclesia Catholica, in qua veri sunt Dei ministri, verique Sacerdotes. Sic ille.

Et quamvis id non obtinuerit Lotharingus; quippe non est necessaria ad valorem Matrimonii benedictio Sacerdotis, ut ex alibi dictis patet; equidem concessa ei fuit necessitas presentiae seu assistentiae Parochi, aut alterius Sacerdotis, non tantum ad securam stabilemque probationem, sed etiam ad majorem solemnitatem Sacramenti. Porro hæc major solemnitas non suppletur per presentiam, etiam totius populi, si Parochus absit; sed neque illa securam stabilemque probatio, ut consideranti singula jam dicta, perspicue manifestum fiet. Atque ut haberetur, cessante fine hujus legis solum negativè in casu particulari, non cessat ipsa lex, ut superius diffusè ostendimus, ex Coninck & Pontio.

Sit ergo resolutio finalis: Matrimonium, quod contrahitur coram toto populo, est invalidum, si solus absit Parochus; quia aliter contrahitur, quam presente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi seu Ordinarii licentia. De hac licentia plura inferius suo loco.

Hic tantum noto; quod licet Ordinarius possit dare licentiam contrahendi coram alio Sacerdote, haud equidem dispensare in hoc Decreto, sic ut valeat Matrimonium aliter contractum. Quamvis enim, inquit Sanchez supra n. 6. possit Episcopus semel vel iterum dispensare in lege Pontificis vel Concilii in casu magnæ necessitatis (ut dixi lib. 2. disp. 40. n. 3.) at in hoc casu nullo modo potest.

Primo; quia Trident. sess. 24. c. 1. de refor. Matr. constituit formam substantialem, & ponit Decretum irritans. Deinde; quia Concil. reddit omnino inhabiles contrahentes ad sic contrahendum, & dictio, Omnino, excludit omnem gratiam & dispensationem.

Præterea; quia qui de uno dicit, de altero negare videtur, cap. Nonne, de Præsumpt. ibi: Duo quippe ei (Jesu) illata fuerunt, unum batio.

M m m m 3

182. Ratio ubi quam fuerit requisita presentia Parochi.

Concluditur.

183. Ordinarius non potest dispensare in decreto Trident. Sanchez.

Probatur 1. & 2.

184. Tertia probatio negavit.

marum placuisse Patribus Concilii? Audiamus Pallavicinum: Plures, inquit, concordabant in exigendis tribus testibus, non item solis duobus, cum facile contingat, ut unus ex duobus moriatur, aut abscedat, adeoque Matrimonii probatio haberi non possit. Postea perpensum est, nimis pariter facile fore, Matrimonium contrahi coram tribus hominibus vagis, ac puellæ ignotis, quibus abeuntibus, facti testimonium haud extaret, & in absurda pristina incidere.

Quapropter haud satis consulebatur, nisi stabili teste quæsito, qui contracta connubia in codicem referret. Hujusmodi censerit posse aut Scribam, aut Parochum. Scriba ad hoc idoneus visus non est, propterea, quod cum innumeri Scribæ essent, duo in eo vitia cognoscebantur: alterum facile potuisse à partibus, saltem ex utriusque consensu, ubi eas contracti Matrimonii pœniteret, antecedens vinculum occultari; alterum difficulter à Magistratu compertum iri, an quispiam ligatus, an solutus esset, & an liberi legitimi, an nothi.

Accedebat; Scribam citra laborem plurimum adduci posse, seu per veram, seu per simulatam ignorantiam, ut in tabulas referret Matrimonium inter hujusmodi capita, quibus id vetitum esset, tametsi ex impedimento, non irritum contractum reddente: exempli gratiâ, si quis legitimis sponsalibus cum altera obstructus fuisset, aut ex aliquo delicto interdictum illi esset cum hac contrahere, aut si debita denuntiationes haud præcessissent: quod non ita facile impetrabitur à Parocho, melius ejusmodi res edocto, magisque Ecclesiasticas pœnas permissente. Et quamvis consulari possit Matrimonium coram ipso, etiam invito, tamen illicita conjugia, quippe quibus obex & dedecus prævidentur; raro contrahi solent, aut possunt alibi, quam in locis semotis, quod tam facile non est, ut fraude aut vi Parochus adducatur. Hæc ille sup. c. 8. n. 16.

Et prosequitur n. 17. His permoti rationibus tum Episcopi, tum Oratores, tum etiam ipsi Principes Christiani, satius habuerunt, opus esse ad efficaciam Sacramenti presentiam Parochi, ex quo ingentia bona, & nullum incommodum provenire. Ecclesiastici verò se adeo abstinuerunt ab aviditate acquirendi sibi novi juris in his contractibus, ut cum Gallorum Oratorum postulatio urgeret, ut Sacerdos Matrimonio præfuerit (quod verbum sonabat plusquam simplicis testis presentiam, nimirum voluntatem & auctoritatem) Patres quò quantum possent libertatem contrahendi servarent, quæsitâ solum securâ stabilique probatione, noluerunt Parochum alio modo concurrere, quod spe&abat ad efficaciam necessitatem, præter-

Cap. 5. de *negavit, alterum tacendo concessit. Et l. 12. ff. de Judiciis, in principio: Cum Praetor unum ex pluribus iudicare velit, ceteris id committere videtur.* Sed Trident. dicto cap. 1. statuit, denuntiationes praemittendas esse Matrimonio, illudque coram Parocho & testibus contrahendum, & concedit facultatem Episcopo dispensandi in denuntiationibus; ergo videtur eam negare circa Parochi & testium solemnitatem.

*Ea nititur
Gloss. cap.
15 de Cler.
non resid.*

Quo argumento utitur Gloss. cap. *Ad auasentiam*, de Clericis non resid. verb. *Ut duo*, dicens: *Per hoc intellige, sup. eodem*, De cetero, *ut duo ex Canonici possint esse in servitio Episcopi, ita quod non priventur beneficio suo interim. Si vero plures essent, privarentur ex eo quod concedit de duobus, intelligitur prohibere de pluribus, arg. 25. dist. Qualis & sup. de Presumpt. Nomen.*

185.
*Resp. ad
eum.*

Sed ego hoc argumento uti nolo; quippe responderi posset, hic negari Episcopo dispensationem circa Parochi praesentiam, quando facilis est recursus ad Pontificem, sive extra casum omnimodae necessitatis, extra quem potest dispensare in denuntiationibus; & sic verum est, quod de uno dicitur, de altero negatur, etiam concessio, quod Episcopus posset dispensare in casu omnimodae necessitatis circa praesentiam Parochi, sicuti potest dispensare in aliis impedimentis dirimentibus, quando occulta sunt, & urget gravis necessitas tam ante, quam post contractum Matrimonium, ut suo loco videbimus.

186.
*Resp. ad 1.
prohibitionem.*

Nec obstat *ly Ominno*; quia certum est, ut superius diximus, non excludere dispensationem Pontificiam; ergo nec videtur excludere dispensationem Episcopalem pro illa necessitate, quoniam virtualiter est Pontificia, id est, specialiter pro illo casu concessa a Pontifice, ne alioquin lex potius sit in destructionem, quam in aedificationem animarum.

Resp. ad 2.

Quod autem addit Sanchez; Concilium constituere formam substantialem, quid tum? Quare, sicut Pontifex potest illam formam tollere, sive in generali, sive in particulari casu, quare id ipsum non possit Episcopus nomine Pontificis in extrema necessitate, sicut potest habitare corpora, alioquin ad contrahendum inhabilia, in eadem necessitate?

187.
*Novus probatio
communi
sententia.*

Itaque quod me maxime movet, ad amplectendam communem sententiam, quae negat Episcopo eam potestatem, est; quod nusquam legatur, quempiam Episcopum circa illam praesentiam dispensasse, aut aliquid immutasse, sicut legitur dispensasse in aliis impedimentis dirimentibus occultis.

Impugnatur.

Quamquam & ad hoc aliquis dicere posset; nunquam occurrit talis necessitas, in

qua opus erat contrahere abique praesentia Sacerdotis, & testium, cum facile aliter Sacerdos haberi possit, qui de licentia Ordinarii assistat, uti & duo vel tres testes, & ideo nusquam legitur, Episcopum in illa praesentia dispensasse; quia sine iusta causa nequit dispensare. Quid autem faceret, si iusta causa dispensandi occurreret, quibus bis edicet?

Respondeo: recta ratio edicit, Episcopum non dispensatum contra torrens DD. qui ei negant potestatem dispensandi ne exponat manifesto periculo sic contrahentes perpetuae fornicationis, dum per se legitime conjunctos, cum tamen non sint legitime conjuncti, & per contrahens Sacramentum Matrimonii manifeste periculo invaliditatis; neque enim habent legi Aliquem, qui doceat, Episcopum potest dispensare.

Et vero quia casus rarissimi est, praeterea moram petendi dispensationem non moram advocandi Sacerdotem, hinc non debuit illa potestas Episcopi haberi; sed sufficit, ut solus Pontifex habeat. Secus contingit in aliis impedimentis, quae frequentius obveniunt, & in casibus, nisi Episcopus posset dispensare, manifestum esset saluti animarum, ut per contraheranti singula, & suo loco uberius explicabitur.

Impresentiarum sequitur tractatus de obligatione peregrinorum, quoniam, uti quae, an incolae locorum, uti Trident. mand. obligat, si divertant ad loca, ubi non obligat, vel e contra incolae locorum, ubi non obligat, si divertant ad loca, ubi obligat, generaliter contrahere coram Parocho & testibus. Haec est nostra resolutio:

CONCLUSIO VI

Peregrinus valide contrahitur Parocho & testibus, ubi Concilium non est receptum, nisi forte peregrinetur in fraudem, ut valide ubi est receptum.

Loquitur 1. pars Conclus. de peregrinis in cuius habitationis loco aliquando Tridentinum fuit promulgatum & acceptatum, saltem quoad hoc Decretum, ita uti contraheret, ubi habitat, sine Parocho & testibus Matrimonium non valeret, iam non valet, quia contrahit in loco peregrinationis, in quo Decretum illud Tridentinum nunquam fuit promulgatum & acceptatum, quae est communis doctrina.

Fundatur in eo; quod peregrini non obligantur.

gentur legibus proprii territorii, arg. cap. 2. de Confit. in 6. ubi dicitur, quod statutum Episcopi extra suam diocesim subditum non ligat: Statuto Episcopi (inquit Bonifacius 8.) quo in omnes, qui furtum commiserint, excommunicationis sententia promulgatur, subditus ejus, furtum extra ipsius diocesim committentes, minime ligari noscuntur. Rationem subdit: Cum extra territorium jus dicenti non pareatur impune. Ubi Gloss. verb. Impune, ait: Id est, sine pena, id est, non parens ex eo penam non patitur.

191. Cur hoc, nisi quia non peccat? Et quare non peccat, nisi quia peregrinus non obligatur legibus proprii territorii? Et ratio est; quia statutum directè ac per se respicit territorium, & pacem illius, vel communes mores ejus, ut in eo servandi sunt, & ideo non cadit in personas etiam subditas, nisi ut existentes intra territorium.

Præcipit ergo statutum, servari v.g. tale Festum, vel jejunium, in tali loco, adeoque non comprehendit absentes; quia illi tale Festum vel jejunium in tali loco servare non possunt. Quare licet subjeccio hic non deest, deest tamen materia præcepti, quæ est Festum vel jejunium in tali loco. Deinde alia ratio est; quia aliàs imperia omnia essent confusa, unde ita postulat bonum commune, cui commensuratur potestas legislativa.

Rogatur aliquis, quid sit territorium? Respondet Gloss. supra verb. Territorium: Et est territorium universitas agrorum, infra fines cujusque civitatis, quod ab eo dictum quidam ajunt, quod Magistratus ejus loci infra ejus fines terrenis, id est, submovendi jus habens, ff. de Verb. signif. Pupillus §. Territorium.

192. Atque ut peregrini obligarentur legibus proprii territorii; haud equidem illis, quæ præscribunt solemnitates servandas in contractibus; arg. cap. fin. de Foro competentis, in principio: Licet ratione delicti seu contractus aut domicilii, sive rei, de qua contra possessorem causa movetur: quibus forum regulariter quis sortitur &c. Et cap. Romana, cod. in 6. §. Contrahentes verò aliarum Diocesum super contractibus initis in Remensi diocesi, ab eisdem (nisi inveniantur ibidem) trahere coram se non debet invitos.

Igitur ratione contractus quilibet sortitur forum in loco contractus; ac proinde secundum ejus loci leges & consuetudines, judicandum est de valore aut invaliditate contractus, ut satis clarè indicatur l. 6. ff. de Evid. Si fundus venierit, ex consuetudine ejus regionis, in qua negotium gestum est, pro evisione caveri oportet.

Excipitur contractus dotis per leg. 65. ff. de Judiciis, sequentis tenoris: Exigere dotem mulier debet illic, ubi maritus domicilium habuit, non ubi instrumentum dotale conscriptum

est: nec enim id genus contractus est, ut & eum locum spectari oporteat, in quo instrumentum dotis factum est, quam eum in cujus domicilium & ipsa mulier per conditionem Matrimonii erat reditura.

Porro exceptio firmat regulam in contrarium, adeoque in Matrimonio debet spectari locus, in quo contrahitur; & non domicilium viri aut mulieris; quoniam nupiam Matrimonium excipitur à communi regula, sup. assignata. Ergo peregrinus in loco, in quo non obligat Trident. sive in in quo non solet contrahi Matrimonium coram Parocho & testibus, per consuetudinem legitime præscriptam, potest validè & licitè contrahere sine Parocho & testibus, salvis iis, quæ jure antiquo necessaria sunt, ut Matrimonium non sit clandestinum; alioquin peccat, ut clarum est, quàmvis Matrimonium aliter contractum valeat.

His non obstantibus, Aliqui apud Sanchez lib. 3. disp. 18. n. 27. oppositum sustinent; quia putant, peregrinos obligari legibus proprii territorii, quoniam adhuc cives ejus sunt; tum maximè, quia lex illa Trident. non videtur esse localis, sed personalis nam reddit personas inhabiles ad aliter contrahendum; ergo ubicumque fuerint hujusmodi personæ, obligantur eà lege; quoniam lex personalis inheret ipsi personæ, adeoque jugiter eam concomitatur; ergo semel propter legitimam Tridentini publicationem redditus inhabilis ad clam contrahendum, nullibi terrarum poterit ita contrahere; veluti semel inhabilis ad contrahendum Matrimonium, propter consanguinitatem, nullibi terrarum potest contrahere cum consanguinea; quia inhabilitas inheret personæ, sicut inheret ipsa consanguinitas.

Respondetur ad primum: non fat est, quòd aliquis sit civis, ut obligetur legibus civitatis; sed necessarium est, ut verè inhabitet civitatem, id est, ut non tantum habeat domicilium in illa civitate, sed ut verè in ea moretur, quando sunt leges locales. Ratio patet ex supra dictis; quia alioquin cessat materia præcepti.

Tota ergo difficultas hic oritur ex secundo fundamento Adversariorum, ad quod respondet Sanchez supra n. 30. Quando inhabilitas est constituta absolute & simpliciter, sequi personam quocumque euntem; secus quando est constituta per modum legis; sicut enim lex illa non obligat in illis locis, ita inhabilitas & annullatio actus non obligat ibi, nec sequitur personam, nisi dum est in locis, in quibus ea lex vim obligandi habet. Hæc ille.

Eodem modo respondet Basil. Pontius lib. 5. c. 9. n. 3. Dico, inquit, legem illam affixam esse territorio tantum, in quo promulga-

In Matrimonio debet spectari locus, in quo contrahitur.

194. Probatur sententia opposita. Sanchez;

Resp. ad primam probationem.

195. Resp. ad 2. ex Sanchez.

Et Pontius, legem Trident. esse localem.

mulgatum est Tridentinum, ut ibidem decernitur, & non in alio loco, & similiter etiam inhabilitas. Quare in eo loco, in quo promulgatum non est, non potest ea inhabilitas consistere. In quo vides diversam esse rationem hujus inhabilitatis, & consanguinitatis. Consanguinitas enim cum fundetur in sanguine, eadem ubique est; hæc autem loco promulgationis tantum affixa est.

Consanguinitas fundatur in sanguine.
Sed quid dicendum erit, si in uno loco esset impedimentum consanguinitas in quarto gradu, in alio vero, ex consuetudine contraria, non esset ejusmodi impedimentum; possentne illi, qui consanguinei essent, eò peregrinantes contrahere? Mihi affirmandum videtur, quia jam in eo loco cessat inhabilitas. Hætenus Pontius.

196. *Impedimentum dirimens ex sola lege Ecclesie in uno loco potest obligare, & non in alio.*
Et idem consequenter affirmandum videtur de ceteris impedimentis, dirimentibus ex sola lege Ecclesie; utputa, si illa lex per ipsam Ecclesiam, vel consuetudinem legitime præscriptam, abrogetur in aliquo loco, eo ipso personas, quæ antea erant inhabiles ad contrahendum Matrimonium in eo loco, propter impedimentum dirimens, fieri habiles pro eo loco, quamvis pro alio, in quo adhuc viget illud impedimentum, sint inhabiles.

Igitur leges istæ locales sunt, & non personales; quia solum concernunt personas pro eo tempore, quo consistunt in hoc vel illo loco, in quo leges istæ vigent; jam autem in casu proposito, in loco, ubi contrahitur Matrimonium, non viget Decretum istud Tridentini; ergo secundum illud non debet ibi contrahi, & per consequens aliter contractum Matrimonium, juxta leges, quæ ibi vigent, valet.

Obligatio ex d. Decreto Trid. cessat, ubi cessat Decretum.
Quocirca obligatio, orta ex vi hujus Decreti, est ex iis effectibus, qui in fieri & conservari pendunt à suis causis; obligatio enim à lege orta, durat manente lege, & eâ cessante cessat: unde sicut lumen, à lucerna productum in aère, extinguitur remoto aère extra lucernæ spheram, ita hæc obligatio expirat migrante personâ extra territorium, in quo viget hoc Decretum. Ita Sanchez supra n. 30.

197. *Objectio.*
Sed contra, dicit aliquis; indè sequitur omnem effectum legis cessare, eâ cessante; cur enim unus effectus magis cesset, quam alius? Porro non omnem cessare, nimis clarum est in lege excommunicationis, quæ, quia ligat immediatè censuratum, quocumque se transferat, & quantumcumque cesset ea lex, secum fert suam censuram, & manet excommunicatus, donec fuerit absolutus. Cur ergo debeat cessare inhabilitas, semel contracta ex lege, cessante illâ lege?

Solutio.
Respondetur: censuram non tolli, nisi per absolutionem; quia sic voluit Ecclesia,

ut multis probat Suarez de Censur. disp. 7. sect. 1. Porro inhabilitatem contrahentes Matrimonium cessare, cessante lege inhabilitante, constat ex Concilio Trident. per quod sess. 24. c. 4. restringitur animas ex fornicatione ad 2. gradum, quæ antea extendebatur ad 4.

Ergo non valet argumentum ab excommunicatione, ad inhabilitatem, ortum ex lege Trident. inhabilitante aliter contrahentes Matrimonium, quam præsentem Parochiæ & duobus vel tribus testibus; quam unquam legè noluit Ecclesia habere suum roborem post triginta dies, à die primæ publicationis in eadem Parochia factæ, numerandos. Ergo noluit Ecclesia, ut aliquis obligaretur illi lege in loco seu in Parochia, in qua non fuerat ea debite publicata, five incola, five peregrinus, alibi habens domicilium, in quo fuerat publicata, vel non publicata.

Sicut autem hoc noluit, ita etiam noluit, ut, quicumque contraheret in loco, ubi non publicata, five incola, five peregrinus, alibi habens domicilium, ubi fuerat publicata, non publicata; voluit, inquam, ut ille, qui obligaretur, adeòque invalide contraheret sine Parocho & testibus, ut habet ultima pars Conclusionis, quam arbitror factam præbatam ex jam dictis pro prima parte.

Sicut enim peregrini non obligantur legibus proprii territorii statim, quando ab eodem egressi fuerint, quamvis morantur, et in quo planè convenit, ut obligentur legibus territorii, in quo morantur, sed solummodo dum transitus & hospitium tempore proportionato ad legem impleverint, va qui sententiam commodum, sentiat etiam incommo- juxta Reg. 55. de Reg. juris in 6. Qui in loco non sit, sentire debet commo- Qui ergo per suam peregrinationem transitur à legibus proprii territorii, dicitur justum est, ut obligetur legibus alieni territorii, in quo peregrinatur, ne aliquo modo sit ab omnibus legibus tam proprii territorii, quam alieni, & plurima scandala vitanda.

Quod non sic intelligas velim, quod non solum obligetur, quando est periculum scandali, ut Aliqui docent; sed ita, ut scandala, nata provenire ex transgressione, seu non observatione legis in alieno territorio, sint occasio aliqua, aut ratio, quare legislator possit obligare peregrinos, existentes in suo territorio, ita exigente bono communitatis, cui commensuratur, ut supra adhuc dicitur, potestas legislativa.

Audiamus D. Aug. Epist. 118. c. 1. & refertur dist. 12. c. 11. Quod, inquit ille, neque contra fidem, neque contra bonos mores injungitur, (aliàs, esse convincitur) nullatenus est habendum; & pro eorum inter quos

B
Sacramentum
Matrimonii

vitur societate seruandum est (id est, seruari debet) Mater mea, Mediolanum me secuta, inuenit Ecclesiam sabbato non ieiunantem, ceperat sustinere quid ageret. Tunc ego consului de hac re Beatissima memorie virum Ambrosium. At ille ait; Cum Romam venio ieiuno sabbato: cum Mediolani sum, non ieiuno. Sic etiam tu, ad quam foris Ecclesiam veneris, eius morem serua, si cuiquam non vis esse scandalo, nec quemquam tibi.

Ubi Gloss. verb. Societate: Arg. inquit, quod quislibet tenetur vivere secundum consuetudinem illorum, inter quos versatur; ut supra dist. 8. Que contra, & 41. dist. Quisquis B. Unde versus: Si fueris Romæ, Romano vivito more. Et si sis alibi, vivito sicut ibi. Item verb. Venit, hoc ait: Arg. quod viatores tenentur sequi consuetudinem loci, ad quem veniunt, ut hic, & supra dist. 8. Que contra.

Hoc autem caput desumptum est ex eod. S. Patre lib. 3. Confess. c. 8. Que contra mores hominum sunt flagitia, pro morum diversitate vitanda sunt; ut pactum inter se civitatis, aut gentis consuetudine vel lege firmatum, nullâ civis aut peregrini libidine violetur. Et que ratio? Nonne scandalum? Turpis enim omnis pars est, suo universo non congruens. Quod utique verum est, secluso omni scandalo. Ergo secluso omni scandalo lex obligat peregrinum, tanquam subditum legislatori ratione loci.

Enimvero lex habet vim constituendi actum in tali vel tali virtute, iuxta exigentiam materiam, habet præterea vim constituendi medium virtutis; & denique habet vim præscribendi circumstantias necessarias temporis, & loci, ut actus in tali virtute honeste fiat; v. g. lex ieiunii facit, ut carnes hodie non sint materia temperantiæ, vel, quod perinde est, ut hodiernum tempus non sit tale, quale oportet esse ad esum carni. Quod si lex illa limitata sit ad hoc vel illud territorium, determinat etiam locum istum pro tali tempore non esse convenientem ad esum carni. Ergo quicumque in isto loco carnes comederit, peccat contra temperantiam.

Veluti omnes, etiam advenæ & peregrini, qui non servant legem iustitiæ, in tali territorio constitutam, v. g. pretium rerum, à Principe taxatum, peccant contra iustitiam. Quippe non est major ratio de hac lege, quam de illa. Ergo vel nulla lex territorii obligat peregrinos, vel omnis obligat; non præcisè ratione scandali, sed ratione iurisdictionis Principis, & subiectionis peregrinorum, ratione loci, in quo sunt; quia sic expedit bono communi, paci & tranquillitati Reip. & civium; nam coherere & conjungi non possunt, quibus & studia & vota diversa sunt.

Itaque D. Aug. non desumit rationem suæ doctrinæ ex solo scandalo; sed etiam ex pacto & societate civium. Nec loquitur tantum de consilio, sed etiam de præcepto; quia partem, quæ non congruit suo universo, vocat turpem; & in alio loco illum, qui consuetudines eorum, inter quos versatur, transgreditur, appellat superstitionis vel flagitiosum, lib. 3. de Do&. Christiana cap. 12. (& refertur dist. 41. c. 1.) Quisquis rebus prætereuntibus restrictus vivit, quam sese habent mores eorum, cum quibus vivit, aut intemperans (aliàs temperans) aut supersticiosus est. Quisquis verò sic eis utitur, ut metas consuetudinis bonorum, inter quos versatur, excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est. Ubi Gloss. verb. Vivit: Nota, quod quislibet se conformabit sociis suis in cibo, & in moribus.

Nec bene dixeris: D. Aug. in testimoniis jam allatis tantum loquitur de peregrinis, animo majori parte anni habitandi aliquo confluentibus; hi enim dicuntur esse in illo loco; transeuntes autem non dicuntur ibi moraliter esse, l. Questum, 76. §. fin. ff. de Legat. 3. ibi: Rebus, quæ in fundo sunt legatis, non accedunt, quæ casu ibi fuerunt. Et cap. 3. de Verb. signif. Nã ego (auditis verba Salomonis) unigenitus sui coram matre mea.

Quare (interrogat D. Hier. in Parabolis) unigenitum se nominat, quem fratrem uterinum præcessisse Scriptura testatur? Nisi quia ille mox natus sine nomine quasi nunquam esset, de vita decessit. Ubi Gloss. verb. Quasi nunquam esset, inquit: Et ita non videtur fuisse, qui non duravit, arg. sup. de Regul. Ad nostram. Ubi, qui triduo fuit regulari habitu indutus, non dicitur habitum induisse, quia, ut ait ibi Gloss. verb. Statim: Non dicitur factum, quod non durat. Ita argumentatur Sanchez sup. n. 7. pro opposita sententia; sed malè, ut jam ostendo.

In primis, in dicto cap. 11. dist. 12. ait Ambros. Cum Romam venio, ieiuno sabbato: Ambros. autem non ibat Romam, animo manendi per majorem partem anni. Deinde: universè præcipit Ambros. Ad quam foris Ecclesiam veneris, sine distinctione ulla, diurnæ, aut brevis habitationis. Unde non dicit; In qua foris Ecclesia manseris; sed, Ad quam foris veneris.

Præterea: Aug. dicto cap. Quisquis, inquit flagitium esse, non servare mores eorum, inter quos versatur, absolute & sine distinctione ulla. Denique: Aug. in dicto cap. Que contra, ex eo dicit, debere servari mores territorii; quia turpe est, partem non conformari suo universo. Huiusmodi autem ratio locum habet, ubicumque quis reperitur, etiam solum in transitu.

Minimè, inquis; quia qui solum transit. nō est pars, ut patet ex iuribus, jam allegatis.

N n n

Respon-

204. Aug. sup. lo. quisur de præcepto.

C. r. dist. 41.

205. Obiecto.

L. 76. ff. de Legat. 3.

206. Diversa conclusiones.

207. Replica.

Diluitur ex Pontio.

Respondet ad primum Pontius lib. 5. cap. 7. n. 28. levissimum argumentum est, à dispositione illa legatorum, ad legum obligationem. Quicumque ubicumque sit jurisdictioni pareat necesse est, ne extra jurisdictionem sit. Quare quantumvis sit minimum tempus, ejus jurisdictioni subditur, in cujus loco est; non autem quaecumque in aliquo loco sunt, ejus loci domino subdici necesse est.

Adde; etiam ex voluntate legantis fundum, oriri diversitatis rationem, quæ aliter legari non possunt legato fundo, nisi ut accessoria & connexa cum illo; cum autem connecti non possint sine mora, idè est, ut mora necessaria sit, ut rectè docet Suarez to. 1. de Relig. tract. 2. lib. 2. cap. 11 4. n. 16. ubi explicat textum in lege: *Debitor*, ff. de Pignor. Hæc ille.

208.
Explicatur l. 3. ff. de Pignor. ex Suario.

Juvabit porro audire Suarium loco citato: In illa, inquit, lege, *Debitor*, non est sermo de obligatione legis, neque de habitatione necessaria, ut quis obligetur legibus loci; sed casus legis erat, quando in pignus datur prædium cum omnibus ibi importatis, inductis, natis &c. An intelligatur comprehensi servi, qui ad prædium colendum mittuntur: & respondetur; eos dumtaxat comprehendi, qui hoc animo à domino missi essent, ut ibi perpetuò essent. Exponit autem Gloss. *Perpetuò*, id est, quamdiu ibi essent necessarii.

Indè autem nullum potest sumi argumentum; quia in illo casu servi non erant dati vel promissi per se in pignus; sed ad summum poterant comprehendi, tanquam res accessoria & connexa cum prædio: quia verba pacti postulabant illam connexionem, quæ respectu servorum non poterat esse alia, nisi destinatio illorum ad insistentium prædio. At in præsentia lex fertur simpliciter ad totum territorium seu locum, & ad sui observationem non requirit aliam connexionem, nisi actualem habitationem, & unionem cum cæteris de populo, quæ ex actuali habitatione nascitur. Ita Suarius.

Licet ergo casualis mora non sit sufficiens, ut res illa comprehendatur sub voluntate testatoris, equidem sufficit, ut persona comprehendatur sub obligatione legis; quia hoc, & non illud, est necessarium pro bono communi.

209.
Respondetur ad cap. 3. de Verb. signif. ex Pontio.

Quantum ad ea, quæ adducuntur ex cap. *Nam & ego*: per methaphoram (inquit Pontius sup.) dicta sunt; Pontifex enim unius diei, verè Pontifex est. Et illud Glossæ, utcumque locum habere posset in præsumptione; hic autem de veritate agimus, ad quam ea tantum spectanda mora est, quæ sufficiens est, ut sit subditus legi ejus loci; sufficit autem quaecumque, ut dictum est.

Sic responderi Suarez cap. citato num. 27. Hæc ille.

Sed audiamus ipsum Suarium: Ad tertium (inquit) ex illo principio, quod parum pro nihilo reputatur; Respondet, quia res ipsa aliunde habet consummationem suam, licet parvo tempore duret, non est parvam, dummodo duret quantum necessarium est ad actum. Ut, consensu parum mortale peccatum est, etiam si brevissimo tempore duret, & illa parva duratio non cit, ut res illa pro nihilo habeatur; & in præsentia materia, si quis discedat à suo oppido statim ac exit terminos ejus, desinat obsequi statuto ejus, ad Festa servanda, etiam nocte reverfurus sit, quia ad hoc non consideratur duratio, sed absentia; ita arguet è contrario.

Nec jura, quæ afferuntur, obstant illi interpretationi, nigeniti ab Hieronymo tradita, & relata in d. cap. *Nam & ego* est sine aliqua methaphora & improprietate, ut notat Abbas in d. cap. *Nam & ego*; idè non potest ab illa sumi argumentum. Unde fortè Salomon dicitur esse verus Pontifex, quia solus, vel primus, ex legitimo matrimonio natus est. Vel etiam, quia etiam natus est; jam prior erat mortuus, & in parva duratio fratris dicitur ad hoc commemorari, quia jam ille non erat: at licet parvo tempore vixerit, verè filius, & genitus fuit. Sic cut Pontifex electus; licet per hanc mortuum vivat, verus Pontifex est, & in numero Pontificum computandus; licet secundum æstimationem & methaphoram habeatur, ac si non fuisset. In præsentia autem, ad judicandum de obligatione, habenda est ratio veritatis, & durationis, necesse est tales effectus.

Unde etiam dictum illud Glossæ in d. cap. *Ad nostram*: *Non dicitur factum non durat*, in rigore non est verum, quia rei ipsa constat, & exemplis adductis, quæ sensu pravo, citò transeunte, & per electo, & paulò post mortuo. Dicitur ergo illud solum methaphoricè, quod aliam considerationem sustineri debet, & prædictum in ordine ad præsumptionem, de qua in illo textu agebatur, scilicet de tacita professione, à qua statim quis resiste, non præsumitur non consensisse; si autem consentit, nihil refert brevis duratio. Hic autem non de præsumptione agimus, sed de veritate, ad quam spectanda est mora sufficiens ad actum, & ad debitam conformitatem cum populo in observatione Festi; imò enim mora, accidentaria est ad hunc effectum. Hactenus Suarez.

Quod & ipsum benè notavit ead. Gloss. dicens: *Ubi constat de facto, & ejus qualitas non est querendum de ejus perseverantia. Non sufficit.*

sufficit, quod ab initio consensit: cum vero consensit de facto, sed de intentione rescitur, recurrimus ad presumptionem per severantiam, ut in casu isto & consimilibus.

212. Obijcitur preterea ex jure civili l. 19. ff. de Judiciis. Ubi sic scriptum habemus §. 2. Proinde & si merces vendidit certo loci, vel disposuit, vel comparavit: videtur nisi alio loco, ut defenderet, convenit, ibidem se defendere. Nunquid dicimus, eum, qui a mercatore quid comparavit advena, vel ei vendidit, quem scit inde confessum profecturum, non oportet ibi bona possideri, sed domicilium sequi ejus, at si quis ab eo, qui tabernam vel officinam certo loci conditam habuit, in ea causa est, ut illic conveniatur? quid magis habet rationem. Nam ubi sic venit, ut confessum discedat, quasi a viatore empsit, vel eo, qui transvehebatur, vel eo, qui a viatore id est, preternavigat, emit durissimum est, quotquot locis quis navigans, vel iter faciens, delatus est, tot locis se defendi. At si quo consensit, non dico jure domicilii, sed tabernulam, pergulam, borreum, armarium, officinam conduxit, ibique distraxit vel egit, defendere se eo loco debet. Si viatores non sortiuntur forum ratione loci, per quem transeunt, neque ejus statuti obligantur.

213. Respondet Suarez sup. n. 16. illam legem loqui de illo, qui transeundo per locum emit ibi, aut vendidit, & pertransit, postea enim non potest conveniri in illo loco, & merito, quia per unam transeuntem actionem non acquiritur forum quasi permanens, & dans jus in alium, etiam absentem. At nos loquimur de obligatione, quae durat solum, quamdiu durat praesentia, & ideo nulla est similitudo. Eset autem nonnulla, si ageretur de conveniendo advena in eodem loco, in quo contraxit, antequam inde discederet: & tunc sine dubio potest in eodem loco conveniri, si fraudem commisit, vel si est debitor, aut non vult stare conventioni factae, vel quid simile. Et ita potius favet exemplum. Haec ille.

214. Plura de hac controversia videri possunt apud Auctores jam citatos, Suarium, Sanchezium, & Pontium, aliosque, qui scripserunt Tractatum de Legibus, ad quem proprie spectat; sufficiat hic nobis, utramque sententiam esse probabilem; & eos qui docent, peregrinos non obligari legibus territorii, per quod tantum transeunt, haud propterea negare nostram Conclusionem; quia peculiare est, quod transeuntes per aliqua loca, teneantur observare solemnitates, requisitas a jure, vel ab homine in celebratione contractuum. Proinde peregrinus, etiam solum transiens per aliquam Parochiam, in qua dicitur. Decretum Tridentini fuit promulgatum & receptum, si in eo loco velit contrahere Matrimonium, tenetur contra-

here coram Parocho & testibus, tamen in proprio domicilio seu territorio possit contrahere sine illis, eod quod ibi non sit Decretum istud Tridentini promulgatum & receptum, quae est ultima pars nostrae Conclusionis, & communis sententia Doctorum.

Restat explicanda illa limitatio i. partis: Nisi forte peregrinetur in fraudem, quam rejicit Sanchez supra n. 29. dicens: Credo licet adirent talem locum eo fine, ut possent liberè absque Parocho & testibus contrahere, esse ratum Matrimonium. Primum, nam qui jure suo utitur, non potest dici, fraudem committere, ut ea ratione effectus impediatur, Reg. 55. ff. de Reg. juris: Nul- lus videtur dolo facere, qui suo jure utitur. Et l. 3. ff. de Homine lib. exhib. §. 2. Is tamen, qui in potestate habet, hoc interdico non tenetur, quia dolo malo non videtur habere, qui suo jure utitur.

Qua ratione cum multis Doctoribus, per eos citatis, defendunt Covar. 4. decret. 2. part. c. 8. §. 2. n. 10. & Sarmiento lib. 1. Select. c. 6. n. 8. Matrimonium, contractum in articulo mortis, efficere filios legitimos in fraudem substituti: est enim fraus licita, cum contrahentes utantur jure suo; ergo cum adentes locum, ubi non viget Trident. animo contrahendi absque Parocho & testibus, utantur jure suo; habent enim jus, sic ibi contrahendi, erit fraus licita, nec ea ratione effectus ac valor Matrimonii impediatur.

Secundò; quia bona vel mala intentio conferre potest ad committendum, vel non committendum peccatum; non tamen ad annullandum actum; cum intentio maneat in mente, nec effectum influat in opus externum; ergo si Matrimonium illud, seclusa prava intentione, esset validum, id minime impediret ea intentio: sicut de restituendi obligatione docent Multi: si opus, seclusa prava intentione, non inducat restituendi obligationem, ex ea intentione illam obligationem non consurgere. Haec ille.

Quem sequitur Pontius supra c. 9. n. 4. motus primam probatione: Iste, inquit, utitur jure suo, neque fraus illicita est, vel dolo malus; quia non est prohibitum aliò proficisci, ubi liceat sine testibus & Parocho contrahere. Igitur iste non facit dolo malo. Sicut si, quia statutum est, ne Salmanticæ natus obtineat Collegium Salmanticense, foemina aliqua in fraudem legis egrederetur Salmanticam partus tempore, in loco vicino paritura; jure suo uti diceretur. Ita Basilus.

Oppositum sentit Eman. Rodriguez parte 1. Summæ c. 217. Conclus. 1. in fine ibi: Hinc inferitur: quod Castellanus aut Lusitanus, qui se confert ad habitandum in Galliam, aut partes, ubi non est promulgatum

215. An in regnato in fraudem possit contrahere sine Parocho. Pars affirmans probatur a Sanchez ex juris.

216. Probatur 2. ex ratione.

Sanchezium sequitur Pontius.

217. Oppositum tenet Rodriguez.

tum istud Decretum, & ibi commoratur, potest ducere uxorem sine Parocho & testibus, nisi in casu, quod solum illuc se conferat, propter hanc causam, ducendi scilicet uxorem in fraudem legis. Hæc ille.

quem sequitur Petrus de Ledesma Theol. moralis tract. de Sacram Matr. c. 6. conclus. 4. ibi; Dico i. si aliquis exterius adiret illas Provincias & partes Franciæ, ut contraheret Matrimonium sine Parocho & testibus, in fraudem legis, & solum gratiâ contrahendi Matrimonium contra Decretum Concilii Trid. Matrimonium illud nullum esset, Ita Rodriguez Conclus. citata in fine.

218. Ratio est; nam illud solum fit in fraudem legis; ergo nullum est Matrimonium, cum fraus & dolo nemini patrocinentur. Ita Ledesma.

Confirmatur à simili. Sic enim peregrini, si non peregrinentur in fraudem, possunt eligere quemlibet Confessarium, publicè expositum, ut docuimus Parte 4. hujus Operis, Disp. 8. Sect. 1. Conclus. 7. Itemque peregrini exempti sunt à reservatione proprii Episcopi, saltem quando non fit in fraudem ead. Disp. Sect. 5. Conclus. 3. Ergo similiter in casu præsentis, peregrini invalidè contrahent, si peregrinentur in fraudem; secus si ob aliam rationem, quàm contrahendi Matrimonium.

Confirmatur 2. ex jure civili l. 1. ff. de Aqua & aquæ pluvix arc. §. 12. Denique Marcellus scribit: cum eo, qui in suo (agro) fodiens, vicini fontem avertit, nihil posse agi, nec de dolo actionem, & sanè non debet habere, si non animo, vicino nocendi, sed suum agrum meliorem faciendi id fecit. Ergo à contrario sensu, si fodit animo, vicino nocendi, poterit cum eo agi, & dabitur actio de dolo; ergo idem dicendum est in casu nostro, dum quis animo fraudulento recessit.

219. Ad hanc confirmationem respondet Sanchez supra: Lex illa considerat non animum lædendi, sed actionem ipsam externam, alteri injuriosam, absque aliqua propria utilitate, ad præsumendum dolum, concedendamque actionem de dolo: at in nostro casu contractus ille Matrimonii cedit in utilitatem contrahentium, & nemini est injuriosus; ut patet, inquit Pontius supra n. 5. in Matrimoniis incolarum ejus loci, qui contrahunt sine prædicta forma. Ipse autem putat jus considerare animum. Agitur, inquit, de actione doli concedenda, qui, cum in agro suo fodiat, & illum excolat, fontem vicini averterit. Ad eam autem actionem concedendam, considerat jus animum, cum fit ea actio alteri nociva. Hæc ille.

220. Sed videamus quid de hac lege dicat Doct. Subtilis 4. dist. 15. q. 2. n. 40. ubi agit de

eo, qui impedit alterum à beneficio, & scribit: Ad ultimum dico similiter, quod si tenetur restituere beneficium, non solum, quia multum interest inter habere, & prope esse, sed aliquam portionem correspondentem alicui parti valoris beneficii: & hoc si directè obtinuit beneficium intentione damnificandi eum. Si autem indirectè, scilicet procurando sibi ipsi, et cum hoc etiam damnificare alium intendat, tenetur, ut dixi. Sed si tantummodo propria utilitati intendebat providere, & sic procurare sibi, & ex consequenti, alius præter intentionem illius damnificatur, iste ad nihil tenetur: nisi: quia licet unicuique sibi providere, alio neglecto.

Confirmatur hoc, per illud leg. a. §. hinc aiunt, ff. de Aqua, & aquæ pluvix arc. si præscindo venas in fundo meo, per quas lababat aqua ad puteum alterius, non nocendi sibi, tenor ad restitutionem damni, sed si hoc facio sine fraude, intendens conservare tati propriæ; ut quia mihi est utile, jam non nocet, qui non potest convenire, nisi in præscisione illarum venarum: non damno alium, quia jus habeo faciendi utilitatem in fundo meo. Et ff. de Reg. juris. Neminum facit, nisi qui illud tacet, quod hoc jus non habet: Iste autem habet jus præscindendi sibi beneficium servatis circumstantiis ipsius & honestis. Hæc ille.

Itaque, consideret jus animum, vel non consideret in illa lege, equidem sequitur Consequentia; quia unusquisque habet jus per se procurandi sibi utile Matrimonium, sive in hoc, sive in isto loco; ergo datum non facit, qui adit talem locum, in quo possit sine Parocho & testibus contrahere, et hoc ad solâ intentione adeat, ut sic contrahat: quia tenetur in alio loco, ubi Trident obligat, & per consequens ubi deberet contrahere coram Parocho & testibus, non permittitur contrahere; sed Matrimonium à parochis & amicis impediretur, licitè vel illicitè potest de est; ad summum inde sequitur, quod quando peccaret, eundo ad talem locum, & ibi contrahendo; ergo Matrimonium non valet sine Parocho & testibus, Consequentia nulla est; quia etiam aliquando potest test illicitè contrahi coram Parocho & testibus, estò Matrimonium certò valet.

Quid ergo ad principale argumentum? Fraus (inquit Sanchez supra) non patrocinatur; sed jus, quod habent contrahentes celebrandum Matrimonium in eo loco, ubi que Parocho & testibus. Hæc ille.

Igitur non facit fraudem legi; sed utitur jure suo. Veluti dum quispiam vadit ad locum, ubi non est jejuniun, ut possit comedere, aut comedere carnes, non facit fraudem legi; quia nullibi lex jejunii prohibet accessum ad talem locum:posito autem accessu

Bibliotheca Sacra

cessu, jam ex jure communi amplius non obligatur. Si quæ ergo in casu nostro est fraus, non est fraus illicita & dolus malus, nisi per accidens ratione scandali, vel aliorum inconvenientium, ut statim dixi, quæ ex tali Matrimonio possent oriri, sed illa non sufficiunt ad invalidandum Matrimonium, ut per se clarum est.

Ad primam confirmationem (quam Sanchez non tangit) respondet Pontius supra n. 6. Peregrinus possit confiteri illi Parocho, in cujus Parochia habitat; non quidem ex commissione proprii, sed tanquam proprio Sacerdoti, etiam si quis animo solum confitendi illi Parocho, eod accedat, & à sua domicili Parochia recedat; illi enim licet alteri confiteri, dum extra suam Parochiam est. Scio dissentire Gabr. Vasquez. 4. tomo in 3. part. q. 93. a. 2. sed sine efficaci fundamento. Hæc ille.

Ego autem, quia doceo cum Vasquezio, Suario & aliis, peregrinum non posse absolvi, si peregrinetur in fraudem; idque efficaci fundamento; quia videlicet alienus Parochus non absolvit, nisi ex commissione proprii; non censetur autem commissio se extendere ad talem casum; hinc Respondeo, disparitatem esse; quod in proposito casu, de Matrimonio contrahendo sine Parocho & testibus, non debeat recurri ad præsumptum consensum Superioris loci, in quo quis habet domicilium, sicut in Absolutione, sed ad ipsam dumtaxat legem, quæ ex jure communi non obligat in tali loco, utpote in eo non legitime promulgata & recepta.

Et ecce soluta sunt omnia argumenta posterioris sententiæ, quam præter citatos, docet Henriquez lib. 11. c. 3. n. 8. in fine. Cenedus q. 30. n. 64. apud Dianam 3. part. tract. 6. resol. 28. in fine. Item Franciscus Sylvius in suis resolutionibus variis verb. Matrimonium, 8. ut refert Diana part. 6. tract. 7. resol. 29.

Sed & prior sententia non caret suis scaturibus; nam præter Sanchium & Basil. Pontium, sup. allegatos, eam docet Coninck hic disp. 27. n. 14. Aversa hic q. 6. sect. 2. §. Neque verò, in fine. Illique se semper ad hæsisse fatetur Diana supra part. 6. nam (inquit in fine illius Resol.) ut ex multis observat Castro Palao tom. 1. disp. 2. puncto 1. n. 12. in conflictu opinionum illa est tenenda, quæ favet valori Matrimonii; sed quia Novissimè Franciscus Zypæus in Consult. Canonis lib. 4. tit. de Sponsal. & Matr. consult. 6. testatur an. 1628. Sacram Congreg. ipsi petenti respondisse, Matrimonium, de quo est quæstio, esse nullum, ited puto supposita dictâ Declaratione à primâ sententia (id est, sententia Rodrig.) non esse recedendum. Hæc ille.

Subscribo verba Zypæi: Hæc quæstio S. Congreg. Card. Trid. Interp. à me proposta an. 1628. resoluta est, ut Matrimonium sit irritum, sicut initio narratum est, quasi ob fraudem extra locum domicili: unde non videtur adhuc declaratum, si contra fraudem contigisset, quid sentiendum sit. Quamquam Barbofa in Collect. DD. ad Concil. Trident. in d. cap. 1. n. 206. simpliciter pro nullitate Declarationem recipiat. Hæc ille.

Do verba Barbofæ: Hinc etiam Matrimonium non esse legitimum, si contrahatur inter se conferentes ad locum, in quo Concilium non est promulgatum, sub animo, sine Parocho & testibus contrahendi, resolvit Aldan. in Compen. canon. decif. lib. 1. tit. 8. n. 41. asserens decifum in Colonien. 51. septem. 1626. & in Antverpien. 16. Decemb. 1628. Hæc ille. Ubi, ut patet ex illis verbis, Sub animo &c. non videtur recipere simpliciter pro nullitate Declarationem; sed tantum pro nullitate Matrimonii sic contracti in fraudem. Quippe in fraudem contrahere est, solo animo contrahendi talem locum adire.

Ut sit de hoc, Dicastillo hic disp. 3. n. 42. postquam allegasset prædictum testimonium Zypæi, sic ait: Verum adhuc non video, hoc testimonium satis esse; quia plura possunt concurrere in tali casu particulari, ut ita censeret Congregatio. Quidquid sit de auctoritate privata cujusdam responsionis, ad privatam interrogationem, & ided post hæc tenet Perez hoc ipsum disp. 39. sect. 3. n. 5. propter rationem datam: decisionibus autem Card. sæpius opponuntur DD. imò decisiones sibi sunt contrariæ frequenter.

Quid ergo erit? Multò magis jam in hac re urget similis alia resolutio Card. quæ resolvunt, sic transeuntes non valide contrahere. Quæ resolutio robur accepit maximum ex Brevis Pontificio Urbani 8. ad instantiam Archiepiscopi Colonienfis dato anno 1627. 14. die Augusti: ubi cum Eminentissimi in sua responsione dixissent suam sententiam circa tria quæstia, quorum primum & secundum erant: Antales retinentes domicilium in loco, in quo Concilium in hoc puncto est promulgatum, valide possunt contrahere, ubi non est promulgatum. Item, si solo animo, absque Parocho & testibus contrahendi, se transferant, habitationem non mutantes. Responderunt ad primum & secundum: Non esse legitimum Matrimonium inter sic contrahentes cum fraude.

Hanc responsionem Pontifex laudat & approbat in illo Brevis, dum ait: Resolutionem hujusmodi auctoritate Apostolicâ revorâ presentium approbamus & confirmamus Sub-

226. Pro poster- vi Zypæi refert clar. C.

Opinio Barbofæ ex Aldan.

227. Dicastillo putat testimonium Zypæi non justificare. Perez.

228. Alia Declaratio Card. approbata ab Urb. 8.

223. Resp. Pontii ad 1. confirmat.

Vasquez.

224. Hic &c. per Vasquez.

Aliter pro sententia prior.

225. Hic &c. per Pontium.

Diana.

Castro Palao.

jungit deinde omnes firmitates adhereri solitas hujusmodi Brevibus & Bullis, cum derogatoriis contrariorum quorumcumque, etiam si scienter vel ignoranter à quoquam contingat aliquid in contrarium attentari. Huic resolutioni, quæ jam ipsiusmet Pontificis est, standum erit.

229. *Sententia Dicastillonis*
Solum adverto, quod cum declarat, non esse legitimum, additâ illâ particulâ, *Cum fraude* (quæ tamen in quæsitio non continebatur) requiri videtur fraus. Unde si non addit animus fraudulentus, sed existimatio, quod hoc fieri sic possit, non apparet, cur sit invalidum Matrimonium, ex vi hujus Declarationis. Item; si ille animus non significetur exterius, sed sine ullo signo externo sola sit interna intentio, non est fraus, quæ potest judicari in foro externo. Vix tamen potest contingere, quod sic facientes, non præbeant aliquod signum externum talis animi & finis. Res itaque jam est valde periculosa, & tale Matrimonium rebus, ut nunc, valde dubium aut invalidum (probabiliter saltem) ut sic maneat porta ad resiliendum, nisi revalidetur legitime, aut ad judicandum contra illud. Hucusque Dicastillo.

230. *Quare in Conclus. addatur by Fortè.*
Merito ergo in Conclus. addidi by Fortè, ut significarem hanc rem dubiam esse, seu non omnino certam omnibus attentis; nam si consideremus Declarationes Card. & potissimum Breve istud Urban. 8. videtur sequenda sententia Rodriguez. Alioquin (ut notat Herinx part. 4. tract. 5. disp. 5. n. 8.) prior opinio (scilicet Sanchez) videri posset conformior communibus regulis interpretandi leges, quibus nimirum non obligantur extra domicilium existentes, in loco ubi non obligant, maxime leges contractuum.

Unde sequi videtur, licet aliquem se conferre ad alium locum, ut ibi v. g. non sit obligatus lege jejunii, obligante in loco domicilii: adeoque similiter quoad valorem actionis seu contractus, alibi non exigentis certam solemnitatem, procedit valide, etsi illicitè, qui tali sine aliò se confert, ubi non viget lex irritans, sed tantum prohibens. Hæc ille.

Ego etiam adverto, dictum Breve Urb. 8. datum fuisse anno 27. resolutionem autem Cardinalium, de qua Zypæus, anno 28. & tamen in hac resolutione nulla fit mentio d. Brevis, quod valde miror; probè siquidem noverant Cardinales illi Breve istud, & eorum resolutio, ad Zypæum transmissa, maximam habuisset vim, si d. Breve ei insertum fuisset. Unde, dicit aliquis, suspicor quod hic lateat aliqua fraus. Tu cogita, an temerè. Et dispice an d. Breve sufficienter hæcenus fuerit promulgatum, ut meritò unufquisque non solum possit, sed & debeat

se ei conformare. Vide Gobat in suo Alphabeto tract. 9. n. 480. & seq. itemque n. 537. & seq. & diligenter examina, utrum non oporteat eo modo promulgari, quo ipsius Decretum Trid. cujus est interpretatio.

Cæterum ex jam dictis contentum resolutionis hæc quæstio: an captivi & mercatores Christiani, in quorum Parochia dictum Decretum Trident. est sufficienter promulgatum, possint in terris infidelium, ubi non sunt ullæ Parochiæ, nec ulli Parochi, validè contrahere Matrimonium absque Parochi & testibus? Resolvitur, inquam, pars affirmativa cum Sanchio supra n. 35. Partis sup. n. 7. & Aliis.

Mihi fit valde verosimile, inquit Pontifici eos, qui inter infideles commorantur, vel mercium congregandarum causa, vel ratione, aut inter Turcas captivi detinentur, etiam si ex his locis sint oriundi, in quibus non est promulgatum & receptum est Trident. Decretum, non teneri contrahere iuramento, a Concilio præscriptam, in tantum casu locum habet Episcopica; defensionis contrariè, & vitiosa esset oblationis, cum vel compellendi essent iuramento cælibem, vel auferendum illis, quod in medio infirmitatis est, Matrimonium.

Curandum illis tamen, ut serventur quas leges Ecclesiasticas quoad fieri possent, scilicet testes adhibendo, quibus prædicta conjugia possint, instrumenta etiam de eo publicè conficiendo, quandoquidem nec Parochi copia est, nec de iuramentis ac benedictionibus Ecclesiasticis locus, factio etiam examine sufficienti, an illis obtestati aliud Canonice impediuntur. Quidem hæc mihi verosimilia videntur, quæ exponere à summo Pontifice declarant. Si etiam docuit Tho. Sanchez disp. citat. 35. Palacios in 4. dist. 29. disp. 1. *Fam verò ista explicata.*

Neque obstat; quod aliis legitimè contractum illi & Ecclesiasticis illi teneantur, quos ibi promulgatæ non sint; est enim ratio, quia voluit Concilium hujusmodi obligationem pendere ex promulgatione in Parochia, & loco habitantis, ut idem Thomas Sanchez respondet disp. cit. n. 36. Ita Bellarm.

A quo licet Sanchez non differat in re ipsa, non tamen cum eo convenit in modo loquendi. Quippe n. 33. negat Decretum hoc admittere Episcopiam. Interim n. 34. hanc ponit Conclusionem: Probabiliter existimo, validum esse Matrimonium captivorum, apud infideles inquit absque Parochi & testibus, quàmvis ad eas regiones ducti sint post publicationem & receptionem in sua Parochia, nec animum ibi permanentem habeant; & idem dico de Matrimonio, contracto per mercatores Christianos, qui ibi

per modum hospitii sunt, quamvis incolae sint eorum locorum, in quibus Trident. obligat. Probat. quia id Decretum petit, tanquam conditionem requisitam, ut obligare incipiat, publicationem in Parochia. Hæc ille.

Si dixeris: apud infideles nulla est Parochia. Respondet Sanchez: licet deficiat ibi Parochia, sunt tamen loca publica, in quibus id Decretum publicari posset: unde cum nullo modo publicatum sit, deficit conditio necessaria ad ejus obligationem. Hæc ille.

De qua utique conditione seu publicatione sic dicitur Zypæus supra: Enimvero Decretum Concilii valde speciale publicationem requirit in §. fin. & talem, qualis nulla existit in toto corpore juris, scilicet, quæ fiat in unaquaque Parochia, ut, ubi sic publicatum erit, post triginta dies robur habere incipiat; ubi publicatum non erit, non habeat, adedque innuitur, totum ejus robur & loco quolibet, & publicatione locali dignosci; atque in rem seu locum dirigi, non in personam loqui generaliter, non de hie vel sic habitantibus, hospitantibus, proficiscentibus, generalitatem modifiare & restringere ad loca publicationis.

Itaque quod generaliter dicitur de legibus, præsertim juris communis, in loco domicilii obtinentibus; aliquid existentem ligare, restringendum esse per causam publicationis, quam sic requirit §. fin. ut robur non habeat, nisi in loco publicationis. Unde qui contrahunt in loco non publicati Decreti, sentire ibi non possunt robur Decreti. Neque enim Concilium domicilium & scientiam dicit sufficere in d. §. Ne vero; desiderat quidem publicationem ob scientiam, sed non in eo sistit, sed pergit vers. Decernit insuper.

Neque Concilium dicit: Quorum in Parochia Publicatum erit Concilium, ubique obligabuntur, sed: Decretum in unaquaque Parochia suum robur post triginta dies habere incipiat; in rem loquitur, & de vi legis agit localiter, adedque omnis inhabilitas ad sic contrahendum, eo Decreto irrogata, non est simplex, sed localis, & quæ surgit ex vi legis, quæ ubi loci cessat, cessabit inhabilitas, tanquam effectus cessantis causæ; cujus robur eo loci nullum sit.

Quod magis apprehenditur, si ponamus Titium habitare in loco publicati Decreti, Cajam in loco non publicati, atque Cajam ducere in loco non publicati Concilii, non servatâ illius formâ, quæ utique non ligat Cajam; Titius si fit inhabilis ad sic contrahendum, illa habilis, Matrimonium illud, validum ut sit, requirit ratio habilis & locus; ut non sit, exigit inhabilitas alterius, si eum quocumque comitetur. Hæcenus Zypæus,

fatis appositè pro nostra Conclus. cujus hic erit finis.

Ad alia festinat calamus, videlicet ad ea, quæ in forma ipsa, & solemnitate præscribuntur, id est, ad Ordinarii & Parochi præsentiam, & querit primò, quinam intelligantur nomine Parochi seu Ordinarii. Respondet autem:

CONCLUSIO VII.

Nomine, Ordinarii, intelliguntur omnes illi, qui habent potestatem Episcopalem, vel quasi Episcopalem. Nomine autem, Parochi, omnes illi, qui habent beneficium cum cura animarum, vel per Episcopum præficiuntur toti Parochiæ, ut ejus curam gerant.

Sufficere ad valorem Matrimonii presentiam Ordinarii, nemo ambigit; sic enim loquitur Decretum: Qui aliter, quam presente Parocho vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi vel Ordinarii licentia &c. Ergo Ordinarius potest dare licentiam alteri Sacerdoti assistendi Matrimonio, & Matrimonium sic contractum valet; igitur & per seipsum potest assistere. Qui enim, ut habet Reg. juris 72. de Reg. juris in 6. facit per alium, est perinde, ac si faciat per seipsum. Et Reg. 67. eod. ait: Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit. Adde Reg. 68. eod. Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum. Ergo quod potest per alium, etiâ potest facere per seipsum. Sed Ordinarius potest assistere per alium Sacerdotem, ergo etiam per seipsum.

Et quid miramur? Nam & ipse Ordinarius Parochus est, ut patebit ex dicendis. Unde bene dicit Concil. De ipsius Parochi seu Ordinarii licentia; quia videlicet omnis Ordinarius est Parochus, & omnis Parochus aliquo modo est Ordinarius, id est, habet potestatem ordinariam, seu ex vi Officii sui. Interim in rigore loquendo non omnis Parochus est Ordinarius; quia ut habet Conclus. Nomine, Ordinarii, hic intelliguntur omnes illi, qui habent potestatem Episcopalem, vel quasi Episcopalem; nomine autem, Parochi, omnes illi, qui habent beneficium cum animarum cura; qui tamen omnes non habent potestatem Episcopalem, aut quasi Episcopalem.

Rogat aliquis, qui sint illi, qui habent potestatem Episcopalem, aut quasi Episcopalem? Respondeo; Primò, Archiepiscopi & Episcopi, ut per se patet. Secundò, Capitulum sede vacante, ut colligitur ex cap. 3. de

Quinam intelligantur nomine Ordinarii & Parochi

236. Ad valorem Matr. sufficit presentia Ordinarii. Probat. ex diversis Reg. juris.

Alia probatio.

237. Quinam habeant potestatem Episcopalem, aut quasi.

1. Episcopi.
2. Capituli
Sede vacante.
C. 3. de
Suppl. negl.
Prælat.

3. de Suppl. negl. Prælat. in 6. Si Episcopus à paganis aut schismaticis capiatur, non Archiepiscopus, sed Capitulum, ac si Sedes per mortem vacaret illius, in spiritualibus, & temporalibus ministrare debet &c. Ubi Glossi. verb. Sed Capitulum, inquit: Et sic nota, quod sicut Capitulum, cum vacat Ecclesia, supplet vicem Episcopi in jurisdictione, ut infr. c. proximi de Insti. c. 1. supra de Majorit. & obed. Cum olim, & infra de Majorit. & obed. t. 1 sic & cum quasi vacat. Ergo Capitulum Sede vacante, & quasi vacante, gerit & supplet vices Episcopi, ergo habet potestatem quasi Episcopalem.

Hinc Glossi in cap. His que, 1. de Majorit. & obed. verb. Pro bono pacis: Ergo videtur quod de jure communi vacante Ecclesia Prælati, transferatur potestas ad Capitulum. Et ita vacante Ecclesia, Capitulum potest judicare, absolvere, excommunicare.

238.
Tertio, Abbas Ecclesie, nulli Episcopo subiectus; arg. cap. 3. de Privilegiis in 6. ibi: Nec eis licitum sit aliis, quam Monasteriorum suorum converteris, & qui ad illa convolverint, & in quos Ecclesiasticam & quasi Episcopalem jurisdictionem obtinent, primam clericalem conferre consueverunt, nisi eis id competat ex pleno præfate Sedis indulto. Ergo potest Abbas habere jurisdictionem quasi Episcopalem, quidni igitur eam habeat in illa Ecclesia, quæ nulli Episcopo subiecta est? Non est dubitandum. Contingit frequentissime, inquit Covar. in cap. Joannes, de Testamentis, Abbates, Archidiaconos jurisdictionem Episcopalem habere, vel ex privilegio, vel ex præscriptione, c. Auditis, de Præscript. cap. Accedentibus, de Excess. Prælat. Hi sane appellatione Diœcesanorum, continentur; Glossi. in Clement. un. de Foro compet. verb. Diœcesanis. Hæc ille.

Covarruvias.

239.
Quarto, Cardinales in Ecclesia sui Tituli, per cap. 11. de Majorit. & obed. His, quæ pro Ecclesia S. Laurentii in Damaso ex parte una, & Capellis, sibi subiectis, ex altera, super scrutinio, aliisque articulis, fuere proposita, diligenter auditis, sententiando decrevimus, ut eandem Capellarum Presbyteri, & Clerici, Cardinales, qui nunc est in ipsa Ecclesia, & qui fuerint per tempora, manuales obedientiam, & reverentiam, & honorificentiam omnem exhibeant, & ad Ecclesiam ipsam pro scrutinio, Baptismo & capitulo celebrandis, conveniant temporibus consuetis, correctionem ipsius Card. recipientes humiliter, & excommunicationis, interdicti, vel suspensionis sententias, quas rulerit in eos, & Ecclesias earundem, inviolabiliter observantes. Quis non videt, hos esse actus jurisdictionis Episcopalis?

240.
Quinto, Legati Apostolici, non tantum à latere; sed omnes, à Pontifice constituti, ut præfinit alicui provincie; arg. cap. 2. de Offic. Legati in 6. Legatos, quibus in certis

provinciis committitur legationis officium, ut ibidem evellans & dissipans, edificans, & replantans, provinciarum sibi commissarum, & instans Proconsulum, ceterorumque Præfectorum, quibus certæ sunt decretæ provincie mandata, & Ordinarios reputantes &c.

Ubi Glossi. verb. Proconsulatus: Cardinales qui ex latere Papæ, & ex consilio suo, & stant enim sibi in secretis consilio, & sup. ex lib. Elect. Fundamenta, & decet mittentur ad gerendam provinciam, & equiparantur Provincialibus, sup. de Sent. excommunic. Ad emanandum ff. de Offic. Procons. l. 2. Reliqui autem, in secretis consilio non assistunt, missi ad veritas provincias, & equiparantur Præfectorum, qui habent ordinariam, ergo & isti.

Et alia Glossi. cap. 1. eod. in expolitione casus sic inquit: Nota 2. principalem officium huius cap. quod Legatus, non Cardinalis, non potest conferre beneficia in provinciis, licet habeat jurisdictionem ordinariam in provincia, sibi decreta: ita quod in jurisdictione concurrat cum Ordinariis, & potest ad veritas diis Ordinariarum in prima instantia, & faciat rationem dubitandi, quia beneficiorum est jurisdictionis; sed Papa, & præfate istis removere hanc facultatem.

Ergo habent facultatem Ordinariam, quam Papa noluit expressè istis removere. Sed ex nullo jure constat, voluisse istis removere facultatem assistendi Matrimonio, de qua hic tractamus; ergo illam habent, & respectu sibi subditorum, ut de cetero Ordinarii, quos hic specialiter, & ipsi immediati Parochi.

Licet namque in ipso Decreto irritante non addatur ad vocem, Parochi, & Præpositi, sed simpliciter dicatur: Qui aliter, quam præfente Parocho; tamen certum est apud Ordinarios non sufficere præsentiam ejusdem Parocho, sed necessariam esse præsentiam proprii Parochi.

Colligitur manifestè ex antecedentibus, Præcipit (Sancta Synodus) ut in populo, nequam Matrimonium contrahatur, nisi proprio contrahentium Parocho &c. Et ex consequentibus ibi: Statuitque benedictionem proprio Parocho fieri. Ergo quando requiritur præsentiam Parochi, indubie loquitur de proprio Parocho.

Idque manifestissimè patet ex his verbis in eodem cap: Quod si quis Parochus, vel Sacerdos, alterius Parochie sponsus, sine Parochi licentia, Matrimonio conjugum, aut benedicere ausus fuerit, ipse jure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario proprio Parochi, qui Matrimonio interesse debebat, & a quo benedictio suscipienda erat, absolveretur. Quid claridius dici poterat? Igitur nec Ordinarius, nec immediatus Parochus, ordinarius potest

B
Sacra
P
L

potestate assistit, aut dare potest potestatem assistendi Matrimonio, sibi non subditorum.

Ex quo facile solvitur illa questio: An Archiepiscopus possit assistere Matrimonio subditorum Episcopi suffraganei; facile, inquam, solvitur, dicendo, non posse, nisi in aliquibus casibus, puta, tempore visitationis, & quando suffraganeo nolente aliquos Matrimonio conjungere, ad ipsum super ea re appellatur; tunc enim postquam ejus sententia transferit in rem judicatam, poterit assistere, vel dare licentiam assistendi. Ratio; quia non est Ordinarius contrahentium, sive non habet jurisdictionem ordinariam in contrahentes, nisi in casibus specialibus.

quam pars adversa consensit, vel transactum est decendum, in quo, attento jure Canonico, cap. *Concertationi*, & cap. *Non solum*, de Appell. in 6. poterat appellare. Si enim non transit in rem judicatam; quia nempe pars adversa non consensit, vel non transactum est decendum, nequit Archiepiscopus valide interesse, aut dare licentiam assistendi, ut docet Sanchez sup. disp. 28. n. 4.

Quia (inquit) sua sententia effectum non sortitur, nec jurisdictionem dare potest, donec transeat in rem judicatam; pendenti enim appellationis termino, nihil valet, quidquid iudex appellationis agit, ut expresse habetur cap. 7. de Appell. in 6. *Non solum innovata post appellationem, a diffinitiva sententia interjectam, debent semper (exceptis casibus, in quibus jura post sententiam prohibent appellare) ante omnia per appellationis iudicem penitus revocari: sed etiam ea omnia, quae medio tempore inter sententiam & appellationem (quae postmodum infra decendum interponitur ab eadem) contingit innovari, ac si post appellationem eandem innovata fuissent.*

quiratur, ut sententia Archiepiscopi transferat in rem judicatam.

Sanchez;

C. 7. de Appell. in 6.

L. 1. ff. Nihil inno.

Et l. 1. ff. Nihil inno. *Appellatione interposita, si ve ea recepta sit, si ve non, medio tempore nihil novari oportet &c.* Ergo in casu proposito, appellatione interposita, Archiepiscopus nequit assistere Matrimonio subditorum Episcopi suffraganei; sic enim aliquid novaretur, cum tamen nihil oporteat novari.

Aliud tamen dicendum esset (inquit Sanchez supra) de Episcopo vel Archiepiscopo in sua dioecesi; si enim aliquos, lite mota, vellet conjungere Matrimonio, quamvis pars adversa appellaret, si de facto conjungeret, aut alter Sacerdos de ejus licentia, valeret Matrimonium. Quia est pastor ordinarius, & licet per appellationem ejus jurisdictio suspendatur; at cum maneat verus pastor & ordinarius, & nec assistere, nec dare licentiam assistendi Matrimonio, sit actus jurisdictiois, valebit Matrimonium: Archiepiscopus vero in dioecesi Suffraganei nullam rationem est ordinarius, sed tantum sortitur jurisdictionem ob appellationem; atque ita debet esse jurisdictio juxta naturam sententiae, quae est, ut nihil prorsus operetur, donec transeat in rem judicatam. Haec ille.

246. Aliud dicendum de Episcopo, vel Archiep. in sua dioecesi. Sanchez;

Si autem a me quaeratur: An Vicarius generalis Episcopi, & aliorum habentium jurisdictionem quasi episcopalem, sit Ordinarius ut intersit Matrimonio, & alii assistendi licentiam concedat? Respondeo citius, affirmativè, cum Sanchio supra disp. 29. n. 3. & Aliis communiter. Vocatur autem Vicarius generalis, qui gerit vices Ordinarii constituentis, idque in eodem loco & tribunali, in quo consuevit ipse Ordinarius jus dicere.

247. Vicarius generalis Episcopi potest assistere Matrimonio.

Quis vocatur Vicarius generalis.

Quidni ergo & ipse sit Ordinarius? Tamen enim debeat constitui seu institui ab Episcopo.

Accipit suam jurisdictionem.

O o o o

Epil-

243. Archiepiscopus possit assistere Matrimonio subditorum Episcopi suffraganei...

Probat ex cap. 11. de Offic. Ord. Pastoralis Offic. Ord.

244. Cuius in iudicio Archiepiscopus habet jurisdictionem in subditos sui suffraganei.

245. Dixi autem consulto: Postquam ejus sententia transferit in rem judicatam; id est, post-

nem à jure; Episcopo, accipit tamen suam potestatem arg. c. 2. de seu jurisdictionem à jure; arg. cap. 2. de Offic. Vic. in 6. Licet in Officialem Episcopi per commissionem officii, generaliter sibi factam, causarum cognitio transferatur: potestatem tamen &c. Ubi Gloss. verb. Officialem, sic inquit: Officialis iste ordinariam habet jurisdictionem: interponit enim decretum in alienationibus rerum minorum, & emancipationibus, & omnia, quæ ad jurisdictionem pertinent, expedit; Coa. de Offic. ejus qui vicem al. jud. ob. l. 2. & inf. de Judic. cap. ult. sed talia cum cause cognitionem requirant, secundum leges non delegantur, ff. de Offic. Procons. l. Nec quicquam, §. 1. Ergo sequitur, quod ex jurisdictione ordinaria hoc facit, non ex delegata. Et infra: Licet negari non possit, eos jurisdictionem habere ordinariam, tamen &c.

248. Alioquin cum à delegato appelleretur ad delegantem, arg. c. Super questionum, 27. de Offic. deleg. ibi: Porro cum delegatus à nobis, jurisdictionem suam in alium transfert totam, si fuerit appellandum, non ad eum, sed ad nos appellari debet: jam à Vicario generali appellari possit ad Episcopum, quod constat fieri non posse, ex cap. Romana, de Apell. in 6. ibi: Cum suffraganeorum Remensis Ecclesiæ, suorumque Officialium (qui generaliter de causis ad ipsorum forum pertinentibus eorum vices supplendo cognoscunt) unum & idem consistorium seu auditorium sit censendum: ab ipsis Officialibus, non ad dictos Suffraganeos (ne ab eisdem ad seipsos interponi appellatio videatur) sed de jure ad Remensem est curiam appellandum.

Ubi Gloss. verb. Generaliter: Nota per hanc litteram, quod Officialis est Ordinarius non delegatus, & sic est reprobatam opinio Goffr. qui not. in Sum. de Offic. Vicarii §. Item dubitari, quod Officialis Episcopi delegatus est, non Ordinarius, & ob hoc dicebat, de ipso ad Episcopum esse appellandum. Et hoc idem videbatur tenere Bernard. sup. Ne Præel. vices suas, c. 2. in Gloss. 2. ubi dicit, quod Episcopus non potest de jure Ordinarium dare, sed solus Princeps, vel lex. Vel dici posset, quod per hoc non negat, Officialem esse Ordinarium, quia dici posset, quod habeat à lege. Unde ipse Bernard. hic & Innoc. Host. & omnes, Joannes Mon. & Archidiaconus notant, Officialem Ordinarium esse, quod ex hoc dicto necessario concluditur hic. Si enim Officialis habeat idem consistorium cum Episcopo, & sit quasi eadem persona, quid ni sit Ordinarius, sicut ipse Episcopus est Ordinarius?

249. Quia, inquis, potestas Ordinaria non expirat, morte concedentis, ut patet in Episcopo, cujus potestas manet mortuo Pontifice: porro potestas Officialis expirat morte Episcopi: Ergo non est Ordinaria, sed tantum delegata, quæ re integrâ expirat morte delegantis, cap. Relatum, 19 de Offic. deleg. ibi: Si verò ante litis contestationem decessit, non est

à iudicibus, quos delegaverat ex delegatione jusmodi procedendum.

Respondeo: Vel ex hoc ipso cap. constat potestatem Officialis non esse delegatam: nam in prima parte ejus sic dicitur: Nemo que consultationi vestre respondemus, quod si fuerit ante Prædecessoris nostri obitum contestata, mandatum morte mandatoris nullatenus expiravit.

Igitur causâ cceptâ non expirat potestas Officialis expirat, secundo Omnes morte Episcopi, etiam re inchoatâ. Nec mirum quia est una & eadem potestas Officialis Episcopi; adeoque illis modis, quibus expirat potestas Episcopi, sicut revera expirat morte Episcopi, etiam re inchoatâ, expirat quoque potestas Officialis.

Hinc ad argumentum propositum bene respondet Sanchez sup. n. 13. quando dictio ordinaria non coheret alteri tribuæ, tanquam accessoria, tunc non extinguitur morte concedentis; secus quando coheret, ut coheret jurisdictioni Vicarii Officialis jurisdictioni Episcopi.

Si objicias: Ordinarius propriam jurisdictionem, delegatus autem alienâ, l. 1. Qui mandatam, ff. de Officio ejus, ibi: Qui mandatam jurisdictionem suscepit, propriam nihil habet, sed ejus, qui mandatam, persequitur. Sed Vicarius Episcopi ejus vices gerit, ut patet ex cap. Romana, sup. allegato, nec eorum vices supplendo.

Respondet Sanchez supra: vices gerentem alterius in diverso tribunali esse delegatum; secus quando in vices gerit, ut constituit idem tribunal, pro ut contingit in Episcopo & Vicario ejus generalibus, cap. Romana ibi: Unum & idem consistorium &c.

Sed contra, dicit aliquis: Non potest minimum ejusdem rei apud diverfionem consistere, l. Si ut certo loco, §. Alio modati, §. 15. Si duobus vocabiculis unum sit, vel locatum simul, Celsus ff. de lib. 6. Digestorum, quæri posse, utrum unumque eorum in solidum, an pro parte tenentur, ait duorum quidem in solidum dominium possessionem esse non posse. Valet autem argumentum à dominio ad jurisdictionem, et l. 20. ff. de Statu hominum: Qui fuerit in statu, & dignitatem, in qua fuit, & magistratum & potestatem videtur retinere: sicut rei quæ dominium retinet. Ergo duorum in solidum jurisdictionem esse non potest.

Respondet Sanchez sup. id esse verum, quando eadem jurisdictionem eque principaliter apud duos esset: at jurisdictionem est principaliter in Episcopo, qui ratione dignitatis consequitur jurisdictionis dominium: in Vicario verò est accessorie, & quasi exercitium dominii consistentis in persona Episcopi. Hæc ille.

B
Sacramentum

Et ideo Vicarius non est, in rigore loquendo, dominus in solidum illius jurisdictionis, quia omni momento potest Episcopus eam jurisdictionem tollere, revocando suam institutionem. In rigore ergo loquendo, solus Episcopus est dominus in solidum, quia pro libito suo utitur illa jurisdictione independentem omnino à suo Vicario.

Superest unum argumentum, quod haud difficile solvitur ex jam dictis. Arguunt itaque Adversarii: solius Principis est, Ordinarium constituere; sed Vicarium constituit Episcopus; ergo non est Ordinarius.

Respondet Sanchez sup. neg. Minorem: nam quamvis Episcopus constituat Vicarium, at eo ipso, quod constituitur, jus conferre ipsi potestatem; ut proinde habeat immediatè à Canone jurisdictionem, ad hunc sensum, quod supposita nominatione seu institutione Episcopi, Canon det jurisdictionem, quam Episcopus nequeat limitare. Unde non mediat Episcopus, quasi dans jurisdictionem, sed quasi nominans seu instituens: at quando Episcopus Vicarium foraneum (id est, qui habet tribunal particulare, sive foris, sive etiam in ipsa civitate) instituit, hoc ipso à jure nullà prorsus habet jurisdictionem, sed illam solum habebit, quam Episcopus contulerit, & ideo talis Vicarius non est Ordinarius, sed solum delegatus. At verò Vicarius generalis illam jurisdictionem habet, quam jus contulerit independentem ab Episcopo.

Hic ergo potius dici debet institui à jure, adedque à Principe, qui est auctor juris, quam ab Episcopo; & ideo hic est Ordinarius ille autem solum delegatus, etiam dum constituitur ad universitatem causarum; quia semper manet verum, quod jurisdictionem suam non habeat à jure, sed ab Episcopo. Ita Sanchez cum Aliis, quos citat sup. n. 10.

Ex quo oritur difficultas; an ergo Vicarius generalis tantum sit Ordinarius quoad illa, quæ ipso jure ex officio Vicarii ipsi competunt; non verò quoad illa, quæ solum competunt ex speciali commissione Episcopi. Quidam asserunt, sive simul in Vicarii institutione, sive in diverso tempore commissio alicujus casus fiat, si addatur clausula generalis, v. g. *Et omnia alia, quæ per nos possimus, etiam si mandatum exigant speciale*, totam commissionem esse ordinariam: quia universalis causarum commissio, Ordinarium constituit, l. *Cum Prætor*, §. 2. ff. de Judiciis. Si verò non addatur clausula generalis, totam commissionem esse delegatam. Ita docent Anchoranus in c. 2. de Offic. Vicarii in 6. n. 2. q. 1. & Gemianus n. 9.

Sed hæc distinctio non placet Sanchio; ex ea enim contra ipsum sequeretur, etiam Vicarium foraneum esse Ordinarium, dum

constituitur ad universitatem causarum. Duplicet etiam Pontio, qui sup. cap. 11. n. 17. dicit, se non videre, quorsum adducatur illa lex, cum, inquit, ibi de jurisdictione delegata, & giudice dato sermo sit, non de jurisdictione ordinaria. Neque ex ea colligitur, inferiorem à Principe, posse dare jurisdictionem ordinariam illi, cui lege vel jure non conceditur. Hæc ille.

Subscribo verba legis: *Judicem dare possunt, quibus hoc lege vel constitutione, vel senatusconsulto conceditur: lege, sicut Proconsuli. Is quoque, cui mandata est jurisdictio, judicem dare potest: ut sunt legati Proconsulibus. Item hi, quibus id more concessum est propter vim imperii: sicut præfectus urbi, cæterique Romæ magistratum.* Ubi solum statuitur, quis possit judicem dare, sive constituere delegatum. Quod autem delegatus ad universitatem causarum sit Ordinarius, nullatenus tangitur.

Hæc ergo distinctio rejectâ, videamus si melior sit distinctio Sanchii sup. n. 8. Verius (inquit ille) sic distinguendum est: si Episcopus unicâ commissione, dum constituit Vicarium, committat illi aliquem aut aliquos casus, est Vicarius Ordinarius, etiam quoad casus commissos, per cap. *Translato*, de Constit. ibi: *Quia simul & ab eodem, & sub eadem sponcione utraque data sunt, quod de uno dicitur, necesse est, ut de altero intelligatur.*

Unde colligunt scribentes, quod de uno connexorum dicitur, ad alterum extendi: ergo cum hæc potestas simul ab eodem conferatur, sicut principalis est ordinaria, sic erit & ei connexa. Item quia dignius trahit ad se minus dignum cap. *Quod in dubiis*, de Consecr. Ecclesiæ; ergo jurisdictione ordinaria, quæ dignior est, trahit ad se delegatam minus dignam.

Quare licet Episcopus nequeat absolute conferre jurisdictionem ordinariam; at quando simul & semel cum jurisdictione ordinaria commissionem facit, quæ deberet esse delegata, illa ordinaria tanquam dignior, trahit ad se alteram, ut tota ordinaria censeatur.

Si autem divisim & seorsim committantur illi casus, est jurisdictione delegata: præterquam, si in commissione fiat expressa mentio Vicariatus; si enim fiat, sive in salutatione, sive in progressu, ut, tali Officiali nostro vel Vicario committimus, aut potestatem, alias per nos commissam, extendimus, tota jurisdictione erit ordinaria: quia datur tanquam annexa & accessoria ordinaria, & ideo ad illius tanquam principalis & dignioris naturam trahitur. Hactenus Sanchez.

Sed & hæc distinctio duplicet Pontio sup. n. 16. ubi sic ait: Sed nulla istarum distinctionum mihi probatur, sed universim existimo, quoties aliquis alius casus committi-

L. 12. ff. de Judiciis.

257. Sententia Sanchez.

C. 3. de Constit.

C. 3. de Consecr. Eccl.

258. An jurisdictio ordinaria trahatur ad se delegatam.

259. Duplicet Pontio opinio Sanchez.

mittitur, sive seorsim, sive simul, esse delegatum, & illam commissionem unicam pluribus æquivalere.

Proba ur.

Ratio, quæ me movet, insinuata jam est. Quia Episcopus jurisdictionem ordinariam conferre non potest; Vicario enim à jure confertur jurisdictione in casibus, in quibus Ordinarius est. Quod autem vel cum clausula generali, vel unicâ commissione committat specialiter casum, parùm refert: neque enim illa duo inter se ita connectuntur, ut unum trahat ad aliud, quod necessarium erat, ut allegata jura locum haberent, sed separata inter se sunt, & unius casus cognitio sine alio potest consistere, ac si diversis commissionibus commissa essent. Hæc ille.

260.

Resp. Pontii ad jura à Sanchez adducta. In primis ad d. c. Translatio,

Et n. 17. responder ad jura, à Sanchio adducta, in hunc modum: Neque, inquit, obstat textus in cap. Translatio; ex eo enim, quod est Augustini, tantùm colligitur, ut optimè ibi notat Glossa verb. Quod de uno, id observandum, ut quod de uno constitutum est, extendatur ad alium casum, & sit idem jus, quando eadem est ratio, & quòd de similibus idem judicium ferendum sit; ad id enim propositum textus ille inseritur eo loco, aut esset omninò extra rem. In nostro autem casu neque est eadem ratio, neque illa duo sunt similia, sed valde dissimilia; cùm in una specie Vicarius à jure potestatem & jurisdictionem habeat, non ab Episcopo; in alia verò specie tantùm ab Episcopo. Ita Basilus.

Quod ego miror Sanchium non advertisse; sed quasi supponere hoc loco, utramque potestatem simul ab eodem conferri, cùm alibi expressè doceat, potestatem seu jurisdictionem Ordinariam Vicarii, conferri à jure immediatè, & non ab Episcopo.

261.

Secundo, ad d. cap. Quod in dubiis.

Porro ad cap. Quod in dubiis, Responder Pontius supra: Illa regula: Dignius trahit ad se minus dignum, vel, Accessorium trahitur ad principale, intelligenda est, quando accessorium sequitur ex principali, aut sunt inter se connexa; non verò, quando non est accessorium, sed æquè principale, ut in isto casu. Videndus est Peckius in Reg. 42. de Reg. juris in 6. ubi docet, illam non esse universalem regulam, ut patet in vino, quod miscetur speciei jam consecratæ; & tamen non consecratur. Hæc ille.

Peckius.

Canisius.

Vide etiam Canisium in dictam Reg. ubi in principio sic ait: Principale appellamus, quòd in re præcipuum est, & quasi causa illius, quod accidit; jam autem constat potestatem ordinariam Vicarii, nullatenus esse causam illius particularis commissionis, quæ quanta quanta est dependet à sola voluntate Episcopi. Propterea nobis magis placet sententia Pontii.

262.

Quando in

Ceterùm ex hæcenus dictis sequitur, quoties in aliquo Decreto mentio fit Episcopi

vel Ordinarii, intelligi etiam Vicarium generalem, nisi subiecta materia alioc potestatis v. g. si Decretum loquatur de actibus Ordinarii Episcopalis, & non solius jurisdictionis, & nisi expressè Vicarius excipiat, prout excipitur à Trid. sess. 24. c. 6. de Reformatione & in hæresis crimine, in eodem foro scientie eis (Episcopis) tantùm, non eorum Vicariis sit permissum. Loquitur de abolitione ab hæresi. Excipit autem Vicarios, qui alioquin fuissent comprehensi, cùm tamen PP. nollent eam abolitionem ipsis permittere. Cùm autem in Decreto, quod requirit probationem Confessariorum ab Episcopo, & Decreto, irritante Matrimonio, dicitur contractum, quàm præsertim Parochia, non excipitur Vicarius generalis; quòd quænter affirmamus, hunc posse etiam audire Confessiones, & alius licentiam dandi concedere in tota dioecesi; nec assistere Matrimonio, aliisque dare licentiam assistendi.

Quinimo dicimus, posse ipsum cogi de causis Matrimonialibus, etiam officiali mandato; arg. cap. 1. de Frigiditate lesic. ibi: Illa autem, si prior possit, ut dimidium, ad Episcopum, aut ejus vicarium, si clamaverit &c. Ubi Gloss. verb. Illam, simile sup. de Regul. cap. 2. & exponit Matrimonium id est, Vicarium, qui fungitur vicari Episcopi de Inst. c. 3.

Ergo Vicarius poterat cogi de causa Matrimoniali, puta de impedimento impotentia, de quo ibi est quæstio, nullatenus allegante illud, viro autem negante. Extratio pervia est; quia Vicarius constituitur tribunal cum Episcopo, equique personam præsertim in tota dioecesi, Parochiaque priorior. Quidni ergo hæc omnia possit facere cùm materia subiecta aliud non potestatis sunt enim actus Ordinis Episcopalis, Vicarius in præfatis Decretis non excipitur.

Quia, reponit quispiam, licet actus Ordinis, sunt tamen spiritualibus, ut cap. 2. de Offic. Vic. in 6. solum datur Vicariis potestas in civilibus. Ita sentit Canisius, verb. Officialem; dicens: Licet negari possit, eos jurisdictionem habere Ordinariam, tamen in omnibus recurritur ad eos, sicut in præfatis, hinc est quòd de casibus vic. & inf. c. 1. præfatis, sine speciali mandato se non intromittunt, nec etiam de spiritualibus. Unde licet commendatitias ad Ordines date non possunt, ut eod. lib. de Temp. Ordinari. Cùm nullatenus. Nec Officialis Archiepiscopi presente, vel vicario Archiepiscopo, in Suffraganeum excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententiam inf. de Offic. Ord. in fine. Hæc Glossa.

Respondeo: nil mirum esse, quòd Officialis non possit dare literas commendatitias

Bibliotheca
Sacra
Paderborn

cum cap. citato dixerit excipiatur talis dario, ibi: Inferiores quoque Prælati &c. vel Officialis Episcopi (cum ad hoc se ipsius officium non extendat) huiusmodi nequeunt licentiam impartiri. Ergo universaliter non potest Officialis se introrittere de spiritualibus, negatur Consequencia; sed potius potest se introrittere de illis, quæ non excipiuntur, quia exceptio firmat regulam in contrarium.

Quantum ad cap. 2. de Offi. Vicarii in 6. ibi non excipiuntur universaliter causæ spirituales, sed solum causæ criminales, ut patet ex verbis textus: Licet in Officialem Episcopi, per commissionem Officii, generaliter sibi factam, causarum cognitio transferatur (intelligendam civilium, quam spiritualium) potestatem tamen inquirendi, corrigendi, aut puniendi aliquorum excessus; seu aliquos à suis beneficiis, officiis, vel administrationibus amovendi, transferri volumus in eundem, nisi sibi specialiter hæc committantur. Ubi, ut ad oculos patet, solum excluduntur à generali commissione causæ criminales, non autem universaliter omnes causæ spirituales. Absolvere autem à peccatis in foro Sacramentali, aut assistere Matrimonio, non est causa criminalis, ut nimis clarum est.

Nec quidquam officit; quod Glossa in Clem. un. de Foro competentis, verb. Diocesanis, per eos ibi non intelligat Officialis; quia sic postulat subiecta materia, quæ ardua est; agitur quippe de licentia præstanda Episcopis eiectionis, suam jurisdictionem exercendi in aliena diocesi, quæ præstatio licentiæ videtur competere solis Episcopis, maximè quando sunt præsentibus, ut notat ibidem Glossa cum de eorum agatur præiudicio. Jam autem absolvere à peccatis in foro Sacramentali, aut assistere Matrimonio, non est res adeo ardua, aut præiudiciosa Episcopis, ut propterea illis solis censeretur reservata.

Arque hæc omnia procedunt pari passu de Vicariis eorum, qui licet Ordinatione non sint veri Episcopi, habent tamen jurisdictionem Episcopalem, de quibus superius egimus. Quæ enim ratio disparitatis?

Neque obstat stylus Curie, delegandi causas Matrimoniales solis Episcopis. Quia (inquit Sanchez supra n. 21.) sæpe delegantur non Episcopis, ut docet Abbas cap. Causam Matrimonii, n. 1. de Offic. Delegati, & constat ex cap. Proposuiti, de Probat. in principio: Proposuiti quod causa Matrimonii, quæ inter O. de Casanova, & S. mulierem vertitur, tibi fuit de mandato Apostolico delegata &c. Ita scribit Greg. VIII. Præposito Sancti Cataldi, qui Episcopus non erat. Et est non potest Vicarius de illis cognoscere, non sequitur, non posse assistere Matrimonio, vel alii assistendi licentiam dare; quia Parochus utrumque potest, cum tamen nequeat de causis Matrimonialibus cognoscere.

Valeat ergo: quod Vicarius generalis possit assistere Matrimonio in tota diocesi, & aliis dare licentiam assistendi; eo semper salvo, ut potestas illa expiret per mortem Episcopi, aut revocationem suæ institutionis, factam per Episcopum.

Ratio patet ex dictis: quia Vicarius est eadem moraliter persona cum Episcopo, & idem est utriusque auditorium, cap. 2. de Consuet. in 6. Non putamus illam consuetudinem, quantumcumque tempore de facto servatam, consonam rationi, quod ab Officiali Episcopi, ad eundem Episcopum valeat appellari: ne ab eodem ad se ipsum (cum sit idem auditorium utriusque) appellatio interposita videatur. Ergo mortuo Episcopo, idem est, ac si Episcopus, & ejus Vicarius obiissent. Breviter: per mortem Episcopi cessat Vicariatus, ratione cuius solius Vicarius poterat Matrimonio assistere. Quid ergo mirum, si amplius non possit assistere?

Interim requiritur; ut mors Episcopi sit publica, sive ipse Vicarius sciat mortem, sive non. Nam quamdiu communiter agnoscitur pro legitimo Vicario, Ecclesia, propter communem illum errorem, cum titulo colorato, supplet defectum in singulis actibus, ut patet ex dictis Disp. 8. Sect. 2. Concl. 5. adeoque validè assistet, & aliis dabit potestatem assistendi.

Consimiliter cessat potestas Vicarii generalis revocatione, facta per Episcopum, quæ ad libitum esse potest, per Glossa Clement. 2. de Rescriptis, verb. Per electionem, ibi: Et per revocationem intelligo de obediensario, qui removeri potest ad nutum sui Majoris, alias nulla fuisset dubitatio: de isto vero, & de Officiali, quem Episcopus ad nutum removet, merito dubitatur, quasi isti non sint in dignitate, ex quo non sunt perpetui: sed facti est, quod possint esse perpetui, id est, quamdiu vivunt, ff. Pro socio l. 1. Societas coiri potest vel in perpetuum, id est, dum vivunt.

Supposito itaque, quod Officialis seu Vicarius generalis possit revocari ab Episcopo, si de facto eum revocet, seu removeat ab officio, cum jam amplius non sit Vicarius, & solum ratione Vicariatûs possit assistere, sole meridiano clarior est, eum amplius non posse validè assistere.

Hoc tamen intelligendum est, postquam ipse Vicarius revocationis factæ certior reditus fuit (arg. leg. 17. ff. de Offic. Præsid. Si forte Præses provincie manu miserit, vel tutorem dederit, priusquam cognoverit successorem advenisse: erunt hæc rata) idque per ipsum Episcopum, aut alium ejus nomine, vel certè per epistolam ipsius.

Nam (inquit Sanchez sup. disp. 30 n. 13.) per eandem causam res nascitur & dissolvitur, c. 1. de Reg. juris: Omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur: Sed

268.

Potestas Vicarii expirat per mortem Episcopi. C. 2. de Consuet. in 6.

Requiritur ut mors sit publica.

269.

Cessat potestas Vicarii revocationem Episcopi.

270.

Requiritur scientia revocationis. L. 17. ff. de Offic. præf. Eam accipere debet Vicarius ab ipso Episcopo. Sanchez. C. 1. de Reg. juris.

constitutio Vicarii exigit unionem voluntatum Episcopi constituentis, & Vicarii acceptantis, quae acceptatio exigit notitiam talis institutionis per nuntium, ab ipso Episcopo destinatum, ut in alio simili probavi lib. 1. disp. 6. n. 28. ergo similiter dissolutio & revocatio exigit revocationem constituentis, & notitiam revocationis per nuntium destinatum, Episcopi quique nomine notificantem. Haec ille, cum Aliis, quos citat.

271. Quare potius requiritur notitia revocationis, quam mortis.

Rogat aliquis; quare potius requiratur notitia revocationis, quam mortis? Respondeo: quia mors non dependet a voluntate morientis, sicut dependet revocatio a voluntate revocantis; jam autem revocans non censetur, velle privare Vicarium munere suo; quousque acceperit notitiam revocationis; dum autem moritur Episcopus, velit nolle cessat officium Vicarii.

Quid si solus Vicarius noverit revocationem.

Si quid, si solus Vicarius noverit suam revocationem? Respondeo ut in casu praecedenti: Ecclesia supplebit defectum, quamdiu errore communi agnoscitur pro Vicario.

272. Quid si Episcopus sit excommunicatus.

Rursum interrogo: quid si Episcopus sit excommunicatus, suspensus, vel interdictus? Respondeo: si talis Episcopus possit valide assistere, & dare alii licentiam assistendi; idem poterit facere Vicarius; quamvis enim excommunicato Episcopo, jurisdictione Vicarii suspendatur; adhuc tamen versus Vicarius manet, retinetque jurisdictionem habitualem, sicut & ipse Episcopus.

Sanchez.

Unde fit (inquit Sanchez sup. n. 9.) ut si causa delegetur ab alio, Vicario Episcopi, non suspendatur cognitio hujus causae per excommunicationem Episcopi, cum ex una parte versus Vicarius sit, & ex altera, jurisdictione in ea causa non dimanet ab Episcopo.

An talis possit valide Matr. assistere.

An autem talis Episcopus possit valide assistere, & alteri dare licentiam assistendi, id, examinando qualitates, requisitas in Parocho, diffusius tractabitur. Circa autem has qualitates quaeritur primum: Utrum Parochus (& idem est de Ordinario) assistens Matrimonio, debeat esse Sacerdos? Responsum erit

CONCLUSIO VIII.

Parochus assistens Matrimonio non debet esse Sacerdos; secus delegatus.

273. Aliquis potest esse verus Parochus, et si non sit Sacerdos.

Suppono primum: posse quempiam esse verum Parochum, tamen nondum sit Sacerdos, v. g. si Episcopus dispense propter studium, ne intra septennium promoveatur ad Sacerdotium; cap. Cum ex eo, de Elect. in 6. ibi: Praesenti confirmatione sancimus, ut Episcopi eorumque Superiores, eorumque

qui hujusmodi subiecta sibi Ecclesiae (Parochiales) obtinent, vel obtinerent in futurum dispensare possint libere, quod usque ad septennium literarum studio insistentes promovendi teneantur, nisi ad Ordinem Subdiaconi dumtaxat. Item; si nondum elapsus sit annus a collatione beneficii, per cap. Licet non, 14. eod. ibi: Et infra annum, a subdiaconi regimini tempore numerandam, seorsum ad Sacerdotium promoveri.

Suppono 2. hujusmodi Parochum, nondum Sacerdotem, posse exercere ea omnia, quae non dependent a potestate Ordinis, arg. cap. Transmissam, de Elect. ibi: Relegimus igitur, quod ex quo electionis huius confirmationem accepisti, de talibus & confirmationem exigunt. Et ministerium consecrationis non exigerent, quod justum est, & Ecclesiae convenit utilitati, statuendi bases literarum studii.

Ubi Gloss. verb. De talibus: Sicut in omnibus ad jurisdictionem, quia si parochus, excommunicatus, corrigere, punire, recipere a Vasallis, confirmare, investire, beneficia conferre, & consilia, quae consilium in jurisdictione, sup. eod. Nostri. inf. de Translat. c. 1. haec omnia in confirmatione consecrationis etiam in Episcopo de hoc enim loquitur illud juris. Ergo etiam Parochus electus, per confirmationem accipit omnia illa, quae in potestate jurisdictionis aut quasi, non enim magis ratio de Episcopo, quam de quodlibet Parocho. Loquitur autem ibi Pontifex de Episcopo, quia de illo erat quantum; insertum ratio communis est; quia per confirmationem electionis constituitur versus Superiorem, adeoque potest omnia, quae Superiores praeter ea, quae ministerium consecrationis desiderant, id est, praeter actus Ordinis supponatur Ordinem nondum accepit.

His ita praemissis, & ab omnibus, quae probatur prima pars Concl. ex his, quae in Decreto, irritate Matrimonium clandestinum, non requirit nisi praesentiam Parochi, dicens: Qui aliter, quam praesentia Parocho & c. omisso ly Sacerdote, quod si potuisset addere, si voluisset illam utilitatem esse necessariam, sicuti addidit in Alio, ibi: Vel alio Sacerdote.

Ex quo etiam patet 2. pars Concl. ab Omnibus recipitur, quamvis Multi contradicant primae parti, hoc praecipue fundamento; quod dictio, Alius, sit relativa, & repetat praecedentem qualitatem, cuius est persona expressa, & ita significet similem qualitatem in relato, ut constat ex l. Si fugeris, Cod. de Servis fugitivis & c. ibi: Alii quilibet alia poena afficiantur, juncta Gloss. fin. quae ait: Alii poena, scilicet similis.

B. O. P. S. Sac. Matrimonii

Quare cum altera pars alternativæ habeat: *Vel alio Sacerdote*, supponit alteram alternativæ partem, quæ relata est, nempe: *Qui aliter quam præsentè Parocho*, intelligendam esse de Parocho, simili Sacerdotii qualitate affecto. Præsertim cum Parochus non sit materia extranea, nec prorsus diversa, & cui potest convenire qualitas, adjuncta relativo, *Alius*, nempe Sacerdotium.

Confirmatur à simili: ubi clausula Capellanæ habet, teneri capellanum per se, vel per alium Sacerdotem, sacra celebrare, asserunt DD. necessariò Capellanum debere esse Sacerdotem, eò quòd dictio illa, *Alius*, sit ampliatiua similitum: ergo similiter in casu præsentè.

277. Respondeo ad confirmationem: ex illis præcisè verbis: *Per se, vel per alium Sacerdotem*, non sufficienter probari, Capellanum necessariò debere esse Sacerdotem. Immo oppositum ex illis verbis videtur potius colligi: si enim per alium potest celebrare, ut quid ipse debet esse Sacerdos? Nam Sacerdotium solum requiritur in ordine ad celebrationem Sacri, per quam satisfiat intentioni fundatoris; porro per ista verba satis manifestè significatur, posse satisfieri intentioni fundatoris, tametsi Capellanus non sit Sacerdos; quia datur electio, ut per se ipsum, vel alium Sacerdotem celebret. Vide quæ de hac re diximus, Disp. 5. Secl. 5. Concluf. 12. in principio.

Verum est, quòd si per seipsum velit Sacra celebrare debeat esse Sacerdos, ut per se patet; uti nec alius potest celebrare, nisi sit Sacerdos, & tali sensu dici potest, quòd dictio illa, *Alius*, hic sit ampliatiua similitum; quia sicut alius debet esse Sacerdos, sic etiam Capellanus, si per seipsum velit celebrare. Sed negatur hæc Consequentia: debet per alium Sacerdotem celebrare Sacra; ergo ipse debet esse Sacerdos, tametsi per alium velit, sicut potest velle, celebrare.

Et quàmvis (inquit Sanchez sup. disp. 20. n. 5.) in clausula Capellanæ ex his verbis id probaretur, non concluderet idem esse dicendum in nostro casu, quia illic non sunt conjecturæ mentis contrariæ testatoris, quales sunt hic contrariæ mentis Tridentini.

278. Rogas: quæ sint istæ conjecturæ? Jam edissero ex eod. Auctore sup. n. 3. ubi suam & nostram sententiam probat 1. quia Trident. non restrinxit, ut Parochus Sacerdos sit, prout fecit in alio, de licentia Parochi assistenti Matrimonio, idque convenientissimâ ratione; nam cum exigat testimonium fide dignum, dignitas parochialis beneficii efficit, ut iure optimo sit Parocho fides adhibenda, quæ dignitas, cum non Parocho deficiat, eam suppleri Sacerdotali dignitate Concilium voluit.

Et confirmatur: quia cum hæc res gravissima sit, ad Matrimonii valorem necessaria, verisimile est, si Concilium voluisset eam in Parocho qualitatem, fore ut eam exprimeret, sicut in assistenti ex Parochi licentia id expressit.

279. Probat 2. quia Parochus non Sacerdos exercere potest omnia, quæ à potestate Ordinis non dependent; sed interesse Matrimonio non est actus Ordinis.

Et confirmatur: quia Trident. eod. cap. 1. undecies Parochi mentionem fecit, nunquamque Sacerdotii meminit, nisi cum assistere Matrimonio permittitur alii, quàm proprio Parocho.

280. Probat 3. quia Concilium disjunctivè postulat præsentiam Parochi, aut alterius, qui Sacerdos sit; ad veritatem autem disjunctivæ sufficit, alteram partem verificari; Reg. 70. de Reg. juris in 6. *In alternatis debitoris est electio*: & sufficit alterum adimpleri. Ergo satisfit Concilio, si Parochus non Sacerdos, vel alius Sacerdos, de ejus licentia interfit.

Probat 4. quia Decretum hoc est correctorium juris antiqui; ergo prorsus restringendum est, & verba improprianda, ut minus illud corrigat, juxta tradita lib. 1. disp. 17. n. 6.

Et confirmatur; quia dictio, *Alius*, cui opposita sententia innitur, non semper qualitatem præcedenti similem refert; ut optimè docet Gloss. cap. *Deinde*, dist. 26. verb. *Cum cæteris*, dicens: *Improprie ponitur hæc dictio, Cæteris, ut ibi*: Et cum eo alii duo latrones. *Sic 36. dist. Genomanensem, 34. dist. Si quis viduam, 8. q. 3. Artaldus. Unde licet sic inveniat scriptum in aliquo instrumento: Hæc Ecclesia cum cæteris capellis, per hoc non probatur, Ecclesiam istam esse capellam.*

Item Gloss. cap. *Sedes*, 15. de Rescriptis, verb. *Majores*, ibi: *Nec semper hoc nomen, Alius, facit positionem*, 16. dist. *Genomanensem, arg. ff. de Constit. pec. l. 1. §. Debitum. Et illud, Suspensi sunt cum eo duo alii latrones.*

Et Authentica, *Qui semel*, verb. *Aliud*, Cod. *Quomodo & quando*, ubi textus ait: *Aliud anni spatium indulgetur*, Gloss. inquit: *Sic loquitur quasi annum dederit, cum tantum tres menses dederat; sed sic, quòd non implicat: ut ff. de Procur. l. Non solum §. Queritur. Ubi Gloss. verb. *Creditores*, sic ait: *Videtur ergo, quòd dominus sit creditor, & sic esset creditor sui ipsius: quòd falsum est. Dic ergo, Cæteros; improprie poni q. d. Cæteras personas, scilicet creditores, sic & alii in divina Scriptura: Crucifixus est Christus, & alii duo nequam.**

Sic etiam cap. *Novattanus*, 7. q. 1. dicitur: *Ille super eos creare alios Pseudoepiscopos audet, cum*

cum tamen sermo esset de Catholicis Episcopis, in ætate antiquis, in fide integris, in presura probatis, in persecutione proscriptis. Igitur *ly*, *Alius*, non semper implicat simile, seu refert eandem qualitatem.

281. *Quando ly Alius, implicat dissimilitudinem?* Respondet Sanchez ex Immola & Felino; quando ratio materiæ subjectæ id suadet, quod contingit hic; quia Parochus non Sacerdos potest exercere omnia Parochi munia, quæ potestate Ordinis non indigent: ergo ex illa particula: *Vel alio Sacerdote*, non colligitur sufficiens argumentum, ad corrigendum totum jus, quod ad obeunda munera, ab Ordine non pendentia, minimè desiderat in Parocho Sacerdotium.

282. Tandem (inquit Sanchez) quia cap. *Omnis*, de Pœnit. & remiss. expressè decernitur, neminem posse confiteri alieno, sine licentia proprii Sacerdotis; & tamen DD. bene asserunt, Parochum non Sacerdotem posse eam licentiam dare. Et Clement. 1. de Privileg. expressè habetur, non licere Religioso ministrare Eucharistiam, absque licentia Presbyteri Parochialis; & tamen Gloss. verb. *Presbyteri*, ait: *Puto licentiam Parochialis sufficere, qui adhuc presbyter non est.*

Et ad textum respondet optimè Suarez, esse modum loquendi, quia communiter Parochi Sacerdotes sunt. Si ergo, cum textus expressè qualitatis Sacerdotii meminit, declaratur pœ, non exigere eam qualitatem, ut Parochus prædictam licentiam concedat, ne jura corrigantur, quæ non petunt Sacerdotium in Parocho, obeunte munera potestatis jurisdictionis; à fortiori, cum Trident. ejus qualitatis non meminert, dicendum est, eam non desiderari.

283. *Cōfirmatio.* Et confirmatur: quia cap. *Nuper*, de Sentent. excom. vers. *In 2. verò casu*, dicitur, absolutionem excommunicationis, non reservatæ, posse impendi à proprio Sacerdote, & tamen Ugolinus de Censuris Tabula 3. cap. 4. §. 2. n. 2. optimè probat, posse impendi à proprio Parocho, nondum Sacerdote; & respondet ad textum, eò quòd Parochi Sacerdotes communiter sunt, & ubi non sunt, dicitur esse nequeunt, quin Sacerdotes sint, idcirco Sacerdotis mentionem factam esse; nam ubi lex, frequentioris usûs causâ, quidpiam decernit, casum minùs frequentem non idcirco excludit, sed comprehendere videtur, ut tradunt DD. l. unica, Cod. de Raptu Virginum: ergo sic dicendum est in nostro casu, estò dictio *Alius*, referret similem qualitatem Sacerdotii in Parocho; non eam referre, quasi necessaria sit; sed quia frequenter Parochus Sacerdos est.

Atque hæ sunt conjecturæ, satis multæ, & sat vehèmentes, ex quibus colligitur, Tridentinum non voluisse per *ly Alium*, re-

ferre eandem qualitatem in Parocho, & eo, qui assistit Matrimonio ex licentia Parochi. Unde corruit principale argumentum Adversariorum, & ejus confirmatio.

Alia argumenta sunt minoris momenti. Ubi, inquit, alternativa dubia est, una pars, alteram declarat; l. 1. ff. de Reditu dubiis, ut inde colligit Bartol. ibi innotuit, ergo cum hæc alternativa: *Præsentem Parochum vel alio Sacerdote*, dubia sit, an intelligatur de Parocho Sacerdote, declarabitur, ut intelligatur per alteram partem, nempe, *alio Sacerdote*.

Respondet Sanchez sup. n. 5. unam partem alternativæ dubiæ, declarari per alteram, nisi aliæ conjecturæ fortiores contingant, ut aliter declararetur, prout hic contingit.

Sed contrâ, instant Adversarii. Parochi Parochi desideratur in Matrimonio, ut testimonium omni fide dignum sit, sponsoque conjungat, & benedictio fiat nomine, quæ omnia multò magis stabit Parochus Sacerdos; quoniam testimonium multò fide dignius est, si propriè est benedicere: ergo ex congruentissima ratione colligitur, Tridentinum elegisse Parochum Sacerdotem.

Respondet Sanchez sup. hoc argumentum tantum probare, convenientius fore, ut Parochus sit Sacerdos, non tamen esse necessarium.

Sed contrâ: Si convenientius fore, cum alternativa dubia sit, cur non pars non declararetur per alteram, prout licet, quæ dubia est, per secundam, quæ est certa?

Respondet ut supra: quia fortiores conjecturæ urgent in oppositum; & maxime quòd hæc lex sit irritans, & correctio ris antiqui, proinde strictè intelligenda. Adeòque sufficit, testimonium Parochi Sacerdotis, esse fide dignum, quoniam si non esset, si foret Sacerdotis, sed Parochus non Sacerdos, sponso potest benedicere & benedicere nomine Ecclesiæ: *Ego vos in Matrimonium conjungo*, sicut potest facere omnia alia, quæ continentur ad Ordinem Sacerdotii, sed solummodo ad jurisdictionem aut quæ jurisdictionem, estò convenientius fierent per Parochum Sacerdotem.

Ultimò argumentantur Adversarii, & dicunt: olim vetustissimo & celeberrimo ritu nuptiis contrahendis adhibebatur Sacerdos, ut constat ex variis Pontificum Conciliorumque Decretis, quæ refert Gratianus 30. q. 5. per totam: ergo similitè Parochum petit Tridentinum.

Respondet Sanchez sup. ea Decreta nullam vim facere in Sacerdotio Parochi, sed in ejus assistentia, ne Matrimonia essent clas-

B
Sac
par

destina; meminit tamen Sacerdotii, quia Parochi communiter Sacerdotes sunt. Præterea: licet ea Decreta peterent veri Sacerdotis præsentiam, non eo rigore intelligendum est Tridentinum, quia illa id exprimebant, nec irritabant Matrimonia aliter inita, nec erant jura correctoria; hoc autem id non exprimit, & annullat Matrimonium, aliter contractum, estque jus correctoriæ. Hæc ille.

Addo ego: secundum jus antiquum, cap. Inhibitio. de Clandest. despons. cum Matrimonia sunt contrahenda, debent per Presbyteros in Ecclesia publicè proponi, ibi: Statuimus, ut cum Matrimonia fuerint contrahenda, in Ecclesiis per Presbyteros publicè proponantur. Num inde bene inferatur; ergo hodie Parochus, non Sacerdos, nequit Matrimonia publicè proponere in Ecclesia, ita ut satisfiat præcepto Trident. quod requirit, ut proprius Parochus proponat? Communis sententia docet, ut suo loco videbimus, satisfieri huic præcepto, si denuntiationes fiant per ædituum de mandato Parochi; ergo in casu proposito, ex iuribus antiquis non desumitur efficax argumentum. Et sic soluta manent omnia argumenta, hæctenus proposita pro opposita sententia, quæ tamen etiam suos habet Auctores, quos vide apud Sanchez sup. n. 2.

Nostram sententiam tenet (inquit Pontius sup. c. 17. n. 1.) Emmanuel Sa verb. Matrimonium, n. 1 Suarez de Excomm. disp. 11. sect. 2. n. 18. Thom. Sanchez cum Aliis lib. 3. disp. 20 n. 3. Henriquez lib. 11. de Matr. c. 3. n. 5. Aliique non pauci, licet valde dubitent. Attamen extra dubium ea opinio est: sic enim declararunt Illustrissimi Cardinales. Nam inter novissimas Rotæ decisiones, quas cum Declarationibus Concilii excudit Farina. decis. 70. sic habetur: *Abulensis eadem, scilicet primâ Decembris 1593. Congregatio Concilii censuit, Matrimonium, contractum coram Parocho non Sacerdote, valere. Quare de eo amplius dubitare non licet.* Hæc ille.

Eandem Declarationem citat Aversa hic q. 6. sect. 5. §. Posses tamen, ubi etiam tenet hanc sententiam. Verum quod propter illam non liceat amplius dubitare vix credo, nisi de ea constet authenticè juxta Bullam Urb. VIII. non semel alibi relatam. An autem habeat qualitates requisitas ab hoc Pontifice, nescio.

Lego autem apud Pontium sup. n. 2. Zavallos disp. 204. n. 89. asserit, Illustrissimos Cardinales declarasse, Vicarium generalem Episcopi Sacerdotem esse debere de necessitate, ut Matrimonium solemnizare possit. Cæterum, inquit Pontius, ego Cardinalium Declarationes solum ex aliorum fide, non prolatis verbis; ægrè existare credo,

aut illis certè non comoveor. Maximè cum videam in novissimis literis Pontificiis Clementis 8. & Pauli 5. quæ circa qualitatem Vicarii Episcopalis emanarunt, sacrum Ordinem in illo requiri, Sacerdotii qualitatem non item. Ita Pontius.

Nunquid ego credere debeo, extare has literas Pontificias ex fide Pontii, non prolatis verbis? Quidquid sit de his literis, & istis Declarationibus, permancò in mea opinione, attentis rationibus superius allegatis. Sed nunquid peccat talis Parochus assistens Matrimonio? Affirmat Petrus de Ledesma de Matr. q. 45. art. 5. puncto. 3. dub. 3. conclus. 3. eò quod non possit commodè sponfos benedicere verbis illis: *Ego vos conjungo* &c. quæ Trident. d. c. 1. jubet Parochum proferre.

Verum ex hac parte (inquit Sanchez sup. n. 4.) non credo Parochum peccare, nullam enim repugnantiam video, ut Parochus ea verba proferat. Nec ego video, maximè, cum in illo præcepto nulla fiat mentio Sacerdotii.

Ast, dicit aliquis, exponit Sacramentum periculo nullitatis? Quippe probabile est, Matrimonium illud non valere.

Sed neque ex hoc capite credo peccare (inquit Sanchez sup.) quia utens opinione probabili circa Sacramenta, non peccat: eò vel maximè, quod est multò probabilior opinio, asserens esse validum Matrimonium. Et ita Salon. 2. q. 63. a. 4. controvers. 2. in solutione ad 3. bene ait, non posse amplecti opinionem probabilem circa formas & materias Sacramentorum, non provenire ex defectu opinionis, & ratione periculi; sed quia contravenitur præcepto, utendi formâ & materiâ præscriptis, & iustis in Ecclesia; quare si in ipsis Sacramentis aliquod dubium se offerat, circa quod nullum sit Ecclesiæ præceptum, quamlibet posse, relicta opinione probabiliori, sequi probabilem.

Præterea; quia cum hoc impedimentum, ne valeret Matrimonium, sit ex solo jure humano Concilii Trident. error probabilis, quo viri docti existimant Matrimonium, assistente Parocho non Sacerdote, valere, efficeret illud esse validum, per leg. *Barbarius*, ff. de Offic. Prætoris. Hæc ille.

Supplente scilicet Ecclesia defectum, si quis fortè interveniat, quia sic expedit bono communi; sicuti supplet defectum jurisdictionis, ex communi sententia DD. probabilis in Sacramento pœnitentiæ, de quo uberiori tractavimus suo loco.

Unde puto, ait quispiam, quod non audiretur in foro externo, qui peteret dissolutionem Matrimonii sic contracti; neque existimo licitum in foro interno, aliud Matrimonium contrahere, etiam secluso scanda-

291. An parochus non Sacerdos assistens Matr. peccet.

Pet. de Ledesma.

Videatur quod non, Sanchez.

292.

Etiã considerato periculo nullitatis Matrimonii.

Salon.

293. Probatur.

288.

Cap. 1. de Clandest. despons.

Actum pro supra Cit. lib. 3.

Advertitur supra De. Card. Farina.

290. de si an. tertia.

Zavallos.

291.

lo; quia , omnibus consideratis, longè nunc probabilius est, si non omninò certum, hoc Matrimonium esse invalidum , & primum fuisse validum ; quâ ergo probabilitate spoliabitur prior conjux jure corporis, jam probabilius acquisito ? Nonne juxta Reg. juris 65. de Reg. juris in 6. In pari delicto vel causa potior est conditio possidentis? Quanto magis, ubi causa possidentis multò probabilior est ?

Reg. 65. de Reg. juris in 6.

294. Consultatur Parochis non Sacerdotibus, ut per se non assistant.

Interim ad omnes confusiones evitandas, confulo ego Parochis, non Sacerdotibus, ut quando id commodè fieri potest, per se non assistant Matrimonio; sed ei permittant assistere, qui pro eo tempore deputatus est, ut curam animarum exercent. Non dico, ut alteri Sacerdoti concedat licentiam assistendi; quia aliqui disputant, an possit dare istam licentiam, supposito, quòd ipse per se non possit assistere; nam sicut ob relativum diversitatis, *Alio*, desideratur eadem Sacerdotii qualitas in Parocho relato; à fortiori id exiget relativum identitatis, *Ipsius*, ibi: *De ipsius Parochi seu Ordinarii licentia*. Parochi, inquam, cum eadem ipsâ Sacerdotii qualitate, cum qua antecessit in priori parte Decreti: *Qui aliter quàm presente Parocho*.

295. An possit dare alteri licentiam, supposito, quòd per se non possit assistere.

Confirmatur ex quadam doctrina, putâ, Parochum non Sacerdotem minimè posse concedere licentiam Religiosis ministrandi Eucharistiam, eò quòd per se ipsum ministrare non possit; arg. cap. fin. 46. dist. ibi: *Sicut non suo, ita, nec alieno nomine aliquis Clericorum exercere sanus attentet*. Ergo similiter, si Parochus, non Sacerdos, nequit assistere Matrimonio, nequibit etiam dare licentiam alteri, ut assistat. Et profectò (inquit Sanchez sup. n. 6. in fine) sustinendo illam opinionem, non videtur à probabilitate alienam hoc asserere.

Sanchez.

296. Affirmat Sanchez & probat.

Ceterum (prosequitur idem Auctor n. 7.) multò probabilius est, eam licentiam posse concedere Parochum, non Sacerdotem, quàmvis ipse assistere minimè possit. Quia durissimum esset intelligere, Tridentinum velle Parocho, qui omnia jurisdictionis nondum Sacerdos exercere potest, hoc unicum negare.

Secundò.

Item; quia qualitatem Sacerdotii, juxta illam sententiam, postulat Trident. in assistente Matrimonio, ut convenientius & fide dignius sit testimonium; quòd intentum omninò servatur, quando alius Sacerdos de licentia Parochi, non Sacerdotis, assistit; non autem servatur, Parocho non Sacerdote assistente: unde non mirum, si postulare sacerdotium in Parocho assistenti; non autem in ipso, assistendi licentiam concedente. Hæc ille.

297. Resp. ad arg. opposita sententia.

Ex quibus patet responsio ad argumentum oppositæ sententiæ; dic quippè, quòd reperitur aliqua congruentia, ut intelliga-

mus per illam particulam, *Alio Sacerdote* exigi Sacerdotium in Parocho relato, quæ tamen non invenitur, ut per particulam *Ipsius*, postuletur eadem qualitas.

Ad confirmationem responderetur: eandem doctrinam non esse veram, ut supra videmus; nec cap. illud finale eam probare. Quod quitur enim in peccato usura, quam licet suo nomine, ita nec alieno exercere possit Clericus; rationemque subdit textus: *hoc enim est, crimen suum committis alieno impendere*.

Igitur quàmvis multò probabilius sit, ut sup. diximus ex Sanchio, Parochum, non Sacerdotem, posse concedere eam licentiam, etiam gratis admisso, quòd ipse per se non possit assistere; haud equidem certum omnem controversiam. Certius est, inquit Sanchez sup. n. 7. in fine, si *Ordinarius*, nondum Sacerdos hanc licentiam concederet Sacerdoti: quia respectu *Ordinarii* nihil est in eo Decreto Tridentini, significans, qualitatem Sacerdotii in eo desiderari. Hæc ille.

Ego autem dico: aliquid esse in Decreto Trident. significans, qualitatem Sacerdotii in eo desiderari, si aliquid est significans, eam qualitatem in Parocho desiderari. Siquidem sub ly *Parocho*, in prima parte illius alternativæ, *Qui aliter quàm presente Parocho, vel alio Sacerdote, necessitò comprehenditur Ordinarius, nisi velis, cum per se ipsum non possit assistere*. Matrimonii: si ergo ly *Alio*, referat qualitatem Sacerdotii in Parocho, quidni etiam in *Ordinario*, quæ sub Parocho intelligitur? Itaque, meo iudicio, salvo meliori, eadem est difficultas de Ordinario, quæ de Parocho.

Optimum ergo consilium est, sicut in quo Parochus nondum est Sacerdos, si tatus est ab Episcopo, ut exercere possit animarum. Nemo quippe dubitat, quòd licet, quàmvis non sit Parochus proprius, equidem sicut alia Sacramenta potest debet administrare Parochianis, ita etiam possit validè & licitè assistere Sacramento Matrimonii, & illud suo modo administrare, id est, facere per suam assistentiam, ut Parochiani possint validè hoc Sacramentum sibi mutuò administrare. Atque hæc factis de prima parte Conclusio.

Tantum addo, quòd lego apud Navarrum lib. 4. Consil. tit. de Claustris. Despons. consil. 10. ubi quærit: An Vicarius Episcopi, qui Sacerdos non est, possit presentiam Matrimonio contrahendo præstare? Respondet autem: Quòd articulus est factis anteceps, in quo, inquit, intellexi Congregationem sacri Concilii, cum quæreretur, an sufficeret in contrahendo Matrimonio paro-

B
Sacramentum

sentia Parochi, qui nondum Sacerdos est, inclinasse in negatiuam, ponderando uerba Concilii posita c. 1. de Refor. Matr. sess. 24. Vel alio Sacerdote. In quibus colligi uideatur, quod etiam Parochus, si uult Matrimonium auctorizare, debet esse Sacerdos. Unde licet affirmatiua sit etiam de iure probabilis, non auderem tamen recedere a Declaratione S. Cögregationis. Quare cöfultò faceret talis Vicarius dando licentiam alteri, qui Sacerdos fit, ut Matrimonio contrahendo interesse possit. Sic ille. Tu cogita, & transi mecum ad secundam partem Conclusionis.

tus habeat suam iurisdictionem non suo iure, sed alieno beneficio.

Obstat etiam regula iuris, quä cavetur, non alium, quam à Principe delegatum, posse subdelegare, per leg. 5. Cod. de Iudiciis: A iudice iudex delegatus, iudicis dandi potestatem non habet, cum ipse iudicario munere fungatur, nisi à Principe iudex datus fuerit.

Porrò ad d. leg. 1. §. Ab eo, respondet Pontius suprà c. 26. n. 11. nullam in ea intervenire subdelegationem, sed unus tantum, inquit, fuit delegatus, cui mandata est iurisdictione, à quo non appellatur mandans, sed Superior mandans, ex uero illius §. sensu, per Gloss. 1. ibi. Hæc ille.

Quæ an ueræ sint, festinè cognoscat Lector ex uerbis illius Glossæ, quæ hic subseribo. Itaque uerb. Ab eo, sic ait: Delegato ad unam causam. Et pone casum secundum Joann. Preses provincie delegauit universitatem causarum Titio, quascumque contingeret moveri in tali castro: qui Titius subdelegauit unam de dictis causis Sejo: cui quis, scilicet Titius: non ipse scilicet Titius &c. posito sic casu, non obstat Cod. Qui pro sua iurisdictione l. 1. in fine, quia ibi fuit Princeps primus delegans. Item non est contra C. de Jud. l. A iudice, quia simplex delegatus non subdelegat, ut ibi, & sup. de Jurisd. om. iud. l. More, sed delegatus ad universitatem causarum sic, unam; ut hic & sup. de Jurisd. om. iud. l. Solet; & de Iudiciis l. Cum Prætor §. 1. non autem ipsam universitatem: ut sup. de Off. ejus cui man. est ju. l. fin. Quid tibi uideatur benigne Lector, num per illam Glossam probatur, quòd in d. §. Si ab eo, nulla interveniat subdelegatio? Cæcus debet esse, qui non uidet oppositum.

Sed audiamus, quid dicat Pontius sup. n. 12. At (inquit) licet hæc omnino in se uerissima sint (si credere fas est) usu tamen & consuetudine communis sententia sustinetur, quæ in praxi obseruanda est, ut docet Quintanaduënas lib. 2. de Iurisdictione tit. de Delegata iurisdictione, n. 2. Quia in causis iurisdictionis recedendum non est ab his, quæ diu seruata & recepta sunt, quæ in hoc casu legem vincere poterunt. Ita hic Auditor.

Itaque doctrina nostra uera est, siue id proueniat ex iure scripto, siue ex iure consuetudinario; uerum, inquam, est, quòd Parochus non proprietarius, per se possit assistere Matrimonio, de quo nemo dubitat, & etiam concedere alteri licentiam assistendi, de qua re extat Declaratio Card. apud Farinacium pag. 275. (ut refert Pontius sup. c. 28. n. 2.) quæ sic habet: Vicarii, etiam temporales ad nutum amouibiles, Ecclesia Parochialis, qui Sacramenta administrant, & Matrimonium interueniunt, sicut ipsi interuenire possunt, ita etiam dare licentiam aliis possunt

Pppp 2 inter-

300. Pro qua suppono ex Concilio Trident. dicto cap. 1. de Reform. Matr. tam Parochum, quam Ordinarium posse dare alteri Sacerdoti licentiam assistendi Matrimonio, ibi: Vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi seu Ordinaris licentia. Quod intelligo non tantum de Parocho proprietario, qui scilicet beneficium parochiale habet, sed etiam de Parocho non proprietario, qui præficitur toti Parochiæ per Episcopum, ut curam ejus gerat: ut quia Parochus proprietarius non est Sacerdos, uel quia ipse Episcopus est immediatus Parochus totius diocesis, ut contingit (inquit Sanchez sup. disp. 31. n. 13.) Hispali, Cordubæ, Granatæ, & in aliis diocælibus, in quibus non sunt beneficia curata.

301. Probatur, quia hic est delegatus ad causam universitatem, cum præficiatur ad omnes causas Parochialis officii in tota Parochia: talis autem delegatus potest unam uel alteram causam subdelegare, per leg. 1. ff. Quis à quo appellatur, ibi: Ab eo (delegato ad unam causam, inquit Glossa) cui quis mandauit iurisdictionem, non ipse (delegatus ad universitatem causarum, secundum Glossam) provocabitur: nam & generaliter is erit provocandus ab eo, cui mandata est iurisdictione, qui provocaretur ab eo (delegato ad universitatem causarum, ait Gloss.) qui mandauit iurisdictionem. Ergo supponit textus, posse delegatum ad universitatem causarum subdelegare.

Et ratio est, quia (ut ait Sanchez sup. n. 2. ubi cum Aliis, quos citat, docet hanc sententiam) reputatur quasi Ordinarius, Ordinarius autem posse delegare in confesso est apud Omnes, & habetur expressè l. More, ff. de Jurisd. l. More Majorum ita comparatum est, ut is demum iurisdictionem mandare possit, qui eam suo iure, non alieno beneficio habere.

Ceterum licet hæc sententia sit communis, immo communissima, ut eam uocat Sanchez sup. in fine, non desunt tamen Auctores, oppositum sentientes, nempe subdelegare non posse, & probant ex dict. l. 5. cuius ratio pariter in utroque delegato uersatur, siue simpliciter, siue ad universitatem causarum; quandoquidem uterque delega-

303. Resp. Pontii ad d. l. 1. §. Ab eo.

Rejicitur.

304. Probatur communis sententia ex praxi. Quintanaduënas.

Item ex Declar. Card. apud Farinacium.

interueniendi. Ita decidit Rota in una Barchinonensi.

305. Vicarii Parochorum non possunt dare illi subdelegato facultatem iterum delegandi: id est, dare licentiam, ut possit ille concedere alteri Sacerdoti facultatem assistendi Matrimonio; prout facere possunt Parochi proprietarii; quia hi sunt verè Ordinarii; porro Ordinarius potest delegare cum potestate subdelegandi; at illi, quàmvis sint quasi Ordinarii, tamen reverà solum delegati, jam autem delegatus nequit delegare cum potestate subdelegandi.

Ratio disparitatis.

Ratio disparitatis est, quia delegatus non habet facultatem, ultra sibi commissam, Ordinarius autem habet potestatem universalem; ergo cum solum delegato Principis, & ad universitatem causarum reperitur in iure concessum, posse subdelegare, & nullibi concedatur, posse dare facultatem subdelegandi, id non poterunt. Ita docet Sanchez supra n. 9. cum Aliis, quos citat.

Sanchez.

306. Quid delegari possint facere.

Possent tamen hi delegati suo delegato sic dicere: *Ex nunc ego do facultatem assistendi Matrimonio Sacerdoti, quem tu designaveris.* Quia tunc (inquit, Sanchez sup. n. 18.) ipse delegatus non facit gradum, nec censetur delegare, sed est nudus minister: nec datur iurisdicctio incerta; tempore enim quo minister nomine delegantis assignat personam, cui datur licentia assistendi Matrimonio, aut ministrandi Sacramentum, conceditur iurisdicctio, & tunc jam persona est certa & determinata. Præterea, quia etiam aliàs concluderetur, Ordinarium non posse delegare cum facultate subdelegandi. Quia incertum est, cui ille subdelegabit. Hæc ille.

307.

Vicarius conductus ut Parochum adjuvet, non potest subdelegare.

Vri etiam delegatus ad assistendum alicui Matrimonio;

Sed quid, si Parochus præsens assumat Vicarium, locantem operas, ut illum adjuvet? Hic per se ipsum poterit assistere; non autem alteri assistentiam delegare. Quia, ut dicit Sanchez supra, non censetur Parochus illi suas plenas vices committere.

Similiter non potest subdelegare delegatus ad assistendum alicui Matrimonio, siue sit delegatus Parochi, siue Episcopi. Quia est delegatus ad unam causam; talis autem non potest totam causam delegare, nisi Principis supremi delegatus sit, ut expressè habetur d. l. 5. Cod. de Iudiciis.

308.

Secus si ad assistendum omnibus, licet limitetur tempus.

Dixi autem consulto: *Ad assistendum alicui Matrimonio*: quia si esset delegatus à Parochi proprietario, vel Episcopo ad assistendum omnibus Matrimoniis Parochiæ, licet limitetur tempus, ut, tali tempore occurrentibus, esset delegatus ad universitatem causarum: nam talis dicitur, quando ei genus causarum committitur sub uno nomine collectivo; quàmvis non sit generalissimum, sed subalternum; licet sit restrictum quoad tempus; ut, si committantur causæ

tali anno occurrentes; vel quoad quantitatem, ut causæ decem librarum, & infra, vel quoad locum, ut causæ talis loci. Ita Sanchez sup. n. 4. Et per consequens, iuxta superioris dicta, talis delegatus potest iterum alteram causam subdelegare.

Rogas: quid dicendum, si Episcopus committat Sacerdoti, ut recipiat informationem ac testes de aliquorum habilitate inter se Matrimonium inane: & informatione recepta, assistat eorum Matrimonio?

Respondet Sanchez sup. n. 20. Hic Sacerdos delegatus non potest alteri committere informationem: at eà facta, poterit alteri delegare, ut assistat Matrimonio illorum. Quàmvis enim delegatus ad unam causam non possit subdelegare articulum iurisdicctiois, qualis est examinatio pœnitentium; potest tamen articulum modesti sterii, qualis est assistentia Matrimonio, patebit ex infra dicendis. Vide Sanchez supra n. 10.

His præsuppositis, venio ad probationem 2. partis Conclus. dicentis, eum cui conceditur seu delegatur licentia assistendi Matrimonio, debere esse Sacerdotem; obsumitur autem ex verbis Concilii Tridentini, *cap. 1. de Reform. Matr. Vbi dicitur, quæ verba secundum communem intelligentiam accipienda sunt, arg. cap. 2. de Sponsal. ibi: Ad communem verbi intelligentiam recurratur, & oportet ut verba prolata in eo sensu recitari, quoniam licet rectè intelligentibus generentur.*

Jam autem, secundum communem usum loquendi, nomine, *Sacerdotum*, intelligitur verus Presbyter. Immo & secundum modum loquendi Conc. Trid. quod fell. 23. ubi ex professo agit de Ordine, & maxime cap. 2. & Can. 2. semper distinguitur dotes à Diaconis, & aliis ministris; cap. 2. ibi: *Nam non solum de Sacerdotibus sed & de Diaconis sacra Litera aperitionem faciunt* &c. Can. autem 2. *non dixerit, præter Sacerdotium non esse in Ecclesia Catholica alios Ordines & majores & minores* &c. Ergo eodem modo sumitur Sacerdos in præsentis Decreto.

Si dixeris; nego Consequentiam, quia ibi expressè agebat de septem Ordinibus, adeoque planè necessarium erat, ut distingueret inter Sacerdotem, Diaconum & Subdiaconum &c. in hoc autem Decreto nulla est necessitas distinguendi inter illos. Et aliunde in materia favorabili, nomine, *Sacerdotis*, comprehenduntur etiam Diaconus & Subdiaconus: secus in stricta odioso & pœnali, ut Plures docent apud Sanchez sup. disp. 20. n. 9. Matrimonium autem causam favorabilis est, cap. fin. de Sentent. & re ipsa dicata ibi: *Nisi in causa favorabilis, quæ est de*

CONCLUSIO IX.

Matrimonium contractum coram Parocho excommunicato, suspensio, vel irregulari, non tolerato, est validum.

Hic aliqua prænota sunt pro clario-
ri intelligentia Conclusionis; atque in
primis differentia seu distinctio excommu-
nicati, suspensio, vel irregularis, non tolera-
ti seu vitandi, ab excommunicato, suspensio,
vel irregulari, tolerato seu non vitando.

314.
Distinctio
inter ex-
communica-
tum tolera-
tum & non
toleratum.

Equidem jure antiquo, seu ante Extravag. *Ad evitanda*, omnes excommunicati vocabantur non tolerati, seu vitandi; vocabantur, inquam, ab illis Auctoribus, qui tunc temporis scripserunt, eò quòd omninò illicitum esset cum eis communicare, sive in sacris, sive in profanis, aliquibus casibus exceptis, de quibus hic non est locus tractandi.

At verò post Extravag. *Ad evitanda*, illi dumtaxat appellantur non tolerati seu vitandi, qui publicè sunt denunciati, aut publici Clericorum percussores; nam cum illis solis hodie illicitum est aliis fidelibus communicare, sive in sacris, sive in profanis, ut patet ex tenore illius Extravag. quam videre poteris i. Parte hujus Operis Disp. i. Sect. 8. Concluf. 5. ubi tractatur, an liceat petere Sacramenta à ministro non tolerato.

315
Quis non
toleratus.

Vide etiam Concluf. 6. ubi de petitione Sacramentorum à ministro tolerato, quæ hìc applicari possunt & debent, si, ut Aliquibus adhuc placet, Parochus sit minister hujus Sacramenti. Ad eòque non toleratus prorsùs illicitè assisteret, sicuti omninò illicitè administraret alia Sacramenta non necessaria. Quæ enim ratio disparitatis?

An autem Matrimonium foret validum, patebit ex dicendis: nam eadem quoad hoc est ratio in utraque sententia, sive est eadem difficultas aut quæstio; puta, an illa assistentia sit actus jurisdictionis: ad cujus responsionem & solutionem perinde est, seu illa assistentia sit administratio Sacramenti, sive nuda & simplex inspectio illius contractùs, ut tempore suo de eo possit Parochus testari. Porro antequam respondeamus ad illam questionem,

316.
Excommu-
nicatus est
privatus ju-
risdictione
spirituali
etiam in fo-
ro externe,

Prænotaandum 2. excommunicatus non solum est privatus jurisdictione spirituali in foro Sacramentali sive interno, id est, non solum illicitè administrat Sacramenta, arg. c. *Si celebrat*, de Cleric. excom. ibi: *Peccat autem conferendo Ecclesiastica Sacramenta*. Sed etiam regula generalis est, usum jurisdictionis

312.
313.
314.
315.
316.



ex c. 10. de Cler. ex com. & c. 4. 24. q. 1. ibi: Verum, quia excommunicatus te excommunicare non potuit. Quod utique non alia ratione dicitur, nisi defectu jurisdictionis.

Item c. 1. de Offic. Vic. in 6. ibi: Ea tamen que ipsi, gerendo hujusmodi vices, agunt, eo taliter excommunicato manente (si jurisdictionem tantum recipiunt ab eodem) non possunt obinere vigorem. Ubi Gloss. verb. Vigorem, ait: Non enim potuit excommunicatus, quod non habebat committere. Ergo supponit Gloss. quod excommunicatus non habebat jurisdictionem. Plura similia jura possent adduci, sed non est hic locus, diffusè de hoc puncto tractandi.

317. Probatio ex ratione. Ratio verò esse potest; vel illa generalis, quia excommunicatus privatus est omni Ecclesiasticâ communicatione; hæc autem, quæ fit per aliquam jurisdictionis spiritualis administrationem, magna communicatio est; vel specialis prohibito, facta in dictis Juribus, eò quòd, cum excommunicatus sit suo modo ab Ecclesia separatus, indignus est, ut in illa jus dicat, aut alium actum similis jurisdictionis exerceat. Ita Suarez de Censuris disp. 14. n. 1.

318. Qui sint actus jurisdictionis hujusmodi. Atque hinc fit (prosequitur n. 2.) ut regula hæc ad omnes actus, qui propriæ jurisdictionis sunt, extendatur. Hujusmodi sunt omnes illi, qui sunt propriè Judicis & Superioris Ecclesiastici: ut sunt præcipere & leges ferre, vel in latis dispensare, seu licentiam præbere ad quodlibet munus Ecclesiasticum exercendum, & judicium ferre, & alii similes, qui numerantur in cap. Accedentibus, de Excess. Prælat. ibi: De causis matrimonialibus cognoscendo: injungendo publicas penitentias: concedendo etiam indulgentiarum literas. Et cap. Dilectus filius, de Offic. Ord. ibi: Unde præfatus Abbas nobis humiliter supplicavit, ut cum citatio, causarum examinatio, & decisio, ac emendatio, ad legem jurisdictionis pertinere noscantur &c.

C. 12. de Excess. Prælat. C. 28. de Offic. Ord. Huc etiam spectat jurisdictionis delegatio: nam illa etiam jurisdictionis usus est, ut sumitur ex l. Imperium, ff. de Jurisd. in fine: Jurisdictio est etiam Judicis dandi licentia.

319. Peccat graviter excommunicatus quoties eos exerceat. Sequitur præterea ex dictis (inquit Suarez supra n. 3.) peccare graviter excommunicatum, quoties hujusmodi actus jurisdictionis exercet, quod sine dubio ex genere suo, & in individuo ferè semper est peccatum mortale; quia & materia hujus præcepti gravis est, & pertinens ad directam ac primariam privationem excommunicationis, & in individuo rarissimè contingere potest, ut ex levitate materiæ peccatum hoc veniale sit, quàmquam interdum esse possit; ut si daret

licentiam in re parvi momenti. Omitto etiam exculationem per ignorantiam, vel errorem inadvertentiam, quæ generalis est. Quod verò attinet ad obligationem spiritus excommunicati, quantum ad ipsum pertinet, erit hæc actio peccaminosa in omni communicato, sive publicus sit, sive occultus, sive ex jure antiquo, sive post jus novum Extravag. Ad evitanda, quia nullum privilegium illi concessum est. Hæc ille. Cæterum, quia multa fieri prohibentur quæ tamen si facta fuerint, obinent roborem firmitatem, ut dicitur cap. Ad Applicationem 16. de Regular. gravis difficultas hic apparet: an hujusmodi actiones si fiat, sint tamen invalidæ & irritæ. In eaque (inquirit Suarez sup. n. 4.) unum est constans apud omnes hujusmodi acta ab excommunicato potius vel simpliciter juxta jus antiquum, vel juxta novum, à manifesto Clerici percussor, et nominatim denunciatio, irrita esse, & nulla valoris.

Quod probatur ex cap. Ad probationem 1. Sentent. & re judicata, ibi: Licet per hanc quod nunc ex delegatis judicibus, etiam in sententiam protulerunt, excommunicatio in baculo esset publicè innodatus, quædam sententia lata fuit &c. ipsa cassata de ipsius electionis Causis iterum cognoscatis. Ubi Gloss. verb. Cassata: Ad esse, inquit, cassata & irrita nuntiata. Et infra: Ideo retractatur sententia, quia impedimentum erat notorium per factum publice latam. Unde nulla in eam potest cadere jurisdictio. Ratio est; quia Ecclesia per excommunicationem prohibet hujusmodi actus, quantum potest & expedit ad bonum Ecclesie regimen, & ut hujusmodi censuræ timeantur, sed Ecclesia potest hujusmodi actus irritare, & expedit ad dictos fines ut irritentur, & censetur eos irritare, auterendo jurisdictionem. Dictum est consultò: Excommunicatus publico &c. quia cum non teneatur tunc occultum (ut dicitur supra verb. Innodatus, ibi: Aliquid si fecerit, quia tunc nec ipse, nec alii ipsum tenebunt irritare: quia dirvinare non poterant, nisi bene. Ut nostrum) minime expedit ad bonum Ecclesie regimen, ut acta seu gesta equantentur; sed magis expedit ea valere, & obediunt, ut ait Gloss. sup. ibi: Unde cum communi opinione liber & absolutus habeatur & credatur, quidquid interim facit valet: de 3. q. 7. c. Infamis §. Tria, vers. Verumtamen in servus. Et ff. de Offic. Prætoris, Barbarus. Et consimiliter, cum post Extravag. Ad evitanda, non teneamur vitare excommunicatum, suspensum &c. nisi publice sit denunciatus, aut publicus percussor Clerici, licet quæ profectò, quidquid interim facit, qui

Bibliotheca Sacra

talis non est, valere; & idem nemo dubitat valere Matrimonium, cui adfuit Parochus excommunicatus, suspensus &c. toleratus five non vitandus.

Ex quo patet, quare addatur in Conclus. ly Non tolerato; quia de eo solo movetur quæstio, an valide affistat. Et quidem sententia negans probatur; quia ille actus est Parochi, ut Parochus est, & non est actus Ordinis, ut constat, ergo jurisdictionis.

Et confirmatur; quia insinuatio donationis, coram iudice facta, nihil aliud est, quam intimatio ipsius donationis iudici, l. In hac, Cod. de Donat. ibi: Apud quemcumque ex memoratis voluerit intimare: Sed quamvis iudex nihil aliud agat, quam interesse illi insinuationis, est actus jurisdictionis voluntariæ: ergo similiter licet Parochus nihil aliud faciat, quam affistere Matrimonio, auctoritatem illi actui præstando, erit actus jurisdictionis. Sed actus jurisdictionis excommunicati non tolerati, sunt in validi, ut patet ex Prænotabili 2. ergo &c.

Probatur 2. quia est non esset actus jurisdictionis, sed Parochus interesset tanquam testis, testimonium excommunicati non tolerati neutiquam valet, cap. 8. de Sent. excom. in 6. Decernimus, ut iudices seculares per censuram Ecclesiasticam ab Ecclesiasticis iudicibus, canonicâ monitione præmissâ, repellere excommunicatos ab agendo, patrocinando & testificando in suis curiis & iudiciis compellantur. Ubi Gloss. verb. Et testificando, inferit: Excommunicatus ergo (majori intelligat) testificari non potest, sup. de Test. Veniens, 2. in fine. Unde si dicatur excommunicationis sententia nulla, in defectum probationum, consueverunt absolvi ad cautelam: ut ibi vides, quia non possunt testificari. Ergo adhuc Matrimonium coram Parocho excommunicato non tolerato est irritum.

His tamen non obstantibus Conclusio nostra est communis, quam Sanchez sup. disp. 2. r. n. 4. probat: quia præsentia Parochi requiritur in Matrimonio, quasi auctoritatem præstans illi per potestatem, quam habet in subditos: sed auctoritatem præstare actui suâ præsentia, non est actus jurisdictionis: ergo potest validè fieri ab excommunicato non tolerato. Probatur Minor: quia nullus actus five Ordinis, five jurisdictionis, validè potest fieri ab omnino invitò, & contrariam habente intentionem: actus enim agentium non operantur ultra eorum intentionem, l. 19. ff. de Rebus cred. initio: Non omnis numeratio eum, qui accepit, obligat; sed quoties idipsum agitur, ut confessus obligaretur. Sed præsentia Parochi omnino invitò, contrariamque intentionem habentis sufficit ad valorem Matrimonii; ergo illa præsentia non est actus jurisdictionis. Item, quia excom-

municatus, suspensus, vel irregularis, dum Parochiâ non privatur, manet in possessione, & verus Parochus est. Hæc ille.

Sed (inquit Pontius sup. cap. 17. n. 6. in fine) cum videamus etiam testes excommunicatos repelli à testimonio, & non in Matrimonii contractu, legitima hujus ratio ea censenda est, quam adduximus. Hæc ille.

Rogas: quæ sit illa ratio? Audi ipsum ibidem n. 5. Cum Concilium, inquit, tantum exigit præsentiam Parochi, quamdiu ille, quâvis censurâ irretitus, Parochus est, & ejus officium retinet, affistere potest. Et n. 6. sic ait: Hujus (Conclus. nostræ, quam ipse ibi docet) ea mihi videtur esse ratio; quia licet dictum sit à Concil. Trident. Matrimonium sine testibus & Parocho contractum, esse nullum ipso jure, non tamen invenitur decretum in aliquo jure, quòd si Sacerdos, copulans aliquos Matrimonio, sit excommunicatus, invalidum sit. Nam licet jure communi abstrahantur excommunicati ab administratione Sacramentorum; tamen universaliter intelligitur carere effectu, quando minister est de essentia Sacramenti, distinctus à suscipiente. In Matrimonio autem Parochus aliquos conjungens, non est de essentia Sacramenti, neque ut minister, neque ut suscipiens, quàmvis post Trident. sine illo contractum, sit nullum.

Idque magis explicatur seu confirmatur, quia Matrimonium, contractum ab ipsis excommunicatis valet, licet Ecclesia potuerit constituere, ut illud esset nullum; scilicet si constitueret, excommunicationem esse inhabilitatem ad contrahendum; sicut statuit consanguinitatem, aut alia impedimenta, inhabiles reddere. Atque hæc est potissima ratio hujus nostræ sententiæ. Nam cum jure novo Tridentini ea præsentia Parochi induta sit, standum est tantum his, quæ Concilium disponit, & non aliis, quæ jure antiquo disposita erant; neque enim sub antiquis excommunicationis effectibus, hic, qui nondum erat, comprehendi potuit.

Habemus exemplum in jure civili. Pater enim, qui tutorem filiis testamento reliquit, omnibus filiis reliquisse censetur, nisi voluntas refrageret: quod tunc fit, cum testator de quibusdam non sensit, qui verbo appellatorum non continebantur. Ulpianus l. Si quis ita, ff. de Testam. tut. hoc exemplo utitur § 3. dicens: Si quis cum ignoraret se filium Titium habere, filius tutores dederit: utrum his solis dedisse videatur, quos in potestate scit, an ei quoque, quem ignoravit se habere? Et magis est, ut huic dedisse non videatur, licet nomen filiorum admittat & ipsum: sed quia de ipso non sensit, dicendum est, cessare in personam ejus donationem.

Sed contra, dicit aliquis; antiquus effectus

326. Probatio Pontii.

327. Confirmatio.

Potissima ratio nostræ Conclus.

328. Exemplum simile ex jure civili.

L. 16. ff. de Testam. tut.

329. Objectio.

Actus excommunicationis est, privatio omnis jurisdictionis spiritualis, non tantum in foro Sacramentali, sed etiam in foro exteriori, ut vidimus Prænotabili 2. Si ergo præsentia sive assistentia Parochi sit actus jurisdictionis, ut Adversarii contendunt, est jure antiquo non fuerit necessaria ad valorem Matrimonii, equidem comprehensa fuit sub effectibus excommunicationis. Veluti sub iis comprehenditur dispensatio in aliqua lege, quæ lex tunc nondum erat: hæc enim dispensatio facta à Superiore excommunicato, indubie foret invalida, eò quod sit actus jurisdictionis, sicut & ipsa legis hujusmodi latio invalidè fieret à tali Superiore, ob eandem rationem.

Si ergo assistere Matrimonio, sit verus actus jurisdictionis, sicuti est legem ferre, vel in lege lata dispensare, profecto ex eo solum, quod non fuerit illa assistentia disposita jure antiquo, tanquam necessaria ad valorem Matrimonii, non audeo dicere, quod valeret facta à Parocho excommunicato non tolerato.

330. *Assistentia non est actus jurisdictionis, veluti legis latio.*
Sed nunquid est talis actus? Clarum est, quod non; cum, sicut sup. bene dicebat Sanchez, possit fieri ab omnino invito; cum tamen certum sit, neque legem posse fieri, neque in ea posse dispensari ab omnino invito. Et idem est de aliis actibus, quos supra Prænotabili 2. tanquam actus veræ jurisdictionis ex Suario retuli.

Neque proprie est actus Ordinis, ut patet ex dictis Conclus. præcedenti, ubi ostendimus, non Sacerdotem validè posse assistere. Et aliunde, etiam actus Ordinis non possunt fieri ab omnino invitis. Qualis ergo actus est? Respondent communiter DD. actus Parochi, in quantum est testis legitimus Matrimonii.

331. *An sit actus testis.*
Dicastillo. Dicastillo hæc disp. 3. n. 72. ait, neque esse actum etiam testis: neque enim Matrimonio assistere est testificari de Matrimonio; sed tantum est actus, ratione cujus sit quis conscius, ut possit testificari; ergo quamvis excommunicatus non toleratus non possit actum jurisdictionis Ecclesiasticæ validè exercere, & quamvis non possit validè testificari, interim dum est excommunicatus, poterit nihilominus validè assistere, maxime cum excommunicatus non toleratus nullibi privetur potestate assistendi.

337. *Occurrunt objectioni, & respons. ad exemplum testis.*
Avila. Neque urget ratio de Judice vel Tabellione, à quorum paritate sumit argumentum Avila de Censur. p. 2. c. 6. disp. 3. dub. 1. conclus. 5. nobis contrarius: nam & de his etiam est in questione positum, an valeant eorum acta; & de Judice quidem expressè habetur in jure, non valere; de Tabellione verò & teste dicimus, eorum acta non esse jure ipso nulla, quamvis alioquin ex consuetu-

dine infirma sint & nulla, quam consuetudinem negamus in nostro casu. Hæc ille.

Aliter respondet Sanchez ad exemplum testis, dicens n. 5. quamvis excommunicatus regulariter expellatur à testimonio ferendo, admitti tamen in casibus, in quibus admittuntur infames, in Matrimonio autem admittuntur infames.

Tertio responderi posset ex Dicastillo citato, Parochum assistentem non tolli, sed tantum inspicere illum actum, ut pro modum, absolutus ad excommunicationem possit testari.

Quarto, ut notat Coninck hic disp. 24. excommunicati debent quidem regulariter à dicendo testimonio; valide tamen admittuntur, si nemo repellat; ut patet ex c. Pia, de Exception. in 6. ibi: *Sed si postea judicatum talis exceptio proponatur, causa non impedit; sed sententia, que præsumitur minus robur debet obtinere.* Vide hanc de Cens. disp. 16. sect. 6. n. 7.

Ex his patet, quid sit respondentium 1. argumentum sup. pro oppositum non esse actum Ordinis, nec proprie jurisdictionis, sed legitimum testis, seu inspectorem modi contractum, & habentis talem qualitatem, id est, beneficium Parochiale.

Ad confirmationem respondet Sanchez sup. insinuationem donationis, coram Parocho factam, non esse proprie actum jurisdictionis; appellari autem à jurisdictione actum jurisdictionis voluntarie, non quia proprie jurisdictionis, sed ut opponatur contentio; atque ita velle dicere, non esse actum jurisdictionis contentioz, & tunc posse exco-ri extra diceceffim.

Igitur Conclusio nostra, sicut communis, ita & probabilior est, adeoque tuta in eo semper salvo, ut maneat verus Parochus, sicut reverè manere potest, quamvis excommunicatus, suspensus aut irregulariter toleratus.

Hinc Declaratio Cardinalium apud Franciacum: *Matrimonium, inquit, contractum coram notorio fornicatore valet, nisi per notitiam condemnato & confessio.* Id enim non aliter ratione statuitur, nisi quia propter notitiam concubinarum non privatur ipso jure officio Parochi, sed privandus est. At cum per contentiam & judicalem confessionem in talibus jure privatus officio, hinc fit, ut assistere queat Matrimonio. Simili ergo ratione, cum per excommunicationem majorem, suspensionem, vel irregularitatem Parochus, etiam si sit denunciatus, non sit privatus officio Parochi, ut suppono, sed adhuc verè Parochus maneat, assistere poterit Matrimonio.

Ex quo sequitur: Parochum administratione Sacramentorum interdictum, sive gregate

neraliter, ut quando propter imperitiam datur ei Vicarius vel coadjutor, aut propter aliquod crimen privatur administratione Sacramentorum: five specialiter, ut quando aliqua iusta ratione præcipit Episcopus Parocho, ne aliquos Matrimonio conjungat; nihilominus validè eos conjungere, estò foret (quod non) verus minister Sacramenti.

Ratio; quia est verè Parochus, retinetque Parochiæ titulum; etiam si fortè esset ad nutum Episcopi amovibilis, juxta Declarationem Card. sub hac forma verborum: *Uirum prohibitione factà ab Ordinario, ne Parochus aliquos desponset, ita tollatur jurisdictio Parochi, ut ad contrahendum Matrimonium contra talem prohibitionem, non sit legitimus Parochus, cum possit Ordinarius in totum, vel in partem, auferre à Parocho jurisdictionem, sicut fit quando reservantur aliqui casus? Et in proposito questione majorem vim habet, quia prædictus Sacerdos non erat principalis Parochus, nec verus proprietarius, sed annuus vicarius, qui ad nutum Ordinarii poterat removeri? Congregatio Cardinalium respondit; valere Matrimonium contractum coram Parocho, cui interdictum est ab Episcopo, ne interveniat.*

Confirmatur hæc doctrina ex cap. 2. de Matr. contr. contra. interd. Eccl. ibi: *Licet enim contra interdictum Ecclesie, ad secunda vota transire non debuerint, non tamen est conveniens, ut ob id solùm, Sacramentum conjugii dissolvatur.* Igitur Matrimonium per simplicem prohibitionem non redditur irritum: cur ergo reddatur irrita assistentia Parochi, quæ est necessaria ad valorem Matrimonii? Licet enim contra prohibitionem Episcopi aut Constitutionem simplicem Synodi, non debuerit Parochus assistere, non tamen est conveniens, ut ob id solùm, Sacramentum conjugii dissolvatur. *Nulla siquidem fieri prohibentur (scribitur cap. Ad Apostolicam, de Regular.) quæ si facta fuerint, obtinem roboris firmitatem.*

Sic quippe præcipitur Parochis secl. 24. de reform. Matr. c. 7. ne vagorum Matrimonii interfint, nisi priùs diligentem inquisitionem fecerint, & re ad Ordinarium delatà, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint. Et tamen, si contra prohibitionem illam interfint, valent Matrimonia, ut suo loco dicitur.

Et quid evidentius, quàm Matrimonia clandestina fuisse semper prohibita, non tamen propterea semper irrita? Ergo non semper, quando præcipitur aliquis actus fieri sub certa forma, ipsa est de substantia ejus, sed aliquando tantùm pertinet ad quandam directionem, ut ritè & rectè actus fiat; sed ulterius requiritur signum aliquod, ex quo colligatur, præcipientem velle id, tanquam formam substantialem præcipere, id est, irri-

tare actum contra gestum: at in Matrimonio id non colligitur ex simplici prohibitione, absque clausula irritante, ut patet ex hoc ipso Decreto Trident. de quo disputamus, in quo expressè additur clausula irritans.

Itaque tam Parochus proprietarius, quàm delegatus ad universitatem causarum, ex hypothefi, quòd tales maneat, validè assistunt contra interdictum Episcopi, aut Synodi Episcopalis; cùm enim habeat illam potestatem à Concilio generali, absque ulla subordinatione (vel hæc ostendatur) nullus eo inferior potest ipsum tali potestate privare, saltem quoad valorem, quidquid sit de licito.

Et quàmvis concederemus, Episcopum, aut Synodum Episcopalem, posse eum privare, non censetur velle privare, nisi expressè hoc declaret, per adjectionem particulæ irritantis, aut aliâ ratione: v. g. si Episcopus, instituens Vicarium, sic dicat: *Delego tibi omnes vices meas, præterquam ut possis assistere Matrimonio*, hoc ipso manifestè referat sibi illam assistentiam, auferens potestatem ab inferiori.

Adde; Matrimonium posse contrahi coram Parocho, omninò repugnante; cur non etiam invito Episcopo? Denique; præsentè Episcopo, quantumcumque repugnet Parochus, validè contrahitur: cur non etiam præsentè Parocho, Episcopo repugnante?

Si autem à me queritur; an, sicuti Parochus excommunicatus non toleratus, per se potest validè assistere, ita etiam aliis possit dare licentiam assistendi? Respondeo: DD. in hoc puncto variare: nam aliqui putant non esse eandem rationem, causantes, commissio- nem assistendi Matrimonio, censeri posse actum alicujus jurisdictionis. Ita Dicastillo sup. n. 75. cum Aliis, quos citat.

Sæpè enim, inquit hic Auctor, jurisdictionis actus est collatio facultatis, aut habitatio ad aliquem actum, qui in se non sit actus jurisdictionis, v. g. emptio aut venditio, facta à Minori ante legitimam ætatem, sinè consensu tutoris aut curatoris, sæpè non valet, nisi accedente facultate & veniâ Principis; & tamen eâ accedente valet; quàmvis autem actus vendendi, aut alienandi, non sit actus jurisdictionis, sed domini; actus nihilominus ipse conferendi sive dispensationem, sive facultatem & veniam, ut actus ille vim habeat, procul dubio est actus jurisdictionis; ac proinde in Matrimonio, licet assistentia ipsa non sit actus jurisdictionis; ipsa tamen collatio licentiæ aut facultatis ad validè assistendum, potest esse jurisdictionis actus. Hæc ille.

Et Coninck suprà n. 25. sic ait: Concilium dicit, eum debere dare alteri licentiam assistendi, quod videtur esse actus superioritatis & jurisdictionis. Nemo enim potest al-

338.

An Episcopus possit privare Parochum potestate valide assistendi.

Alia probatio nostra doctrina.

339.

An Parochus excommunicatus possit alteri dare licentiam assistendi.

Dicast. p. 28. illam concessionem posse esse actum jurisdictionis.

340.

Idem docet Coninck, & probat.

teri dare licentiam aliquid faciendi, nisi habeat aliquam jurisdictionem aut dominium, vel in eum, cui dat licentiam, vel in rem, circa quam dat licentiam aliquid faciendi, ut patet in omnibus similibus locutionibus. Ita Suarez de Cens. disp. 14. sect. 1. n. 7.

Suarez.

Confirmat.

Confirmatur; quia hæc licentia non tantum requiritur, ne juri ipsius Pastoris præjudicetur, sicut requiritur licentia, ut possit quis non subdito dare Extremam Unctionem; sed ut assistens qualificetur atque idoneus fiat, ut assistat. Qualificare autem aliquem, videtur omnino esse actus jurisdictionis. Ita Coninck.

341.

Secundum

Suarez ex-

communicatus

non potest

dare licentiam

conferendi Ex-

tr. Vnctionis.

Accedit: quod, secundum Suarium sup. Parochus excommunicatus non possit dare licentiam Religioso ad conferendum Sacramentum Extremæ Unctionis: nam, inquit ille, licet ungere, formaliter ac per se non fit actus jurisdictionis, sed Ordinis; tamen dare licentiam unguendi, actus jurisdictionis est. Et rursus; licet ad validè unguendum non sit necessaria jurisdicctio; ad unguendum tamen licet & jure, necessaria est vel jurisdicctio propria, vel licentia valida, ab eo manans, qui ad eam dandam usum jurisdictionis habeat. Cùm ergo constat, excommunicatum, hunc usum non habere, certum existimo, neque ipsum posse talem licentiam dare, neque alterum illà uti. Hæc ille.

342.

Illam licentiam

non potest

concedi à

Parocho in

vivo, nisi illi

habeat

Denique ratio Sanchii, ex qua supra probavimus, ipsam assistentiam non esse actum jurisdictionis, scilicet, quia fieri potest invito Parocho, constat in hoc casu non habere locum; cùm illa licentia nullatenus possit concedi à Parocho invito; nam est actus voluntatis Parochi, qui ab omnino invito nequit procedere. Et hæc quidem procul dubio reddunt illam sententiam probabilem.

Sanchez ex-

firmat non

esse actum

jurisdictionis

nis.

Interim opposita est communior, quam, ut probabilior, tenet Sanchez sup. di sp. 21. n. 7. dicens: Secunda sententia probabilior ait, non esse actum jurisdictionis, ac proinde tam licentiam sic concessam, quam Matrimonium valere.

343.

Probatio.

Probatur: quia concessio illius facultatis non est actus Parochi formaliter, in quantum habet jurisdictionem, sed in quantum est testis legitimus Matrimonii, & simul habens facultatem substituendi, ad eum actum testificandum: sed si aliquis haberet mandatum, ad contrahendum nomine alterius, potestatemque substituendi, illa substitutio est quidem actus potestatis substituendi, non tamen est actus jurisdictionis, ut constat, validèque ab excommunicato fieret: ergo validè conceditur ea licentia à Parocho non tolerato. Hæc est præcipua probatio illius sententiae, quæ etiam utitur Pontius sup. c. 17. n. 14. Averfa hic q. 6. sect. 4. §. Si verò Parochus, & Alii.

Pontius.

Averfa.

Eam, paululum immutatam, his verbis adducit Dicastillo sup. n. 74. Collatio licentiae non est actus jurisdictionis; neque enim est institutio judicis, sed tantum est quædam designatio spectatoris Matrimonii, ut patet de eo testificari, facta ex ordinatione Tridentini, à quo Sacerdos, dicta designatione supposita, accipit potestatem ad id, & non Parochus; quia, eà supposita, Sacerdos qualificatur à Trident. ad id, & non à Parocho. Unde collatio dictæ licentiae non videtur actus potestatis Parochi ut Parochus est, sed actus auctoritatis, à Trident. annexæ Parochi. Ita argumentantur aliqui Recentiores, inquit Dicastillo.

Ipsè autem n. 75. tamquam probabilior docet oppositum, propter rationes sup. adductas. Et n. 77. respondet ad hoc argumentum: falsum est, eam potestatem esse, ut possit testificari, non esse à Parocho, sed à Tridentino, tantum supposita signatione à Parocho: nam exprobat contra met Trident. ait, eam assistentiam potestatis debere fieri, De ipsius Parochi facultate licentia: ubi expendenda est vox Parochi licentia, quæ nihil clarius videtur interpretari. Hæc ille.

Et, ut verum fatear, clarissimum est, illa voce, quod Parochus det licentiam, non autem datio illius licentiae, fit actus aliquis jurisdictionis, qui proinde neque procedere validè ab excommunicato non tolerato, haud satis clare probatur ex illa voce. Nam, ut ostenditur in exemplo Sanchii, exemplo, inquam, Procuratoris, qui habet facultatem alium substituendi, non semper concessio alicujus facultatis, seu licentiae, est actus jurisdictionis.

Cùmque decretum illud Trident. sit contra actum juris antiqui, In obsequium, quæ non est, sed, sequitur, l. 9. ff. de Reg. jur. contra eum, qui legem dicere potest, interpretacionem facimus, quæ sanè dixisset Concilium: Quæ autem præsentè Parocho non excommunicato, vel Sacerdote de ipsius Parochi seu Ordinarii excommunicati licentia &c. Sic enim censeri fuisset sopita, aut veritas nunquam fuisset exorta hæc controversia.

Et hoc est, quod dicit Porcius sup. n. 14. eum probat suam sententiam; Nec, inquam, Parochus excommunicatus prohibitus est substitui re jure novo Tridentini, quo in hæc utitur.

Et ibidem sic ait idem Auctor: Alii probant: quia Episcopus & Ordinarius excommunicatus potest alteri concedere facultatem audiendi Confessiones & ministrandi Sacramenta. Sed non placet ea ratio. Necessario eam licentiam excommunicatus non toleratus potest concedere, ut in materia de excommunicatione tradunt DD. ea enim licentia

tiæ concessio ad Sacramenta ministranda, actus jurisdictionis, est, quæ pro commissio sibi munere ipse ministrare deberet suis ovis. Hæc ille.

Ego autem dico: esse magnam differentiam inter auditionem Confessionis seu Absolutionem Sacramentalem, quæ est verus & proprius actus jurisdictionis, & ministratiorem aliorum Sacramentorum, v.g. Extremæ Unctionis, quæ non est actus propriæ jurisdictionis, id est, per quem dicitur jus inter partes. Et ideo quævis concessio licentiæ absolventi foret actus jurisdictionis, quia ipsa Absolutio est actus jurisdictionis; non inde tamen rectè videtur inferri: ergo etiam concessio licentiæ ungenti est actus jurisdictionis, quoniam ipsa Unctio non est actus jurisdictionis.

Nec obstat exemplum emptionis aut venditionis, factæ à Minori, quo utitur Dicaltillo sup. nam disparitas est: quod facultas seu concessio facultatis, à Principe facta, sit vera dispensatio in jure communi, quo alioquin talis emptio & venditio irritatur; porro dispensatio in lege, absque dubio est actus jurisdictionis, sicut & ipsa legislatio.

Jam autem in nostro casu nulla intervenit dispensatio in aliqua lege; sed solummodo Parochus, juxta potestatem, sibi factam à Tridentino, alium substituit suo loco, tanquam spectatorem contractûs, cum aliis duobus vel tribus, ut suo tempore possint de eo testari.

Sicut ergo, dicit aliquis, non exercet actum jurisdictionis, qui vocat alios duos vel tres testes; ita quoque non videtur exercere actum jurisdictionis, qui vocat Sacerdotem, ut cum illis aliis duobus vel tribus interfuit illi contractui. Et sicut non qualificantur alii testes, quando vocantur & designantur, ut sint spectatores illius contractûs; sic quoque non qualificatur alius Sacerdos, quando à Parocho designatur, ut spectator illius contractûs; sed hoc ipso, quod Sacerdos est, habet omnem qualitatem requisitam à Trident. ut loco Parochi possit assistere.

Respondeo: planè habet, ut possit assistere, sed non ut assistat; nam præter qualitatem Sacerdotii requiritur licentia Parochi, quæ tamen non requiritur, ut hic vel ille tanquam testis assistat; adeoque non videtur valere argumentum à testibus ad alium Sacerdotem.

Quidquid sit de hoc, sive valeat istud argumentum, sive non; ex dictis satis patet, non valere hic argumentum, desumptum ex Sacramento poenitentiae, de quo omninò diversa est ratio. Quantum autem ad Sacramentum Extremæ Unctionis, & alia Sacramenta, est etiam dispar ratio, secundum Sanchezium sup. n. 9. quia, inquit ille, ad cætera

Sacramenta licitè ministranda, desideratur potestas Ordinis & jurisdictionis: unde Parochus concedens alteri, ut possit ea ministrare, transfundit in illum jurisdictionem, actumque jurisdictionis exercet: at verò Sacramentum Matrimonii non petit jurisdictionis usum, sed tantum habitualem jurisdictionem in assistente, vel licentiam assistendi concedente.

Præterea; sicut Parochus non toleratus, privatus est activâ Sacramentorum administratione, ita etiam potestate concedendi alteri licentiam ministrandi; & sicut non est privatus potestate assistendi, ita nec potestate dandi prædictam licentiam. Hæc ille.

Sed contra primum; ad assistendum licitè & validè Matrimonio, requiritur etiam jurisdictionis talis, qualis requiritur ad ministrandum Sacramentum, v.g. Extremæ Unctionis. Quippe nemo licitè & validè assistit, nisi proprius Parochus, vel alius de licentia proprii Parochi; sicuti nemo licitè ministrat Extremam Unctionem, nisi proprius Parochus, aut alius Sacerdos de licentia proprii Parochi. Ex quo ergo probatur, quod requiratur major, aut alia jurisdictio ad ministrandum hoc Sacramentum, quam ad assistendum Matrimonio? Immo major videtur requiri ad assistendum Matrimonio; quoniam in necessitate quilibet licitè inungit; non autem quilibet Sacerdos licitè & validè assistit Matrimonio, ut supra cum Sanchezio & Aliis dictum fuit.

Et confirmatur: quia etiam Concilium non dixisset: *Vel alio Sacerdote de ipsius Parochi seu Ordinarii licentia*, posset Parochus eam licentiam concedere, cum sit Ordinarius, atque ita delegare possit: si autem id non pertineret ad jurisdictionem, nullo modo posset, sicut procurator, datus ad contrahendum Matrimonium, non potest substituere, nisi specialiter sibi concedatur; c. fin. de Procur. in 6. Ergo dare illam licentiam pertinet ad jurisdictionem.

Respondet Sanchez sup. Tridentino non concedente Parocho licentiam substituendi; fore ut non posset substituere; censeretur enim personæ industria electa, ut majore fide testimonium esset dignum. Sicut in simili docet Hostiensis cap. *Cum Bertholdus*, vers. *Verum quarta pars*, de Sent. & re jud. ubi dicit cenleri electam industriam personæ, quando certus tabellio electus est ad depositionem testium scribendas, fideique suæ esse commissum. Hæc ille.

Verum, salvo meliori, hoc simile nimium claudicat; siquidem Concilium Trident. non eligit certum Parochum, sed unicuique, qui verus est Parochus, illam assistentiam concedit, sive concedit officio Parochi. Sicuti idem Concilium sess. 24. de Refor. c. 6. concedit

350. Arg. contrâ.

Confirmatur.

351. Resp. Sanchez.

352. Improbatur.

347. Respon. ad exceptionem...

348. Arg. aliquod...

Respon.

349. Dispar ratio...

cuiuslibet Episcopo potestatem dispensandi in irregularitatibus, provenientius ex delicto occulto; itemque absolvendi à casibus occultis, Pontifici reservatis, per se ipsos aut Vicarium, ad id specialiter deputandum.

Sanchez.

Ubi non censetur electa industria personæ, ut ipse Sanchez expressè docet, lib. 2. de Matr. disp. 40. n. 17. in solutione ad 2. defumptum ex d. cap. Tridentini. Dandum est (inquit ille) posse (Episcopum) generaliter delegare, Primò: quia non eligitur industria personæ; si eni eligeretur, nec generaliter, nec specialiter posset Episcopus delegare. Item; quia quoties aliquid conceditur Prælati præsentibus & futuris in perpetuum, non potest dici electam esse industriam personæ, cum personæ incognitæ delegetur. Hæc ille.

353.

Sententia Aversa quod Parochus potest dare licentiam assistendi, et si Concil. id non expressisset.

Quis autem non videt, idem dici posse de potestate assistendi Matrimonio, concessa Parocho in dicto Decreto Conc. Trident. sess. 24. de Reform. Matr. c. primo? Hinc Aversa hic q. 6. sect. 4. in principio, sic ait: Idem Concilium expressit, posse alium Sacerdotem de licentia Parochi assistere Matrimonio. Sed etiam Concilium id non expressisset, id de jure communi & ordinario fieri poterat: quia Parochus in iis, quæ spectant ad suum officium, potest alterum delegare, potest vices suas alteri committere: cum nempe ipse habeat ordinariam, & non delegatam jurisdictionem, atque ita potest delegare. Hæc ille.

354.

Subsumo ego; atqui delegare est actus jurisdictionis ordinariæ; ergo Parochus excommunicatus, non toleratus, non potest validè delegare illam assistentiam alii Sacerdoti.

Ad hoc argumentum non inveno responsionem apud Aversam, qui tamen cum Sanchio & Aliis docet, licentiam ab illo Parocho datam, validam esse: non aliam, inquam, responsionem inveno, quam quod hic actus non sit propriè actus jurisdictionis, licet impropriè dicatur talis, ad differentiam actus Ordinis: sed propriè sit actus substituendi alterum, ad testificandum pro se, sive ad assistendum in Matrimonio.

Illam concessionem licentia, non est actum jurisdictionis, probatur exemplo Procuratoris.

Quare sicut assistere dicebatur, non esse propriè actus jurisdictionis, sed testificationis, ita quoque substituere alterum ad assistendum. Sicut etiam aliquis constituens pro se Procuratorem ad contrahendum, & Procurator ipse substituens alterum, habens ad id potestatem à suo Principali, non per hoc exercet propriè actum jurisdictionis: sed delegat vicem suam alteri, juxta naturam ipsius actus perficiendi. Hæc ille.

355.

Ego autem quæro ab Aversa: Procurator, constitutus ad contrahendum, potest alterum substituere, si ad id non habeat potestatem à suo Principali? Patet quod non, ex cap. fin.

de Procur. in 6. adeoque non tam Procurator, quam Principalis censetur substituere, relicta designatione substitui Procuratori. Jam autem, secundum hunc Auctorem, nempe Ecclesia specialiter non committit Parocho substitutionem, equidem posset substituere, adeoque ipse est, qui propriè substituit, & non Ecclesia. Ergo exemplum illud Procuratoris, multum dissimile est, ac potest inde ab eo non sumitur efficax argumentum juxta principia Aversæ. Et hinc Sanchez negat, ut superius vidimus, Parochum potest substituere, seclusâ speciali committente Concilii, non videns alium modum subvertendi hoc argumentum.

Omnibus ergo perlectis & pertractatis satis inclinor in sententiam Conicæ, Dositheorum & Aliorum, dicentium, Parochum excommunicatum non toleratum, potest validè assistere; quousque aliquis aliter probaverit, Parochum de jure communi & ordinario non posse alteri delegare assistentiam, sed solum ex specialis Communionis Concilii.

Interea quæro; an sicut validè potest assistere, ita etiam licitè potest validè assistere per alterum, sine dubio nec licitè: si autem validè, tunc est eadem quæstio: ad quam responderi Sanchez lib. 3. disp. 21. num. 8. Videtur peccare, qui quod communicet cum aliis, quod interdicitur est excommunicato. Sed dicitur est, ex hac parte non peccare, assistendo Matrimonio, quia cum spectet ad suum officium, communicat in re necessaria; et alia autem parte videtur peccare; quia videtur actus jurisdictionis, benedicere sponso illius verbis, que precipit Concil. Trident. sess. 24. de Matr. c. 1. *Ego vos conjungo* &c. non tamen excedit venialem culpam; quia in nullus est peccatum, & res est parvi momenti, nec communitur ad Sacramentum, & si omitteretur verba, tantum esset veniale; & tantum mortaliter excommunicatus usurpavit jurisdictionem, quando immiscetur aliquo injustitia. Non peccaret autem Parochus toleratus, concedens alteri licentiam, quia ibi nullam exercet jurisdictionem. Hæc ille.

Oppositum docet Pontius supra c. 17. n. 11. ubi sic scribit: Tertio colligitur Perceptor excommunicatus, assistentem Matrimonio, peccare quidem ex vi ejus juris, in quo prohibita est excommunicato communicatio cum fidelibus. Sentit nobiscum Gabr. Valquez de Excom. dub. 7. n. 7. Est enim communicatio, non quidem in Sacramento, et enim communicatio tantum est inter fumentem & ministrantem; sed in sacris, qualis communicatio est in divinis officiis, Missa audiendo, & aliis ejusmodi, quam communicatio non

etiam Covar. asserit esse mortale peccatum. Nec verò dici potest; Parochum illum communicare in re necessaria, & ideo excusari, ut indicare videtur Tho. Sanchez lib. 3. disp. 21. n. 8. neque enim Sacramentum Matrimonii videtur esse necessitatis; idque exemplo testis idonei; excommunicati tamen, confirmari potest. Immo addiderim, non esse venialem culpam; est enim communicatio in re adeo gravi & sacra. Hęc ille.

Cum hac tamen limitatione, nisi fortè ob gravem necessitatem excusaretur. Sic enim ait n. 12. Quartò colliges cum Franc. Suarez disp. 11. de Censur. n. 24. non peccare, quando in articulo mortis esset necessarium assistere; sicut dicimus de excommunicato Sacerdote, qui in articulo extremæ necessitatis ministrat penitentiam. Potest enim evenire hujusmodi casus, in quo moraliter necessarium sit, vel ad salutem spiritualem hominis morientis, vel ad magnum commodum temporale filiorum, ut in articulo mortis uxorem ducat, quam usque ad illud tempus in concubinam habuerat, & quòd nullus alius adsit Sacerdos vel Parochus, nisi excommunicatus, qui interesse possit.

In eo certè casu, quantum est ex parte censuræ; dubitari non potest; quin licitè possit hujusmodi Sacerdos adesse Matrimonio. Si enim licitè potest ministrari Sacramentum ab excommunicato in eo articulo; censetur enim Ecclesia pro eo tempore excommunicationem suspendere; multò magis hoc verum erit in Matrimonio, in quo non est minister, sed testis jure Ecclesiastico qualificatus. Similiter etiam Parochus excommunicatus, assistens Matrimonio, excusaretur à peccato, metu mortis incusso. Hęc ille.

Quem sequitur Coninck hic disp. 27. n. 24. ibi: Videtur talis peccare, quia in re gravi & sacra, contra prohibitionem Ecclesiæ cum aliis communicat: nisi fortè ob gravem necessitatem excusaretur: ut si conjuges nullà ratione possent contractum differre: nec esset alius, qui posset assistere; nec ipse prius posset absolutionem obtinere. Ita Coninck.

At verò Dicastilloni sup. n. 78. magis placet sententia Sanchez, scilicet non peccare assistendo, vel dando alteri licentiam assistendi; quia, inquit, quàmvis in his duobus communicet cum aliis, id tamen efficit propter utilitatem, vel potiùs necessitatem contrahentium, cum absque Parocho, vel alio Sacerdote, de licentia illius, contrahere non possint, ac proinde neque ipsi contrahentes peccant. Hęc ille.

Quærit aliquis, quid ego sentiam? Respondeo: tam contrahentes, quàm Parochum peccare, quando commodè Matrimonium

potest contrahi coram Ordinario, vel alio Sacerdote, non impedito, de licentia Ordinarii. Non enim assistere Matrimonio, ita est munus Parochi, quin licitè & validè possit fieri ab Episcopo.

Sicuti ergo Parochus excommunicatus, non toleratus, nequit administrare Sacramenta, nisi in casu necessitatis, tametsi alioquin ad suum munus spectet ea administrare; ita etiam nequit assistere Matrimonio, nisi in casu necessitatis (qui non semper occurrit) tametsi alioqui ad suum munus spectet assistere.

Corruit igitur ratio Sanchii suprà: quia cum spectet ad suum munus, communicat in re necessaria; corruit, inquam hæc ratio, nam, ut jamjam dixi, etiam spectat ad suum munus administrare Sacramenta; ergo administrando communicat in re necessaria, & ideo non peccat; negatur Consequentia. Quippe licet ad suum munus spectet; equidem non sic, quin ab aliis possint illo tempore, quo ipse excommunicatus est, Sacramenta ministrari & suscipi.

Atque hæc multò magis vera sunt in sententia, quæ docet, Parochum esse ministrum Sacramenti Matrimonii; tunc enim, quæ aliorum Sacramentorum, eadem est ratio Matrimonii, quantum ad hoc ministerium, & peccatum, quod in eo committitur ab excommunicato non tolerato. Quapropter in illa sententia non solum peccaret assistendo, sed etiam incurreret irregularitatem (sicuti incurreret administrando Extremam Unctionem) quia, secundum illam sententiam, assistens debet ex institutione Christi esse Sacerdos, ut Matrimonium prout est Sacramentum valeat, adeòque assistentia illa est actus Ordinis.

Si ergo Parochus excommunicatus non toleratus, sit Sacerdos, & velit non solum assistere Matrimonio, ut contractus est, sed etiam Sacramentum Matrimonii ministrare, in illa sententia fiet irregularis. Secus in nostra, quæ docet, illam assistentiam non esse actum Ordinis; sed Matrimonium valere tam in ratione contractus, quàm Sacramenti, tametsi Parochus non sit Sacerdos; cum ipse non sit minister Sacramenti, nec ut talis assistat, sed tanquam testis qualificatus aut inspector Matrimonii, quod ipsi contrahentes ministrant tam in ratione contractus, quàm Sacramenti. Et idem dicendum de alio Sacerdote, qui ex licentia Parochi assisteret.

Sed nunquid valeret Matrimonium, cui tanquam minister Sacramenti Parochus excommunicatus non toleratus assisteret? Respondeo affirmativè: quia nimirum ea, quæ non requirunt jurisdictionem, sed solum Sacerdotalem vel Episcopale Ordinem,

Q9993 valida

362. Exortitur fundamentum Sanchii.

363. An Parochus excommunicatus assistens fiat irregularis.

364. Valer Mat? cui rãquam minister assistit Parochus excommunicatus.

valida sunt, si fiant ab eo, qui habet talem Ordinem, dummodo servet in reliquis debitum ritum, etiamsi censurâ, vel aliâ viâ sit actio prohibita; quia censurâ vel prohibitione non auferitur aliquid, quod sit de necessitate actionis, nec pendet actionis valor ex bonitate operantis.

Valet Confirmatio aut Ordo collatus ab Episcopo excommunicato.

Sic Omnes fatentur, valere Confirmationem aut Ordinem, collatum ab Episcopo excommunicato non tolerato; similiter Extremam Unctionem, collatam à Sacerdote excommunicato non tolerato; cur ergo etiam non valeret Sacramentum Matrimonii? Quâvis enim Christus potuerit facere, ut Sacramenta à se instituta, si fierent à ministro prohibito, non valerent; de facto tamen Christus noluit tollere valorem.

365. Valet solennis benedictio nuptiarum data à Parocho excommunicato, ex Dicast.

Ex quo deducit & probat Dicastillo sup. n. 72. solennem benedictionem nuptialem, datam à prædicto Parocho excommunicato, suspendo, irregulari, valere. Potuisset quidem, inquit ille, Ecclesia irritam reddere ejusmodi benedictionem, si voluisset, cum ea dependeat ab ipsius Ecclesiæ institutione; de facto tamen noluit valorem tollere, sed simili modo eas actiones voluit valere; nec apparet aliquod verbum aut caput, unde colligatur, Ecclesiam eam irritam esse voluisse.

366. Putat Suarez talem Parochum incurvere irregularitatem.

Citar autem pro hac sententia Dicastillo Suarium de Censuris disp. 11. sect. 3. n. 9. Sed ibi nihil simile reperio: porro n. 19. sic lego. Alius concursus Parochi circa Matrimonium esse potest ad solennem benedictionem conjugum, quæ non est administratio alicujus Sacramenti, sed cujusdam ceremoniæ seu Sacramentalis, ad solennem ritum Matrimonii pertinentis; & de hoc actu communis sententia est, sufficere ad irregularitatem contrahendam, quia illud ministerium est proprium Sacerdotis ratione sui Ordinis: nam licet illa actio Ecclesiastico jure instituta sit: tamen ex eadem institutione requirit, ut ministrum necessarium Sacerdotem, ut constat tum ex ritu præscripto ad illam benedictionem, tum ex communi usu Ecclesiæ, tum etiam ex c. 1. & 3. de Secundis nuptiis, & non nihil etiam favet Ilidorus in c. 1. dist. 25. ubi ad Sacerdotem ait inter alia munera pertinere, Benedicere dona Dei.

367. Probatio.

Supponit autem hæc sententia, propter omnem usum Ordinis, præsertim sacri, etiamsi accidentaliter & secundarius sit, incurri irregularitatem, dummodo tam gravis sit, ut ad peccatum mortale contra censurâ prohibitionem sufficiat. Quod autem illa benedictio solennis conjugum, sit materia gravis, & sufficiens ad peccatum mortale, contra censuram, certissimum mihi videtur; quia est publicum & solenne mini-

sterium Sacerdotale, plures continens benedictiones & benedictiones; ac denique est proprius ministerio proprii Ordinis Sacerdotalis, hæc tamen Suarius, Ubi etiâ nihil determinat de valore & invaliditate istius benedictionis.

Igitur loco Sect. 3. legendum est Sect. 2. ubi expressè meminit illius benedictionis & docet generalem & communem sententiam, ea omnia, quæ jurisdictionem non requirunt, sed solum Sacerdotalem, Episcopalem Ordinem, valida esse, si minister talem Ordinem habeat, & in tali debito ritum servet, etiamsi excommunicatus sit.

Sed his videtur contrariari, quod ait Sanchez lib. 3. disp. 21. n. 8. videtur contra jurisdictionis, benedicere sponso illi, quæ præcipit Trident. sess. 24. de Matrim. *Ego vos conjungo* &c. Si hæc benedictio detur actu jurisdictionis, quidam canonici benedictio solennis, quæ requiritur Sacerdotalem, & præterea totum, quod benedictio, videlicet, ut fiat à parochio, vel alio Sacerdote, de quibus supra. Si autem est actus jurisdictionis, videtur invalida, sicut alii actus jurisdictionis, de quibus supra. Si autem est actus jurisdictionis, de quibus supra, non ponionem expectabo à doctorebus. Inter hæc subscribo novam Conclusionem, quæ hæc habet:

CONCLUSIO X.

Valet Matrimonium, contractum coram Parocho, habente titulum coloratum, cum errore communi.

Circa hanc Conclusionem multum proponenda & dissolvenda, in loco proposita & dissoluta sunt, in Disp. 7. Sect. 2. Conclus. 5. *Existente titulo colorato cum errore communi, Ecclesia supplet defectum in jurisdictione, puta defectum jurisdictionis, ad Absolutionem Sacramentalem, de qua ibi tractatur. Si autem in Sacramento penitentiae supplet illum defectum, videlicet, titulum coloratum, cum errore communi etiam in Sacramento Matrimonii suppleat defectum non jurisdictionis, sed dignitatis seu dignitatis Parochialis, si forte pro errore communi, propter titulum coloratum, putetur in aliquo esse, in quo verà non est?*

Profectò non minus periclitatur bonum commune in uno Sacramento, quam in alio, quod tamen bonum commune unica ratio est, quare Ecclesia suppleat defectum in Sacramento Penitentiae. Unde absurdum fore-

ret seu irrationabile, quod in uno Sacramento vellet supplere, & non in altero, cum in utroque possit supplere (nam qualitas illa Parochi solum requiritur ex constitutione Ecclesie ad valorem Matrimonii, ut patet ex dictis) & nulla omnino sit excogitabilis ratio, quare minus vellet succurrere bono communi in Sacramento Matrimonii, quam in Sacramento penitentiae; & aliunde ad Ecclesiam spectat providere bono communi, quantum commodè fieri potest.

371. Igitur ea omnia, quae loco superius allegato pro d. Concluf. adducta sunt, pari passu hoc loco pro praesenti Concluf. adduci possunt, & debent; & quae contra eodem modo hic, sicut ibi, solvenda sunt. Atque sicut ibi doctrinam illam de Iudice colorato seu putativo, qui à principio institutus fuit per legitimum Superiorem, extendimus ad Iudicem intrusum, ut sic loquar, id est, qui à principio institutus fuit ab illegitimo Superiore, vel se ipsum sine titulo & Auctoritate legitimi Superioris intrusit, v. g. in Officium Parochi, & jam communiter ab omnibus habetur Parochus; sic itidem in praesentiarum extendimus hanc Conclusionem ad simile Parochum, quidquid Sanchez contradicat sup. disp. 22. n. 63. ubi sic ait: Secundo infertur decisio eujusdam quaestionis conscientiae, de qua consultus sum. In oppido quodam abfuit Parochus, Concilium oppidanum simplicem Sacerdotem loco Parochi substituit, qui biennio omnia Parochi ministeria obiit, communi omnium opinione verus Parochus existimatus. Dicendum est, Sacramenta Confessionis & Matrimonii, quae ad sui valorem, jurisdictionem Parochi desiderant, invalida fuisse, & prorsus iteranda: quia defuit titulus in Parochi illo praesumpto, collatus à legitimo Superiore Ecclesiastico (Concilium enim oppidanum jurisdictionem Ecclesiasticam conferre non potuit) in quo casu nihil proficit communis error. Hæc ille.

372. Sed oppositum nos docuimus loco supra allegato de Confessionibus, cum Pontio sup. c. 20. n. 2. & seqq. & idè cum eodem Auctore ibidem, oppositum docemus etiam de Matrimonii. Hic (inquit Basil. n. 6.) quæso Lector animadvertat, quanta animorum perturbatio sequeretur, si omnia Sacramenta Matrimonii, & Confessionis fuissent invalida.

373. Quod si quis nobis opponat, eandem perturbationem sequi, si Parochus sine intentione ministrasset, & tamen planum est, Sacramenta Confessionis, Baptismi, & alia in eo casu non valuisse; in promptu est responso: est enim longè diversa ratio; quia intentio in Sacramentis jure Divino requiritur;

jure autem humano applicatur jurisdictioni materia, & ita jus facit, quod potest, ad evitandam rerum perturbationem, & ita censetur in his casibus jurisdictionem contulisse, vel materiam applicasse. Ita Pontius.

Itaque ratio Concluf. est, voluntas Ecclesie, quæ potest in tali casu jurisdictionem seu dignitatem Parochi supplere, & tanquam pia mater censetur velle supplere ad evitandam maximam perturbationem suorum filiorum, quæ proculdubio oriretur, si Matrimonia illa forent invalida.

Valent ergo; arg. l. Barbarius, ff. de Offic. Prætorum, l. 2. Cod. de Sentent. & interloc. Novell. 44. c. 1. in fine, & denique cap. 1. 3. q. 7. Et quamvis in illis iuribus (quorum verba videre poteris loco supra citato ex disp. 7.) nulla fiat expressa mentio Matrimonii, uti nec Confessionis seu iudicii Sacramentalis, sed tantum iudicii fori externi; equidem communi consensu omnium DD. extenduntur ad iudicium fori Sacramentalis, & ad Sacramentum Matrimonii; saltem quando adest titulus coloratus, de quo casu, tanquam certiori, loquitur Conclusio.

Quam veram existimat Sanchez supra n. 61. non solum quando contrahentes ignorant Parochum assistentem vero titulo carere, sed etiam dum probè id noverunt, dummodo communiter erretur, id est, communiter existimetur habere verum titulum. Et idè additur in Concluf. Cum errore communi, quem solum jura supra allegata attendunt; quia hic solus est, qui potest causare perturbationem animorum, cum notabili nocumento boni communis.

Ergo sicut error particularis contrahentium non sufficit, ut Matrimonium valeat coram Parocho colorato; ita etiam non officit ejus valori, particularis scientia contrahentium; quippe planè accidentaria est, & rarissimè contingens; leges autem attendunt, non quæ rarè & in particulari casu contingunt, sed quæ communiter accidunt; l. 5. ff. de LL. Næ ad ea potius debet aptari jus, quæ & frequenter & facillè, quam quæ perrarè eveniunt.

Valet igitur Matrimonium, licèt is, cui concedit Parochus licentiam assistendi, sit merus laicus, si communi aestimatione & errore credatur Sacerdos, pro tali publicè se gerens. Quia quamquam Parochus non possit dare licentiam non Sacerdoti, ut diximus Concluf. 8. at concurrens titulus praesumptus, scilicet licentia à Superiore potènti concessa, estque communis error, & impedimentum, ob quod invalida fuit, est solius juris humani, in quo casu jus supplet defectum, & gesta per talem valida sunt, ut hic & alibi probatum fuit ex jure communi.

Sicut

373. Probatio Conclus. ex ratione.

Et ex jure. l. ff. de Offic. Prætor. c. l. 2. C. de Sent. &c.

374.

Quare addatur in Conclus. Cum errore communi.

Error particularis contrahentium non sufficit, nec scientia officii.

L. 5. ff. de LL.

375. Quod si Parochus det laico licentiam assistendi, valet cum communi errore.

Probatum à simili.

Sicut si Tridentinum disponderet, ut soli Sacerdoti Catholico, posset dari licentia assistendi Matrimonio; valeret utique, si assisteret Sacerdos hæreticus, communi errore existimatus Catholicus, ex licentia Parochi; quia vitium illud, ob quod licentia nulla fuit, erat solius juris humani, communiterque latebat.

376. Occurrit objectioni.

C. 3. q. 7.

Et quàmvis hic, cui conceditur licentia, sit delegatus, nihil officit; arg. cap. *Infamis*, vers. *Verumtamen*, 3. q. 7. ibi: *Si servus dum putaretur liber, ex delegatione sententiam daret &c. sententia, ab eo dicta, rei judicatae firmitatem tenet.* Ubi aperte sermo est de iudice delegato, & tamen ejus sententia sustinetur, cum verus iudex non esset, propter communem errorem. Ergo etiam sustinendum est Matrimonium, cui talis delegatus assistit.

Hæc doctrina vera est, etsi Parochus solum haberet titulum præsumptum.

Quod verum est, tamen etiam ipse Parochus, concedens licentiam, haberet tantum titulum præsumptum, collatum à legitimo Superiore, invalidum tamen ob vitium occultum; immo, secundum nos, tamen si foret intrusus; quia talis Parochus, dum tituli nullitas, aut intrusio communiter laet, validè gerit omnia, ad Parochi munus spectantia. Similiter valeret Matrimonium, si licentiam, legitime concessam, occultè revocasset, stante communi revocationis errore. Quia retinetur adhuc licentia, ob titulum initio habitum, & communem errorem.

377. Quid si Parochus ipso facto fuerit privatus beneficio?

C. 28. de Præb. in 6.

Ex his inferitur 1. quàmvis Parochus ipso facto privatus fuerit beneficio, v. g. quia intra annum non est promotus ad Sacerdotium; si ipse vel alius Sacerdos, de ejus licentia, assistat Matrimonio, validum esse; quia nondum possessione spoliatus est, & quàmvis illa non spoliatur, præsumitur habere justam retinendi causam; arg. cap. 28. de Præb. in 6. *Licet Episcopus beneficium, quod cum animarum cura tenebas (postquam aliud recepisti consimile, ac ipsius possessionem pacificam habuisti, vel per te stetit, quò minus haberes eandem) possit alteri de jure conferre: illum tamen cui contulerit, non debet, te non vocato (cum tibi forsitan jus possit competere retinendi) in possessionem ipsius inducere corporalem.*

Ubi Gloss. verb. *Te non vocato*, infert: *Non ergo removebitur possessor à sua possessione vel quasi, sine cause cognitione: ex quo titulo possidet, licet injusto, i. 6. q. 4. Volumus.* Et multis interjectis, in fine sic ait: *Et quod hic dicitur, idem intelligo secundum prædictos DD. in omni eo casu, in quo privatus est quis ipso jure &c.*

378. Sufficit possessio facti, secundum Sanchez.

Jam autem, secundum Sanchez supra n. 56. ut gesta talis Parochi valeant, sufficit possessio, etiam tantum facti, ibi: *Et ait bene Navarrus eod. cap. Placuit, de Pœnit. dist. 6. n. 179. & sequenti, idem esse dicen-*

dum, quando ipso facto ob crimen esset privatus beneficio & possessione: nam dum non est notoria privatio, retinetque possessionem facti, valent omnia gesta per illum. Sanchez.

Et n. 58. docet, probabilius idem dicendum esse, quando privatio esset per hominis sententiam, concurrente communi errore. Quia, inquit, ut ait Baldus l. 1. n. 12. *Collo. Testam.* quædam reliquæ remanentur, notatur l. *Et si pluribus*, ff. de Auct. tunc. Item; quia est error communis, certus à p. fto tituli initio. Ita Sanchez cum Aliis quos citat.

Sed quid si Parochus fide concedit licentiam Sacerdoti, assistendi Matrimonio id est, absque vera intentione concedendi, sed solis externis verbis? Pet. de Ludo de Matr. q. 45. art. 5. p. 3. dub. 4. fol. 4. colum. 2. in fine ait: non valere Matrimonium, coram tali Sacerdote collatum. Idque à simili probat; quia confessio Sacerdoti, cui Episcopus facultatem dedit Confectionis, fide concessit, licet quia cum licentia invalida sit, nullus.

Sed profectò (inquit Sanchez supra n. 54.) petit principium, probando idem per se, nam eadem profus in utroque casu reperitur difficultas. Eandem sententiam in alio omnino simili tenet Medius tract. 2. de Mat. Confess. q. De multiplici licentia alieno confitendi, ad finem, ubi ait: *si Parochus videns & tacens alienum Sacerdotem ad hoc Confectionem, reverà non confitentur, nec det licentiam, excusatione probabilis ignorantie penitentium & Confessorum; et Confectionem esse invalidam defectu jurisdictionis.*

Cæterum, credo validam esse illam Confectionem & Matrimonium in utroque eventu. In primo quidem; quia licentia collata à legitimo Superiore, nullitas est occulta, atque ita ad communem errorem; cum titulo præsumpto licentia concessa excommunicato, adbo nuntiato, audiendi Confectiones, irrita est: at dum in hoc loco excommunicatio est occulta, validæ sunt Confectiones, irrita talis licentiæ auditæ, ratione communis erroris. In posteriori autem; quia ea ratione de præsentibus, reputatur in jure & equaliter, vera licentia, sicut licentia expressè concessa, & ita concurrens titulus præsumptus, & communis error. Hæc ille.

Quem sequitur Basilii Pontius supra n. 19. n. 14. hoc tamen præcipue fundam. to, quod in omni contractu, excepto Matrimonio, & in omni actu, excepta Sacramentorum administratione, vel universaliter in omni actu, in quo jure divino vel naturali

turali non requiritur intentio, valeat consensus fictus, verbis tantum expressus. Quare, inquit ille, hujusmodi licentiæ valent, non tantum ex æquitate, sed mero jure.

Nos autem cum Sanchio dicimus, non valere mero jure; sed tantum ex æquitate; quia alibi istam doctrinam Pontii rejecimus, & oppositam validissimis rationibus stabilivimus. Vide Sect. 1. Concl. 5. ubi de Sponsalibus fictis.

Illud, quasi pro coronide, ad calcem hujus Conclusionis addiderim: Si sint diversæ opiniones, an aliquis sit legitimus minister Matrimonii, vel licentia illi concessa sit legitima: & opinio affirmans, non esse legitimum ministrum, sit coram Deo vera; dum tamen veritas illa laet, & communi sapientum opinione, reputatur probabilis opinio opposita, Matrimonia celebrata coram tali ministro, vel virtute talis licentiæ, valent; quia est communis error, titulusque præsumptus, collatus à legitimo Superiore, & defectum illum minister aut licentiæ potest jus humanum supplere. Ita Sanchez supra num. 65.

Quam doctrinam Pontius supra cap. 2. o. n. 7. intelligit in eo tantum casu, quo non est animus formaliter dubius; cum, inquit, habeamus certam juris regulam: In dubiis tuiorem partem esse eligendam. Quare cum in ejusmodi dubiis tuior pars sit opposita, illa eligenda erit. Et sanè videtur esse longè diversa ratio inter hujusmodi formale dubium, ratione probabilitatis opinionum, & inter communem errorem. Nam cum aliquis existimatur Parochus communi sensu v. g. nulli dubium occurrit. Quare non est, cur cogatur aliam partem eligere, cum de ea nulla contingat dubitatio. Hæc ille.

Respondeo: illam regulam juris, prout obligatoria est, intelligi debere de dubiis propriè dictis, id est, quando omnibus consideratis pro utraque parte quæstionis propositæ, intellectus neutri parti adhæret ut verè, nec de una potius, quam de altera parte contradictionis, fert iudicium; sed omne iudicium circa quæstionis resolutionem suspensum tenet. Jam autem in nostro casu non est tale dubium; quippe omnibus pro utraque parte consideratis, intellectus uni parti adhæret ut verè, & de una fert iudicium, v. g. iudicat, hunc esse legitimum ministrum, ad eoque coram ipso validè posse contrahi Matrimonium; nec unus tantum Doctor aut alter sic iudicat, sed communiter omnes.

Vel ergo reverà & coram Deo est legitimus minister, sicut iudicatum est, & sic mero jure valent Matrimonia, coram ipso contracta; vel à parte rei, & coram Deo non est legitimus minister, & est error communis, quia commune iudicium, ut suppono; ad eoque non est ratio, quare non valeant hujusmodi Matrimonia, valeant, inquam, ex æquitate, propter utilitatem publicam, quæ aliqui periclitatur.

Sed nunquid communi sapientum opinione verè probabile est, validè assistere Matrimonio Parochum alienum sine licentia proprii? Resolutio patebit ex Conclusionè sequenti, quæ talis est:

CONCLUSIO XI.

Ut valeat Matrimonium requiritur assistentia proprii Parochi. Proprius autem est, in cujus Parochia contrahentes habent domicilium vel quasi.

Prima pars est indubitata ex Concil. Trident. sess. 24. de reform. Matrimonii c. 1. ubi in principio loquitur de proprio Parocho, ibi: *Præcipit* (S. Synodus) *ut in posterum antequam Matrimonium contrahatur, iter à proprio contrahentium Parocho &c.* Et infra sic ait: *Statuitque benedictionem à proprio Parocho fieri.*

Rursumque: *Quòd si quis Parochus &c. alterius Parochiæ sponsos, sine illorum Parochi licentiâ, Matrimonio conjugere, aut benedicere ausus fuerit, ipso jure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario ejus Parochi, qui Matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absolvatur.* Et verò quis ille Parochus, qui Matrimonio interesse debebat? Nonne contrahentium? Patet id manifestè ex illis verbis: *Sine illorum* (scilicet sponzorum) *Parochi licentiâ.*

Nec obstat: quòd non dicat, Matrimonium esse irritum; quia hic solum tractat de poena dicti Parochi seu Sacerdotis, ac proinde non opus erat repetere Matrimonii nullitatem, quæ satis erat expressa hisce verbis: *Qui aliter, quam præsentè Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi seu Ordinaris licentiâ &c.* Parocho, inquam, proprio, cui soli competit dare illam licentiam: ut patet ex dictis verbis: *Sine illorum Parochi licentiâ Matrimonio conjugere &c.*

Quatavis ergo in isto Decreto irritante non exprimitur *ly Proprio*; equidem subintelligendum esse, haud obscurè colligitur ex verbis superius allegatis, partim præcedentibus, partim subsequenibus; cum non sit verisimile, Patres Concilii Trident. verbum, ab ipsis semel cum quadam modificatione, seu determinatione vel specificatione prolatum, licet quasi succinctoriè repetitum, voluisse in sui repetitione, datà sibi per eos modificatione seu specificatione, sine certa causa

R r r r carere:

384. Probatur ex pars Conclus. ex verbis Concilii Trid.

385. Occurrit objectioni

Cap. 3. de Verb. fig. in 6.

carere: Et (ut loquitur Nicolaus 3. cap. Exiit qui seminat, de Verb. signif. in 6) utriusque juris argumenta nos doceant, ea que in principio ad medium, & ad finem, illa vero, que in medio, ad finem atque principium: & ea que in fine, ad utrumque, vel eorum alterum sepe referri.

386. Cōfirmatur ex alio loco Trid.

Adde, quod legitur in eodem Concilio sess. 24. de Reform. c. 13. circa finem: Mandat S. Synodus Episcopis pro tutiori animarum ejus commissarum salute, ut, distincto populo in certas propriasque Parochias, unicuique suum perpetuum peculiaremque Parochum assignent, qui eas cognoscere valeat, & à quo solo licite Sacramenta suscipiant. Ergo dum idem Concilio præcipit Parocho, Matrimonio assistere, de proprio intelligendum est.

Quamvis enim non ministret Sacramentum, secundum commune & veriolem sententiam; equidem tanquam persona publica nomine Ecclesiæ assistit, & ejus assistentia necessaria est, ut Sacramentum valide ministretur à contrahentibus; jam autem Parochus alienus, non assisteret tanquam persona publica, sed tanquam privata, cum nihilo plus juris habeat in contrahentes, quam quilibet alius privatus homo.

387. Objeção.

Sed dicit aliquis: hæc lex Tridentini est correctoria juris antiqui; ergo sic intelligenda, ut quam minimum corrigat; minus autem corrigit intelligendo per Parochum etiam alienum. Et aliunde testimonium Parochi alieni tam dignum est, quam testimonium Parochi proprii.

Solvitur.

Respondeo; indè tantum sequitur, quòd Ecclesia potuisset esse contenta testimonio Parochi alieni; porò non esse contentam, satis jam ostendimus ex verbis ejusdem cap. 1. & iterum ostenditur ex communi praxi Ecclesiæ, & sensu DD. à quo non est recedendum in re tanti momenti, ubi agitur de valore Matrimonii. Atque hæc satis de 1. parte Conclus.

388. Quis hinc dicitur proprius Parochus.

Quantum ad 2. præmitto cum Sanchio disp. 23. n. 10. eum dici proprium Parochum ad conjungendum aliquos Matrimonio, aliique licentiam conjungendi concedendum, qui cap. Omnis utriusque sexus, 12. de Pœnit. & remiss. appellatur proprius Sacerdos ad audiendas Confessiones, & dandum alteri Sacerdoti licentiam audiendi.

Probatur ex simili modo loquendi: Peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti. Et infra, Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit iusta de causa, sua confiteri peccata, licentiam prius postulet & obtineat à proprio Sacerdote. Porò sumitur hinc proprius Sacerdos, pro habente jurisdictionem ordinariam ratione officii, cui est annexa animarum cura: & constat, eundem esse Parochum, qui potest Matrimonio interesse, vel alii licentiam dare; ergo pro eodem sumuntur. Hoc præmissis & admisso:

Probatur ultima pars Conclus. quia illi proprius Sacerdos respectu Sacramenti penitentiæ, in cuius Parochia penitens habet domicilium, vel quasi, ut videre poterit in 8. Sect. 1. Conclus. 5. censetur autem habere domicilium vel quasi, qui habitat in alia Parochia, cum animo perpetuo isthæc parochiam, aut saltem magna parte anni, retinet in domo vel officina conductâ, ut locuto diffusiùs ostendimus.

Et quidem dicitur: Cum animo &c. non sufficit quascumque habitatio ad domicilium acquirendum, arg. leg. Non est, ff. de Capti. & de postlim. & redemptio. Nec enim satis est, corpore domum quamvis firmemente alienus est. Et leg. Domicilium, ff. Municip. ibi: Domicilium re & factis fertur.

Ubi Gloss. verb. Factis, inquit, Sanchio, & animo: nam hæc duo sunt necessaria, ut non sufficiat ad domicilium conductoria diuturna habitatio, etiam ultra decem dies absque tali animo, & sufficiat habitatio ultra decem dies cum tali animo. Sicuti enim domicilium non acquiritur, nisi animo habitandi, etiam non amittitur nisi animo, & ita, si est, animo & desertione habitandi, non domicilium, ut docet Sanchez, sup. disp. 23. n. 2. & probat: quia Omnis res per quamque causam nascitur, per eandem desinit, de Reg. juris.

Ex quo ad propositum adducit Sanchio cum Sanchio supra n. 15. Si Sacerdos coram Parocho suæ Parochiæ natus, & contracto Matrimonio eodem die contractat ad viri Parochiam, cum animo perpetuo ibi habitandi; si Matrimonium forte fuerit nullum, sitque iterandum, quamvis eodem die iteretur; non posse jam assistere priorum mulierum Parochum; quia mutatio statim desinit esse Parochiana illius, & quæ Parochiam acquisivit. Quæ mutatio debet Parochus domus, ad quam tunc transtulit.

Sed nunquid potest nubere coram Parocho suæ Parochiæ, si habeat animum, eodem die se transfereandi ad viri Parochiam? Responsio affirmativa patet ex dictis, quæ pro solum illum animum non deponit prius domicilium, sed opus est etiam tunc nempe desertione habitations. Et, consequenter loquendo, non deperditur prius domicilium per solam desertionem habitations ad aliquod tempus, cum animo post illud tempus revertendi ad prius domicilium. Ita communiter DD. Ac proinde Parochus, si domicilium permanet proprius Parochus, & sufficiens ad assistendum Matrimonio, & retinenda qua Sacramenta administrandam.

Rogas: an etiam Parochus habitations durante habitazione sit proprius, sufficiens ad assistendum?

Bibliotheca Sacra Paderborn

assistentium Matrimonio, quod in loco habitationis contraheretur? Hic est triplex sententia. Prima simpliciter negat. Secunda simpliciter affirmat. Tertia distinguit inter brevem & diuturnam habitationem, dicens Parochum brevis habitationis non esse proprium; secus diuturnae, qualis est habitatio per majorem partem anni.

Primam sententiam Sanchez sup. n. 13. vocat probabilissimam, & pro ea n. 11. citat quamplures Doctores. Probatur autem 1. ex cap. 3. de Sepulturis in 6. in principio: *Is qui habet domicilium in civitate vel castro, quandoque ad villam ruralem se transfert recreationis causa, vel ut ruralia exerceat in eadem, si non electi a sepulturis, decedat ibidem, non in Ecclesia dictae villae, sed in sua Parochiali &c. sepeliri debet.* Nec referre videtur, an quis le transferat ad villam, ut ruralia exerceat, vel ut exerceat professionem scholasticam, vel ut alicui famuletur: quia in utroque casu concurrat habitatio in Parochia aliena, revento priori domicilio. Nec cap. 13. qui, ponderat tempus habitationis, sed tantum adesse in villa ad tempus, animo redeundi ad primum domicilium; ergo ratione temporalis habitationis nullus efficitur parochianus.

Probatur 2. ex l. 1. §. 9. ff. de His, qui decesserint, ibi: *Tantum autem interest inter habitatorem & hospitem, quantum inter est inter domicilium habentem, & peregrinantem;* ergo habitator proprie dicitur, qui domicilium allequitur, & consequenter, qui ad tempus hospes est, dicitur peregrinans, nec acquirit parochiam ratione illius habitationis.

Tertio: quia habitans causa negotii alicujus expediendi, non desinit esse parochianus loci, in quo habet proprium domicilium, ad quod eo finito est reversurus, ut constat; ergo non efficitur parochianus loci hujus temporalis habitationis; alias dicendum esset, habere duplicem parochiam habitationis, quod manifeste fallum videtur; ad id enim desideratur, ut in utraque aequaliter se collocet, ut expressè habetur c. 2. de Sepulturis: hic autem valde inaequaliter se collocat; in Parochia enim domicilii continue habitat, in alia autem per anni spatium.

Respondeo ad ultimum, idem etiam non habet in utroque loco domicilium; sed in uno domicilium, scilicet in parochia, in qua continue habitat; in alio autem scilicet in parochia, in qua per anni spatium habitat, quasi domicilium. Cur enim sicut quis potest habere duo domicilia uno tempore, sic etiam non possit habere unum domicilium, & alterum quasi domicilium; & per consequens contrahere Matrimonium coram utroque Parocho indifferenter, sicut quando habet duo domicilia?

Ita docet Pontius supra cap. 13. n. 8. ubi sic ait: Secundo colligitur; eum, qui habet

alicubi etiam parvi temporis habitationem, posse contrahere: & coram Parocho habitationis, & coram sui domicilii Parocho, si velit, aut eò fortè accederet Parochus domicilii; neque enim modicâ illâ, aut longiori habitatione, amittit domicilium, ut notum est.

Quare non rectè, neque consequenter Tho. Sanchez disp. 23. citatâ n. 19. asseruit, eo tempore non esse parochianum parochiam domicilii, sed habitationis. Si enim ex acquireto alibi domicilio, non amittit prius domicilium, cur amittere ex habitatione per majorem anni partem? Quare coram utroque potest indifferenter contrahere, sicut de eo, qui duo domicilia habet eodem tempore, diximus superius. Sic ille. Et placet.

Cum hac tamen, salvo meliori, differentia; quòd quando quis habet duplex domicilium, uterque Parochus possit assistere extra propriam parochiam; secus Parochus quasi domicilii, quia quasi domicilium amittitur hoc ipso, quòd quis deserit illam habitationem. Sic quippe, qui habitat v. g. Lovanii ratione studiorum, hoc ipso quod est v. g. Antverpiæ, in loco domicilii, nequit ibi confiteri Parocho Lovanienfi, in cujus diœcesi per majorem partem anni habitat, sed tenetur confiteri Parocho Antverpiensi, in cujus parochia habet suum domicilium. Atque hæc de 2. probatione satis.

Ad primam respondet Sanchez sup. n. 19. cap. 13. qui, intelligi, quando modicum tempus est habitatio, & non per majorem anni partem; & ita dixisse: *Causa recreationis vel ad ruralia exercenda;* quæ non solent majori anni parte durare. Hæc ille.

Sed contra arguit Pontius sup. n. 13. dicens: Si quis interpretetur dictum textum de opere rurali, quod cito finitur, divinat; textus enim universè loquitur: *Ut ruralia opera exerceat.* Quid autem rogo magis interest, utrum quis proficiatur ruralia exercendi causa, vel negotii gerendi? Potest enim in utroque & modicum, & longum tempus intumi. Quare ea verba: *Ut ruralia opera exerceat,* exempli causa posita existimo; & addita, ne quis existimaret, tantum ad parochiam domicilii pertinere eum, qui abiit recreationis gratiâ, quæ paucis diebus concludi & desinari solet, sed etiam si abeat, longiori tempore immoraturus, scilicet causâ exercendi opera ruralia, metendi, vindemiandi, ferendi, in quibus major anni pars consumitur. Hæc ille.

Et ibidem n. 3. sic ait: Parum intererit, an negotii causa vel pestis, vel mercis, vel studii, vel ruralis operis aut recreationis alicuius secedat, sed solum considerandum erit, an majori parte anni habitat in eo loco, in quem recedit, an minori. Hæc ille.

Prorsus id solum considerandum erit. Neque

Et arguit Sanchez in consequentia.

395. An indifferenter possit contrahere coram utroque Parocho.

Resp. Sanchez ad 2. probationem.

396. Improbatur à Pontio.

397.

R r r 2

que

*Defenditur
ab Auctore.*

quæ id negat Sanchez: sed solum contendit, non solere homines ruri habitare per majorem anni partem causâ recreationis, vel exercendi opera ruralia, quàmvis aliquando, sed rariùs id posset contingere; jura autem non attendunt ea, quæ perrarò eveniunt, sed quæ frequenter & faciliè: l. 5. ff. de Legib. Nam ad ea potius debet aptari jus quæ & frequenter & faciliè, quàm quæ perrarò eveniunt. Jam autem frequenter & faciliè contingit, ut aliquis ratione mercis, vel studii, per majorem partem anni moretur alicubi extra proprium domicilium; secùs causâ recreationis, vel exercendi opera ruralia.

Pontius existimat non valere hic arg. à funeralibus ad Matrim.

Ceterùm Pontius sup. n. 6. & 11. existimat, non valere argumenta, desumpta ex eo, quòd ad alia, scilicet funeralia vel decimas, requiratur majoris temporis habitatio, utpote de quibus sint speciales constitutiones; secùs de Sacramentorum administratione, votorum commutatione & similibus. Unde ad cap. *Is qui*, secundùm ipsum responderi posset, id non esse extendendum ad Matrimonium; sed de solis funeralibus intelligendum, quæ ipse putat deberi Parocho domicilii, & non habitationis, etiam per majorem partem anni, de qua controversia plura inferiùs, ubi de 3. sententia.

398.
*Resp. ad 3.
probationem
sententia ne
gamis.*

Nunc respondeamus ad 3. probationem primæ sententiæ, desumptam ex l. 1. ff. de His qui effuderint vel dejecerint. Dicunt inquit Sanchez supra) domicilium habentem, non sumi ibi strictè, sed ut distinguitur contra hospitem & peregrinantem. Jam autem qui habitat alicubi per majorem partem anni distinguitur contra hospitem & peregrinantem, & vocatur quasi domiciliarius, sive habens quasi domicilium in tali loco, & idèd acquirit parochiam ratione illius habitationis; secùs hospes per minorem partem anni, aut peregrinus.

399.
*Sufficere hic
breve habitationem
docet Pontius,
citans Em.
sa.*

Quin immo sufficere brevem habitationem, in ordine ad contrahendum validè Matrimonium coram Parocho illius, quæ est secunda sententia, supra relata, docet Pontius supra n. 4. citans pro ea Emanuel. Sa verb. *Parochus*, n. 7. (aliàs 2.) ubi hæc habet: De parochia efficitur quis acquisitione domicilii: quantum ad Pœnitentiam autem & Eucharistiam, sufficit habitatio per sex menses, secundùm quosdam; at melius alii, sufficere quantum ad Sacramenta, illic habitare, & non posse commode ad proprium ire. Ad Matrimonium verò sufficit vel modica habitatio. At quantum ad decimas, & utilia Sacerdoti requiritur animus habitandi terè per annum.

Expendo autem (inquit Pontius) sic etiam haberi in Aphorismis, expurgatis per Magistrum Sacri Palatii: cum quæ ex eo libro expuncta fuerint per dictum Magistrum,

non tantùm quæ minus sanam doctrinam illi videbantur continere; sed etiam ea, quæ contra praxim & stylium Curie afferbantur, ut in multis locis passim videre licet: sicut Rochus brevis habitationis in Matrimonio non sufficeret, non est credibile relinquendum, vel prætermisum ab expurgatore, ex eo valor Matrimonii sepe sequitur pendere posset.

Nec verò id semel scriptum reliquit Eman. Sa, sed etiam iterum verb. *Matrimonium*, n. 2. ubi sic ait: Qui alicubi habitat non animo permanendi, quibusdam non videtur posse sub illo Parocho contrahere, mihi videtur Congreg. Concilii aliud habitare, scilicet sufficere illic habitare, dum contrahunt. De vagabundis autem aliter sentit. Hucusque Pontius.

Et n. 5. prolequitur hanc sententiam: Sed proferamus Card. Decretorum Illæ extant apud Farinacium in notis ad sess. 24. Concilii Trident. c. 1. & 2. sic: *Proprius Parochus est, in cuius parochia contrahentes habitant tempore, quo Matrimonium contrahitur.* Et n. 4. *Quasi Matrimonium contrahitur inter duos alienigenas, & parvo tempore in aliquo loco habitant, qui non sint cogniti, & non sunt comprehensi nec vagabundos, proprius eorum Parochus esse intelligitur, in cuius parochia habitant, quo Matrimonium contrahunt.* Et eadem sententia cap. 7. num. 2. eadem Decretum habet. Hæc ille.

Neque his contentis, concilio subiungit: Deinde etiam nostra sententia probari potest, Primò: argumento Tho. Sanchez, quo etiam pugnaveris contra ipsum ex parte. Quia idem censetur esse Parochus ad conjugandos Matrimonio, atque ad Contholoscipiendas, juxta textum in cap. *Omnino* que, de Pœnit. & remiss. Sed proprius dos habetur ad Sacramentum Contholoscipiendum, in cuius Parochia quis habitat, etiam indicum tempus, ut probavi in tract. de Pœnitentia: ergo etiam ad Matrimonium in Basilis.

Sed contra hoc: Nos probavimus in l. 7. de Pœnit. eum non esse proprium Sacerdotem, sed tantùm delegatum ex communi Parochi domicilii. Et forte sic etiam posset dici, Parochum brevis habitationis non esse proprium Sacerdotem, tamen vtilidè assistat Matrimonio; sed potius delegatum, habens licentiam tacitam altitudinis Parocho domicilii.

Et verò, nec ipse Pontius existimat, hoc argumentum convincere; nam verbis prædictis legatis actutum subiungit: Nec verò hæc ratio constans arque perpetua est: neque enim licet argumentum sumere ab uno Sacramento ad aliud; plura enim poterunt à jure esse

gi, ut quis in aliquo Sacramento cense-
tur proprius Sacerdos, quam in alio.

Cujus signum est; quia non statim con-
cessa facultate, ad percipienda Sacramenta
de manu alicujus, sine licentia Parochi, in-
telliguntur concessa omnia, nec enim com-
prehenduntur Ordo & Confirmatio. Cum
enim ea Sacramenta ad Episcopum perti-
neant, alia semper intelliguntur concessa,
salvo Pontificalium jure. Neque intelligen-
tur concessa facultas ad Matrimonium; quia
cum Sacramentum Matrimonii non mini-
stretur à Parocho, sed à contrahentibus; &
Parochus solum requiratur, ut approbatus
testis, non valet argumentum ab uno ad
aliud; non enim quemvis censetur Ecclesia
eligere in testem.

405. Neque etiam valent argumenta, desump-
ta ex eo, quod ad alia, scilicet funeralia, vel
decimas, requiratur majoris temporis habi-
tatio. Aliter enim judicandum est de pro-
prio Parocho in ordine ad ea utilia Paro-
chorum.

Atque hoc uno verbo corruunt argu-
menta Sanchii pro sua sententia, quibus
contendit, non quancumque, sed per ma-
jorem anni partem habitationem requiri, ad
contrahendum coram Parocho habitationis.
Cessant etiam argumenta eorum, qui sen-
tunt, domicilium Parochum requiri; illa enim
vera sunt, in ordine ad utilitatem Parochi
in funeralibus, & decimis.

Quare unicum tantum hujus nostræ sen-
tentia fundamentum, ex eo petendum est;
quod presentia proprii Parochi, solo jure
novo Trident. introducta sit, & Congrega-
tio Concilii, quæ præstet declarandis dubiis,
quæ ex Concilio oriuntur, declaravit, satis
esse Parochum etiam modicæ habitationis,
sicut Eug. 4. declaravit pro Sacramentis
Pœnitentiæ & Eucharistiæ. Usquead huc
Basiliius.

406. Sed non est audiendus; quia absque solido
fundamento ipse solus cum Eman. Sa. contra
torrentem DD. & communem praxim
Ecclesiæ, quæ requirit ad minus quasi do-
micium id est, habitationem magnæ, seu
majoris partis anni, ut videre poteris apud
Sanchez sup. n. 12, ubi etiam hic Auctor
cum Aliis quàm plurimis tam Jurisconsultis
quàm Theologis, docet, sufficere quasi do-
micium, & variè probat.

Primò: quia hoc domicilium sufficit, ut
ejus Parochus sit proprius Sacerdos ad au-
diendas Cofessiones; ergo etiam ad assiste-
ndum Matrimonio. Licet enim plura potue-
rint (ut supra dicebat Pontius) à jure exigi,
ut quis in aliquo Sacramento censeretur
proprius Sacerdos, quam in alio; equidem
ex nullo jure constat, plura requiri in Ma-
trimonio, quam in Pœnitentia, aut è con-

tra in Pœnitentia, quam in Matrimonio.

Nec bene pugnaveris hoc argumento
contra ipsum Sanchium, ut supra dicebat
Pontius; quia nupiam Eugenius 4. decla-
ravit, Parochum modicæ habitationis esse
proprium Sacerdotem ad Cofessiones ex-
cipiendas, juxta dict. cap. *Omnis utriusque*;
sed ad summum declaravit, illum Parochum
posse audire Cofessiones, vel tanquam de-
legatum Parochi domicilii, vel tanquam
delegatum Episcopi aut summi Pontificis.
Et si similis aliqua Declaratio, seu vive voci
Oraculum Pontificis haberetur, circa præ-
sens Sacramentum; dicerem consequenter,
Parochum modicæ habitationis posse assi-
stere Matrimonio, non tanquam proprius
Sacerdos, sed ut habens licentiam à proprio
Sacerdote.

Si dixeris, habentur Declarationes Card.
406. Respondeo & quæro, an constet de eis au-
thenticè post Urb. 8. Expectabo respon-
sum. Deinde; prima Declaratio requirit
simpliciter habitationem; jam autem nullus
dicitur simpliciter habitare in aliquo loco,
per quem solum transit; sed solummodo,
in quo per magnam aut majorem partem
anni commoratur. Ergo prior Declaratio
potius militat contra sententiam Pontii,
pro sententia Sanchii.

407. Secunda Declaratio commodè intelli-
gi potest de habitatione à parvo tempore, cum
animo tamen in loco isto commorandi per
magnam aut majorem partem anni, & sic
non repugnat sententiæ Sanchii. Patet; quia
sicut domicilium acquiritur per habitatio-
nem à parvo tempore, dummodo adfit ani-
mus perpetuò commorandi in tali loco, &
ideò primo die talis habitationis, potest Pa-
rochus tanquam proprius assistere Matri-
monio; ita quoque acquiritur quasi domi-
cilium primo die, quo quis incipit alicubi
habitare cum animo permanendi majori an-
ni parte; ac proinde Parochus illius loci, po-
test assistere ejus Matrimonio, quàmvis à
parvo tempore ibi habitaverit.

Atque ut Eug. 4. declarasset, Parochum
407. brevis habitationis esse proprium Sacerdo-
tem in ordine ad Cofessionem; nam dicit,
hujusmodi peregrinum incolatum adep-
tum respectu illius Sacramenti; haud equi-
dem bene retorquetur hoc argumentum
Sanchii in ipsum Sanchium; quia loquitur
Sanchez de eo, qui ex jure communi, & se-
clusà speciali concessione Pontificis, est pro-
prius Sacerdos, juxta dict. cap. *Omnis utrius-
que*, & talis non est Parochus modicæ habi-
tationis, in ordine ad Cofessiones audien-
das; ergo nec respectu Matrimonii.

Firmum ergo manet primum argumen-
tum Sanchii, & malè retorquetur in ipsum.
Eversumque est unicum fundamentum sen-
tentia

405.
Resp. ad arg.
Pontii ex
ratione.

406.
Resp. ad x.
Decl. Card.

Ad secundam.

407.
Perperam
arg. Sanchii,
in ipsum à
Pontio retor-
quetur.



sententiae Pontii, nisi clariore adduxerit Declarationes Card. & magis authenticas, aut certe aliquam Declarationem seu vivae vocis Oraculum Pontificis, quo declaret peregrinos adeptos incolarum in ordine ad contrahendum Matrimonium.

Ratio disparitatis inter Sac. Pœnit. & Matrimonii.

Et sane major ratio fuit, id declarandi seu statuendi pro Sacramento Pœnitentiae, quam Matrimonii; cum istud sit Sacramentum necessitatis, hoc autem minime. Et Sacramentum Matrimonii fit utile Parocho, secus Sacramentum Pœnitentiae: jam autem, secundum Pontium supra, aliter judicandum est de proprio Parocho in ordine ad utilia. Atque hæc de primo argumento Sanchii satis.

408.

Secunda probatio sententiae Sanchez ex c. 10 de Sepult. c. fin. de Parocho & c. 46 l. 6. q. 2.

Probat secundò suam sententiam ex cap. In nostra, de Sepult. ibi: *Soluta tantummodo quartâ Parochiali Ecclesie, de cujus Parochia mortuorum corpora assumuntur.* Ubi sola habitatio, & non animus manendi ponderatur. Et cap. fin. de Parochiis, ibi *Cum ad inhabitandum in ea, se quamplurimi contulissent.* Ubi ii, qui ob bellum ad alienam Parochiam confugerunt, dicuntur Parochiani. Et cap. *Questi sunt*, 16. q. 1. ibi: *Dent decimas suas, ubi infantes eorum baptizantur, & ubi per totum anni circulum Missas audiunt.* Ubi sola habitatio ponderatur. Hæc ille. Ut ostendat, sufficere solam habitationem, absque domicilio, seu animo perpetuò manendi, ad validè contrahendum Matrimonium coram Parocho habitationis, eò quòd sufficiat ad funeralia & decimas.

409. Displect Pontio.

Sed hæc doctrina displicet Pontio supra n. 12. ibi: Dico itaque primò, quod attinet ad funeralia, si quis decessit non electo sepulchro, sepeliendum esse in Ecclesia Parochiali domicilii, non habitationis, si commodè deportari possit. Similiter si decessit electo sepulchro, Canonica portio debetur Parochiis domicilii, & non habitationis.

Hanc sententiam (inquit n. 13.) mihi videor ex jure colligere; quia in cap. 2. de Sepult. in 6. dicitur, Canonica portionem deberi Ecclesie dumtaxat, in qua consuevit audire Divina, & Ecclesiastica Sacramenta percipere, quæ verba sunt periphrasis domicilii, ut colligitur ex §. sequenti, ubi dicitur: si quis duo domicilia habuerit, pariter in utroque se collocans, & in tertio elegerit sepulturam, Ecclesiis domiciliorum dividendam esse Canonica portionem, quasi pro eodem usurpet Pontifex, Ecclesiam domicilii, & ubi consuevit audire Divina, & percipere Sacramenta. Idque infirmat etiam verbum illud, *Consuevit*, quod non de habitationis Parochia, sed de domicilii verius & magis per se affirmatur, cum in alia ex accidenti audiat Divina, & percipiat Sacramenta. Hæc ille.

Et ad primum textum, allatum supra Sanchio, respondet n. 15. ex his verbis junctis præcedentibus, id non colligitur præse enim agit de Parochianis alienæ Ecclesie. Unde explicandum rehat, quod Parochia sit, & ego quidem dico, esse illam in qua domicilium constituerunt; nam verba sunt periphrasis quædam domus, ut constat ex cap. *Certificari*, 9. & cap. *nostra*, 10. de Sepult.

Adde: illa verba esse in narratione facta in responso autem tantum dicit Pontio solvendum esse Ecclesie Parochiali, ubi examinandum ulterius, quæ sit Parochia, & cujus Ecclesie aliquis dicitur Parochianus.

Ad 2. textum dicit n. 16. ibi esse sententiam de his, qui recuperatâ Accensione, alii occupatis, ibi domicilium occupant, alio relicto, quod in hostium potestate erat. Itaque potius ibi censentur Parochiani nancisci, ratione domicilii. Idem quod, quia existentibus aliarum urbium, postea ad eas non sunt reverti, cum in eis prædia haberent: non autem, cum in aliquo loco prædia habere, & domicilium.

Ad 3. textum respondet n. 17. esse sententiam calem & expressam dispositionem jurisdictionem prædiales debent, ubi prædia sunt personales verò ubi Sacramenta ministrantur, c. ult. de Sepult. in 6. & c. fin. de Parochiis. Quare ex ea dispositione colligitur contra nos. Hæc tenent Pontius.

Ego autem dico, quod si sit de rectoribus, à Sanchio allatis, qui tunc hinc possent explicari, prout eos Pontius explicat, dico inquam, de Ecclesia dicitur habitatio seu quasi domicilii, per se affirmati possunt verba cap. 2. de Sepulturis: *In qua Ecclesia consuevit audire Divina, & Sacramenta percipere Sacramenta*; adeoque ei dicitur Canonica portionem non minus, quam habuisset animum ibi perpetuò manere.

Et puto id clarè constare in Scholasticis, qui in Academia solum habent quasi domicilium, & tamen si ibi aliquis eorum decesserit, non electâ sepulturâ, credi quod non sepeliatur in Ecclesia Parochiali domicilii, et si commodè deportari possit, sed in Ecclesia parochiali habitationis; nec daretur, ut puto, portio canonica Ecclesie domicilii, sed habitationis.

Quid miramur? In ea namque temporis studii consueverat audire divina Officia, & percipere Ecclesiastica Sacramenta, etiam non haberet animum perpetuò in ea permanendi. Ergo in ea debet sepeliri, & ei debet decimas personales persolvere, juxta textum supra adductos. Ergo etiam ejus Parochus, tanquam proprius, potest assistere illius Matrimonio.

trimonio, quod solum ex illis textibus intendit Sanchez probare.

Præter quos, adducit adhuc unum pro tertia probatione, scilicet cap. Cum nullus, de Temp. Ordinari. in 6. ibi: Cum nullus Clericum Parochia aliene præter Superioris ipsius licentiam debeat ordinare: Superior intelligitur in hoc casu Episcopus, de cujus diœcesi est is, qui ad Ordines promoveri desiderat oriundus, seu in cujus diœcesi beneficium obtinet Ecclesiasticum, seu habet (licet alibi natus fuerit) domicilium in eadem. Ubi pondero ea verba: In hoc casu, quasi speciale sit, in Sacramento Ordinis exigi constitutionem domicilii, ut aliquis censetur proprius Episcopus: ergo ad recipienda cætera Sacramenta id non exigitur, sed satis erit temporalis habitatio. Hæc ille.

Resp. Pontii.

Respondet Pontius sup. Hic textus potius pro nobis est; nam Scholastici in Academia non dicuntur domicilium, sed habitationem habere.

414.

Sed quomodo hic textus sit pro Pontio, non video; neque enim Sanchez, aut alius quispian docet, Scholasticos habere in Academia domicilium, sed quasi domicilium dumtaxat; & idem nequeunt ordinari ab Episcopo Academiæ, sine literis dimissorialibus; possunt autem ibidem suscipere cætera Sacramenta, quia jus nullibi ad illam susceptionem requirit domicilium. Ergo etiam Matrimonium contrahere coram Parocho habitationis; quia nullibi jus requirit domicilium ad istam assententiam, ut patet ex antè dictis, & latius videri potest apud Sanchez sup. n. 12.

Sanchez sententiam sententiam, quæ sufficit quasi domicilium.

Qui n. 13. amplectitur hanc sententiam, dicens: Sit Conclusio: quàmvis prior sententia (quæ requirit domicilium) sit probabilissima; at posterior (quæ dicit sufficere quasi domicilium, illudque ad minus necessarium esse) mihi arridet tanquam verior. Durum enim mihi videtur, ut Scholastici & alii, qui majori anni parte, imò & multis annis in aliqua diœcesi habitant, non possint ibi Matrimonio conjungi; sepeliri dum non eligunt sepulturam: & ut non debeant in ea Parochia, in qua decedunt canonicam portionem: & non possint ibi votorum, & aliorum casuum dispensationem obtinere: & ita credo ad omnia, dempto Ordinis Sacramento, effici aliquem Parochianum, & subditum alicujus diœcesis, quando majori parte anni ibi inhabitat. Hæc ille. Et nos cum illo.

415.

Non requiritur autem, quòd majori anni parte ibi inhabitaverit; sed statim, ac cum animo inibi habitandi majori anni parte incipit habitare, efficitur Parochianus, & possunt omnia jam dicta erga illum exerceri. Eodem modo, quo suprà diximus sufficere

brevissimam habitationem, ad acquirendum verum domicilium, dummodo incepta fuerit cum animo, perpetuò inibi habitandi.

Si quis autem (inquit Sanchez sup. n. 14) habeat animum habitandi majori anni parte in oppido, cum jam respectu illius efficiatur Parochianus, licet eo tempore varias mutet Parochias; & ita in nulla habeat animum habitandi tempore requisito, recipere poterit Sacramenta omnia ab eo Parocho, cui actu tunc subditur; quia non habet alium in eo oppido. Hæc ille. Sed de hoc puncto Concluf. sequenti, ubi de vagis; quia revera talis vagus est respectu istarum Parochiarum.

Sanchez.

De cetero, quantum attinet ad sententiam Pontii, nobis ea minime placet, ut superius satis significavimus, & pro opposita testatur Menochius (ut ipse Pontius suprà n. 3. fatetur) Consilio 378. volum 4. extitisse quatuor decisiones Rotæ, quas ibidem adducit. Respondet quidem Pontius suprà n. 7. se his opponere Congregationis Declarationes, quæ majus pondus auctoritatis habent; sed illud pondus auctoritatis suprà evacuatum fuit; tum quia fortè non sunt authenticæ post Urb. 8. tum, quia commodè intelligi possunt de habitatione per majorem partem anni.

416.

Contra sententiam Pontii extant 4. decisiones Rotæ apud Menochium.

Nota etiam limitationem, quam adhibet Pontius suæ sententiæ, sup. n. 9. dicens: Tertio colligitur, non idem dicendum esse de concubina, quæ ex eodem oppido, non relicto suo domicilio, habitat vel majori parte anni cum concubino. Ea enim contrahere debet, si velit contrahere cum alio, non coram Parocho concubini, sed proprio. Nec enim ea Declaratio Card. est, nisi pro alienigenis, peregrinis, & aliò commorantibus, exceptis vagabundis.

417.

Limitatio aliqua sententiæ Pontii.

At si à suo oppido, in quo concubina domicilium habet, retento eo domicilio, in aliud oppidum recedat, habitatura cum concubino, etiam minori parte anni, si velit contrahere cum alio, satis esse Parochum concubini in cujus domo habitat eo tempore.

Neque obstat, quòd concubina non fortatur forum concubini, sed legitima uxor. Nam certè quoad Sacramenta Penitentia, Eucharistiæ, Baptismi & Extremæ Unctionis & Matrimonii, hoc jure utimur ex speciali Declaratione Eugenii 4. & Cardinalium. Hæc ille. Credat, qui volet.

Rogat aliquis: an qui habet duplicem habitationis Parochiam, seu duplex domicilium, quod tunc contingit, quando in utraque Parochia æqualiter se collocat, ut in hyeme in una, in æstate in altera, possit coram utroque Parocho indifferentè contrahere?

418.

An qui habet duplex domicilium possit coram utroque Parocho contrahere? Videtur quod sic.

Respondeo affirmativè; quia utraque est æquè

C. 2. de Sepult. in 6. *ab eo, qui duo habet domicilia, se collocans equaliter in utroque.*
 L. 6. ff. de Municip. *ibi: Viris prudentibus placuit, duobus locis posse aliquem habere domicilium, si utrobique ita se instruxit, ut non ideo minus apud alteros se collocasse videatur.*

419. *Probatur à simili.*
 Sicut ergo uter Parochus ex duobus istis locis, potest tanquam proprius audire ejus Confessiones, & alteri dare facultatem audiendi; sic etiam uter potest tanquam proprius Parochus ejus Matrimonio assistere, & alteri dare facultatem assistendi. Quippe non est major ratio de uno, quam de alio. Atque ita docet Sanchez sup. disp. 24. n. 2. & 4.

Notandum autem n. 3. quod dictum est de equali habitatione in utroque loco, non esse intelligendum mathematicè, sed morali modo, ut sit equalis omninò, aut ferè habitatio. Patet in exemplo sup. allato de hyeme & æstate; siquidem illa tempora non sunt mathematicè æqualia.

420. *Aliqui docent non posse utrumque indifferentè assistere.*
 Interim sunt Aliqui apud Sanchez supra n. 3. qui afferunt, utrumque Parochum non posse indifferentè assistere; sed in hyeme v.g. Parochum Parochiæ hyemalis, ubi tunc habitat; in æstate autem è contrà Parochum Parochiæ æstivalis. Sed tu tene nostram sententiam, nisi aliquid aliud obstat; quia ille utroque tempore habet duplicem Parochiam, & per consequens duplicem proprium Parochum. Nisi ergo aliter expressè fuerit statutum, de quo infra suo loco tractabitur, non video, quare quilibet non possit indifferentè Sacramenta ministrare, & Matrimonio assistere.

421. *Prior sententia probatur ex c. 2. de Sepult. in 6.*
 Nonne c. 2. de Sepult. in 6. dicitur, si decedens, in 3. loco sepulturam elegerit, canonicam portionem inter utramque Parochiam dividendam esse? *Cùm (inquit Bonif. 8.) ab eo, qui duo habet domicilia, se collocans equaliter in utroque, in loco tertio eligatur sepultura: domiciliorum Ecclesiæ habebunt inter se dividere canonicam portionem.* Ergo Sacramenta possunt indifferentè utroque tempore recipi ab ambobus Parochis; cùm æquè canonica portio, ac Sacramentorum receptio, sint jura parochialia; & per hoc, quòd sim in alio loco, Parochus hujus loci non desinat esse proprius.

Cap. 20 de Elect. *ibi: Qui successoribus suis, nullum potuit in hac parte præjudicium generare, pari post eum, im-*
 Sicuti quando una Parochia habet duplicem Parochum, uterque proprius est; & ideo etiam altero invito, ab hoc possum Sacramenta suscipere; & hic, altero invito, potest assistere Matrimonio, & alteri dare facultatem assistendi; quia par in parem non habet potestatem, cap. *Innotuit*, de Elect. *ibi: Qui successoribus suis, nullum potuit in hac parte præjudicium generare, pari post eum, im-*

mo eadem potestate functurus, cum non habet imperium par in parem.

Si autem à me queratur; an quæ habitus dicta sunt de Parocho domicili & quæ si domicili, etiam vera censentur in Parocho originis, id est, loci illius, in quo quæque natus fuit, five de facto inibi habitaverit, ve non? Respondeo cum communi sententia DD. negativè.

Ratio est; quia illa dicitur propriè Parochia & diocesis alicujus, in qua habet domicilium habitationis, & proinde nominè domicili, in dubio non venit originis domicilium, sed habitationis, ut docet Gloss. *Statutum*, §. *Cum verò*, verb. *Unam dicuntur* in fine, de Rescriptis in 6. *ibi: Nisi etiam Compostellanus in decreta Nonnulli, & Guil. in Spec. de citatione §. 1. circa præmissa quòd Diocesanus alicujus, ubi aliud nullo modo intelligi debet diocesanus domicilii de disputavi & determinavi, & si fuerit Romana, ut audivi.*

Idque jure merito, quoniam in dubio non est recedendum à proprietate verborum, arg. l. 69. ff. de Legat. 3. *Non sine interpretatione verborum recedi oportet, quoniam manifestum est, aliud sensisse statum, aliud non est manifestum, Concilium Tridentinum, aliud sensisse per ly Parochum, quam Parochum domicilii seu habitationis; ergo non est recedendum ab illa significatione.*

Unde neque quoad alia Sacramenta, v.g. Confessionis, Eucharistiæ, &c. Quia recepto, Parochus originis censetur esse proprius; neque quoad funera aut decessus, ut satis patet ex communi praxi Ecclesiæ.

Excipio Sacramentum Ordinis, propter particularem de eo constitutionem, cap. *Cum nullus*, de Temp. Ord. in 6. ubi per litteras ex verbis ejus, sup. allegatis, specialiter conceditur administratio hujus Sacramenti Episcopo originis; quod de aliis Sacramentis nullibi exprimitur, & ideo manifestè recedendum est. Nec asseri deberet de Sacramento Ordinis, si jus præfatum impugnavisset: *Superior intelligitur in hoc cap. proprius Episcopus, sive, Episcopus diocesis.* Quia autem jus canonicum voluit, licet Episcopum originis, id manifestè veniens applicuit. Idemque indubie fecisset Tridentum in casu proposito, si id voluisset.

Confirmantur hæc omnia exemplo v.g. Parocho destituti, in ordine ad Sacramenta suscipienda; & ideo fortiantur Parochum loci, ubi sunt, ut videbimus Conclusionem sequenti: quis tamen nesciat, eos habere Episcopum, & domicilium originis? Ergo ad ministerium Sacramentorum, & assistentiam Matrimonii, non curatur de domicilio originis, sed de sola domicilio habitationis. *Nec*

424. Nec dictis obstat l. 1. ff. de Senatoribus: *Senatores, licet in urbe domicilium habere videantur: tamen & ibi, unde oriundi sunt, habere domicilium intelliguntur, quia dignitas domicilii adjectionem potius dedisse, quam permittasse videtur.*

Non obstat, inquam; quia intelligenda venit quoad honores, juxta Gloss. cap. fin. de Parochiis, verb. *Habitatores*, ibi: *Sed videtur contradicere quaedam lex ff. de Senatoribus: Senatores, ubi dicitur, quod licet Senatores domicilium habeant in urbe, retinent tamen jus in Provincia, unde sunt oriundi. Sed illud verum est quoad honores, non quoad onera, ff. ad Municip. Municeps, quæ est l. 23. & sic sonat: Municeps esse definit, Senatoriam adeptus dignitatem, quantum ad munera; quantum vero ad honorem retinere creditur originem.*

425. Rogas; quid sit munus? Respondeo: munus est administratio Reip. sine dignitate. Et est vel patrimoniale, si sumprum maximè requirit; vel personale, si non sumprum, sed corporis & animi laborem principaliter requirit. Igitur, *Munera*, in d. lege idem est, quod onera, ut expressè habetur ff. de Municipibus & honoribus, ubi sic lego in principio Gloss. *Dixit de municipibus, & eorum primariis: nunc de honoribus & oneribus eis imponendis.*

426. Quæris, quid sit honor? Respondeo; est administratio Reip. cum dignitate. Quamvis ergo adeptus Senatoriam dignitatem, retineat originem, quantum ad honorem; nullatenus inde sequitur, quod etiam retineat originem, quantum ad susceptionem Sacramentorum; & per consequens, quantum ad celebrationem Matrimonii, quæ, ut patet, non sunt honores, de quibus loquitur ista lex.

Nec dixeris; magis attendi debet causa naturalis, quam accidentalis, & naturalia prævalent; ergo cum sufficiat ad Matrimonium Parochus domicilii habitationis, à fortiori sufficere Parochus domicilii originis.

Respondet quippe Sanchez supra disp. 23. n. 8. quando utraque verè est causa, & confert aliquid, prævalere naturalem: secus quando causa naturalis non est vera causa; & nihil confert, ut contingit hic: nam ad Parochiam acquirendam inspicitur habitatio, quæ deficiente, impertinens est origo: & domicilium originis dicitur potentius, quia amitti nequit, sicut mutatâ habitatione deperditur domicilium habitationis. Hæc ille.

427. Sed dicit aliquis: hoc est, quod quæritur; an causa naturalis hic nihil conferat, sicut aliquid confert ad acquirendos honores, ut patet ex d. leg. *Senatores*.

Respondet: planè id quæritur; sed qui asserit, aliquid prodesse, oportet ut assertum suum probet ex jure; sicuti probatur, prodesse Senatoribus, quantum ad honores; vel

certè ex consuetudine; jam autem potius oppositum hic probatur; tum ex jure, quod in ordine ad recipienda Sacramenta à proprio Sacerdote seu Parocho, semper confiderat habitationem, excepto Sacramento Ordinis, in quo, sicut ante ostensum fuit, etiam confiderat originem; tum maximè ex consuetudine, quæ est optima legum interpres, & semper adhibuit usque ad hæc tempora, Sacramentis ministrandis, & Matrimonio celebrando, Parochum habitationis; nunquam autem Parochum originis, præterquam Sacramento Ordinis; vel proferatur casus aliquis, in quo oppositum aliquis ausus fuerit attentare, & attentatum, ab Ecclesia fuerit approbatum.

Et verò putas, quòd in causis civilibus, & criminalibus, subjiciatur quis jurisdictioni iudicis loci illius, de quo oriundus est, solo eo titulo, si alibi habeat domicilium habitationis? Erras toto cælo. Cur ergo sit subjectus in causis Ecclesiasticis, qualis est assistentia Matrimonii, & administratio aliorum Sacramentorum? Nulla est ratio disparitatis, nisi ubi jus positivum contrarium statuit.

Atque hæc satis de præsentis controversia, putà de proprio Parocho eorum, qui alicubi habent certum domicilium. Sequitur investigandum, quis sit proprius Parochus vagorum, id est, eorum, qui nullibi certam ac constantem sedem, seu fixum domicilium habent. De his ergo instituitur

CONCLUSIO XII.

Proprius Parochus vagorum est Parochus loci, in quo pro tempore morantur.

429. Vagus hic appellatur, qui ut jamjam dixi, nullibi certam ac constantem sedem seu fixum domicilium habet, ut communiter colligunt DD. ex l. *Ejus qui*, ff. de Municip. §. 2. ibi: *Celsus lib. 1. Digestorum tractat: Si quis instructus sit duobus locis æqualiter; neque hic quam illic minus frequenter commoretur: ubi domicilium habeat, existimatione animi esse accipiendum. Ego dubito, si utrobique destinato sit animo, an possit quis duobus locis domicilium habere; & verum est habere, licet difficile est, quemadmodum difficile est sine domicilio esse quemquam. Puto autem & hoc procedere posse, si quis domicilio relicto naviget, vel iter faciat querens, quò se conferat, atque ubi constituat: nam hunc puto sine domicilio esse.*

430. Ubi Gloss. verb. *Domicilio*: *Dicunt quidam, quòd aliud est origo, & aliud est domicilium; cum primum ex necessitate, & deserere non potest, domicilium secundum ex voluntate constituitur & retinetur.*

428. In causis civilibus & criminalibus non subjicitur quis iudici originis.

429. Quis hic vocetur vagus. L. 27. ff. de Municip.

430. Varii modi quibus amittitur domicilium originis.

tur, ut sup. eod. l. Libertus, §. Patris. Et secundum hoc non sequitur: hic habet originem, ergo habet domicilium; licet sequatur: ergo est municipis; ut sup. l. 1. Et ita hic de domicilio, non de origine dicit. Hoc non placet. Nam qui originem habet, ergo & domicilium. Unde etiam infantes statim habent domicilium: ut sup. Assumptio, in fine. Unde dicit, quod hæc terra sua originis chasmate perit, vel capta est, ut Troja: ut arg. sup. de Relig. l. Cum loca. Veli passa est aratrum, ut Carthago: ut sup. Quib. mo. ususfruct. amit. l. Si usufructus civitati. Vel omnes recesserunt, & sic est inhabibilis, arg. sup. de Col. illi. l. 3. in princip. Vel etiam per privilegium desinit, sup. eod. l. Filii. §. Senator. Hæc Gloss.

431. qui non sunt necessarii ut quis dicatur vagus. Trident.

Ubi varios assignat modos, quibus amittitur etiam domicilium originis. Qui tamen nullatenus necessarii sunt, juxta communem DD. sententiam, ad hoc ut aliquis in casu proposito dicatur, & reverà sit vagus seu vagabundus: ut colligitur ex Concilio Trident. sess. 24. de Reform. Matr. c. 7. sequentis tenoris: *Multi sunt qui vagantur, & incertas habent sedes, & ut improbi sunt ingenii, primâ uxore relicta, aliam & plerumque plures, illâ vivente, diversis in locis ducunt. Cui morbo cupiens S. Synodus occurrere, omnes ad quos spectat, paternè monet, ne hoc genus hominum vagantium ad Matrimonium facile recipiant; Magistratus etiam seculares hortatur, ut eos severè coercerent: Parochis autem præcipit, ne illorum Matrimonii interfint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, & re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtulerint.*

432. Sufficit quod nullum habeat domicilium habitacionis, aut quasi.

Certum autem est, multos vagari & incertas sedes habere, tamen dictis modis non amiserint domicilium originis. Sufficit ergo, ut aliquis dicatur vagus, quod nullum habeat domicilium aut quasi domicilium habitacionis. Hinc, qui relicto priori domicilio iter facit ad locum, in quo domicilium constituitur destinavit, censetur vagus, dum relicto priori domicilio iter agit; quia reverà nullum habet domicilium, ut satis significatur in d. lege *Ejus qui, ibi: Nam hunc puto sine domicilio esse.* Et ratio est; quia prius domicilium, cum animo & facto ipso deseruerit, jam omninò perdidit: posterius autem nondum acquisivit, cum solo animo, absque facto ipso, id est, actuali habitacione, comparari nequeat, ut patet ex dictis Concluf. præcedenti: cum ergo hic sit sine domicilio, vagus erit.

433.

Et consimiliter, qui, relicta Parochiâ, nondum statuit, ad quam migraturus sit, sed querens domum, interim in aliqua Parochia hospitat ad breve tempus, vagus dici debet respectu Parochiarum illius oppidi. Ut etiam, qui, relicta priori Parochiâ, ad aliam

se transfert, & dum domus illa, ad quam transfert, expeditur habitatore, hospitatur in aliqua domo alterius Parochiæ.

Probat; quia non curatur de Parochia in qua ad breve tempus hospes est, non enim ibi censetur habitare, l. 1. §. Hæc autem causa, ff. de His qui effuderunt, ibi: *Hospes parochiæ non tenebitur, quia ibi non habitant, sed parochiæ hospitat.* Præterea, non est major ratio de una, quam de alia, ut dicatur propria Parochia. Tandem; quia hic sine Parochia est, priorem enim amisit, & nondum aliam acquisivit. Ita Sanchez sup. disp. 25. n. 4.

His præmissis de significatione nominis venio ad probationem Concluf. quam D. Castillo hic disp. 3. n. 133. absolute censet probabilior, præsertim pro praxi. Ratio ratio dicitur, inquit ille, quia vagus assignatur quis proprius Parochus, cui incumbit eorum cura, qui si non sit prædicto modo specialiter lege, aut consuetudine assignatus, saltem ratione districtus, in quo sine Parochia natus censetur, alioquin non habet sufficienter providum; quamvis non possent, si vellent, prædicti vagi autem adire pro administratione Sacramentorum, possent tamen Parochi recurrere ad hæc, alioquin ex munere non tenerentur; nulla autem potiori jure potest censeri illegitima, deficiente alicujus alterius designatione, quam ille, in cujus Parochia vagus actus est.

Quod etiam praxis confirmat; qui ubi non est specialiter designatus, nec Parochorum censetur obligatus ad audientiam Confessionem, ministrandam Eucharistiam, & Extremam Unctionem periculose decumbenti vagabundo, nisi ille Parochus, in cujus Parochia actus est. Hæc ille.

Sanchez autem supra n. 11. ait. Quod quæ Parochus potest Matrimonio vagantem interesse. Probat; quia idem est Parochus, qui ad audiendas Confessiones, & ad ministrandum Matrimonio: sed quicumque Parochus, non potest horum Confessiones audire: quia non est major ratio de uno Parochus, quam de alio, cum nullam certam Parochiam habeat. Hæc ille.

Eandem sententiam amplectitur Trident. sup. cap. 14. n. 5. quamvis rejiciat primum probationem Sanchii, tanquam inefficacem, cum, inquit, non liceat argumentum sumere ab uno Sacramento ad aliud. Quare (probat) eam Conclufionem sumo ex Decretal. rationibus Card. supra positis. Cum enim in duabus posterioribus planè docuerint, proprium Parochum alienigenarum, qui non reputantur inter vagabundos, esse eum, in cujus Parochia etiam modico tempore habitant, pro comperito relinquunt, si vagi sint, nullum habere certum Parochum, sed quæ-

vis ejus oppidi assistere posse. Ita Pontius.

Sed ad has Declarationes Concluf. præcedenti responsum fuit; in primis, forte non esse authenticas. Secundò; aliud esse à paucò tempore habitare, & paucò tempore habitare. Nam qui & domiciliarius est; à paucò tempore potuit habitasse in loco sui domicilii ut clarum est.

Nec obstat; quòd una Declaratio loquatur de alienigenis; quia sic vocantur; quoniam à paucò tempore verè erant alienigenæ, jam autem per habitationem facti sunt domiciliiarii aut quasi.

Atque ut loqueretur de veris alienigenis seu hospitiibus (qui tamen non dicuntur proprie habitare, ubi hospitantur, ut patet ex l. 1. ff. de His qui effuderunt, sup. allegata) equidem non satis probat illam sententiam; nam ideo dicit: *Et non sint comprehensivi in or vagabundos*; quia cum vagabundi non habeant Parochum domicilii, extra quaestionem videbatur; Parochum illius Parochiæ, in qua habitant, tempore quo Matrimonium contrahitur, posse assistere, quod & Sanchez, & Pontius, & alii omnes admittunt: Dubium autem poterat esse de alienigenis, qui habent Parochum domicilii, an hic, an verò ille, in cujus parochia morantur, debeat aut possit Matrimonio assistere.

Igitur illæ Declarationes non relinquunt pro comperto, si vagi sint, nullum habere certum Parochum, sed quemvis ejus oppidi assistere posse; nisi sic intelligendo, quòd quilibet possit assistere, quando in ejus Parochia contrahitur. Quòd autem Parochus hujus Parochiæ, possit venire ad aliam Parochiam, & ibi assistere, etiam invito ejus Parocho, non puto unquam Cardinales declarasse, nec de hujusmodi Declaratione cogitasse.

Nec enim sine scandalo (inquit Coninck hic disp. 27. n. 20 ubi tenet nostram Concluf.) Pastor D. Quintini conferret Extremam Uctionem vago, ægrotanti in Parochia S. Petri. Et putas, quòd sine scandalo assisteret Matrimonio? Censes, quòd sine scandalo corpus defuncti leveret, & deferret ad suam Parochiam? Et tamen tantum jus habet, ad alià Sacramenta ministranda, & ad funeralia, quantum habet ad assistendum Matrimonio, scilicet jus proprii Parochi; vel ergo non est proprius Parochus respectu Matrimonii, vel etiam est proprius Parochus respectu aliorum Sacramentorum, & respectu sepulturæ.

Quod Aliqui dicunt (inquit Coninck sup) eos nullum habere Pastorem; ideoque à quovis posse Sacramenta suscipere, non videtur verum. Quia inde sequeretur, eos à nullo, nisi à Pontifice, posse Sacramenta suscipere: quia nemo potest alicui Sacramenta

conferre, nisi proprius ipsius Pastor, vel alius, cum ejus licentia, ut bene docet Suarez to. 4. disp. 26. sect. 2. n. 7. Et praxis hoc omnino confirmat. Hæc ille.

Ego autem dico: in illa sententia, vel nullus est proprius, præter Pontificem, vel omnes sunt proprii, vel habent licentiam à proprio, id est, à Pontifice, hoc ipso, quòd eliguntur; ubi autem Pontifex dedit hanc licentiam vagabundis, non reperio; quòd etiam omnes sint proprii, qui antea erant alieni, eo ipso, quòd aliquis fiat vagabundus, unde probatur? Ergo nullus est proprius, præter Pontificem; ergo, ut bene argumentatur Coninck, à nullo possunt recipere Sacramenta, præterquam à Pontifice, vel alio de ejus licentia.

Pontificem autem omnibus generaliter dedisse illam licentiam, non ostenditur, ut jam jam dixi, ex aliquo jure; neque talis licentia rationabilis foret, cum nulla illius sit necessitas, & possit parere turbationem, si vagabundus, decumbens in una Parochia, alterius Parochiæ Parochum vocet ad Confessionem audiendam, & alia extrema Sacramenta administranda, & similiter ad assistendum Matrimonio, ad levandum corpus defuncti, & similia.

Planè itaque dicendum videtur, eum, in cujus Parochia habitat, pro tempore habitationis, licet modicæ, esse proprium Parochum, qui non solum possit, sed etiam teneatur ei administrare Sacramenta; & per consequens assistere ejus Matrimonio, & alia circa eum tam vivum, quam defunctum exequi, quæ exequeretur, si in eo loco haberet domicilium vel quasi domicilium, ut sic illi vagabundo sit sufficienter provisum, quoad salutem animæ suæ, & ut evitetur omnis perturbatio, & omne scandalum, quod aliàs natum esset oriri.

Atque ex his facilè responderetur ad probationes Sanchii. Ad primam quidem: eandem esse rationem Confessionis & Matrimonii; & ideo sicut non potest quilibet audire Confessionem; sed ille solus, in cujus Parochia pro tempore moratur, ut latius ostendimus Disp. præcedenti Sect. 1. Concluf. 7. ita nec quilibet potest assistere Matrimonio, sed ille solus in cujus Parochia contrahitur.

Ad secundam autem; majorem esse rationem de hoc Parocho, quam de aliis; putà, quia moratur in Parochia hujus Parochi, ut suppono, quamvis pro brevi tempore, & non in Parochia aliorum Parochorum; quis autem non videt, magis convenire, ut Parochus in sua Parochia administret Sacramenta tam indigenis, quam alienigenis, seu hospitiibus, quam ut administret ea in aliena Parochia?

Nec dixeris cum Sanchio supra n. 7. non

Suarez.

440. Indignum Auditoris.

441. Pontifex non dedit licentiam vagis à quolibet suscipiendi Sacramenta.

Ille potest et tenetur ministrare Sacramenta, in cujus Parochia moratur.

442. Eadem hic est ratio Confessionis & Matrimonii.

Quare potius hic Parochus, quam ille possit assistere.

443. est

*Occurritur
objectioni.*

est curandum de loco hospitii ad breve tempus, nec enim acquiritur Parochia per talem habitationem.

Respondetur quippe; id tantum verum esse, respectu eorum, qui alibi habent domicilium, aut quasi domicilium, seu propriam Parochiam; secus de his, qui nullam habent propriam Parochiam. Siquidem, ut ex dictis patet, planè conveniens est, ut quilibet habeat propriam Parochiam & proprium Parochum, qui ei teneatur Sacramenta administrare; ut autem habeat plures, nullatenus est necessarium.

444.
*Vagi possunt
contrahere
coram Paro-
cho loci, etsi
in fraudem
reliquissent
domicilium.*

Itaque vagi validè & licitè possunt contrahere Matrimonium coram Parocho loci, in quo contrahunt, quàmvis in fraudem Parochi domicili, eo relicto, facti essent vagi: sicuti mutantes domicilium seu Parochiam in fraudem Parochi, possunt validè & licitè contrahere Matrimonium coram Parocho nove Parochiæ, seu novi domicili; quia non est vera fraus, dum quis utitur jure suo, ut diximus Concluf. 6. ubi de peregrinis, qui in fraudem se conferunt ad ea loca, in quibus Trident. non obligat, ut ibi validè possint contrahere abque Parocho & testibus. Legantur quæ ibi scripta sunt, & hic applicentur; quia eadem est ratio utriusque casus.

445.
*Vbi per Pa-
pam est da-
pnam est Con-
fessor pro
vagi, ibi hic
solus potest
assistere.*

Si tamen (inquit Sanchez sup. n. 12.) esset alicubi Confessor pro vagis deputatus (ut fertur esse in Compostella) ille deberet eorum Matrimonio interesse. Quia is solus esset eorum proprius Sacerdos in eo loco. Sic Spino. Specul. testam. Gloss. 15. n. 43.

Sanchez.
Spino.

Hoc tamen intelligo, quando ex privilegio Pontificio ita esset deputatus pro vagis, ut nullus alius possit. Nam sola Episcopi deputatio non potest tollere libertatem, quam jure communi habent vagi, non subditi Episcopo, ad eligendum Parochum, cui subsint. Et quàmvis negari non possit; posse Episcopum ex justa causa reservare Parochis Confessiones vagorum, auferendo jurisdictionem, sicut potest reservare alios casus: & ita ratione hujus reservationis non possent audire Confessiones vagorum; possent tamen illi eligere alium Parochum, non subditum huic Episcopo.

An sufficiat
simplex de-
putatio? Ne-
gat Sanchez.

Nec credo per simplicem deputationem alicujus, qui audiat Confessiones vagorum, & prohibitionem, ne alius audiat, censi sublatam jurisdictionem; quia Trident. sess. 24. de Matr. c. 7. prohibuit Parochis, ne vagorum Matrimonio interfint, absque licentia Ordinarii; validè tamen intererunt, eà omisâ. Hæc ille.

446.
*Pontius exi-
stimat, Epif-
copum non
posse auferre*

Sed non rectè, secundum Pontium sup. n. 7. Non enim, inquit, valet ab uno Sacramento ad aliud, & ita restricta licentia ad Confessionis Sacramentum, non videtur restricta ad Matrimonium. Adde: etiam Epif-

copum non posse auferre à Parocho, qui secundum dispositionem juris Parochus est, potestatem assistendi, ita ut, si assistat, non valeat. Quare cum secundum novi juris dispositionem, à Cardinalibus explicatam, proprius vagorum Parochus sit quisvis Parochus ejus diocesis, prohibitio Episcopi oblat non potest, quo minus validè eos conjugere Matrimonio possit. Ita Basilus.

Ego autem dico: me nunquam valde authenticam novi juris dispositionem à Cardinalibus explicatam, in qua statuitur proprius vagorum Parochus, quisvis Parochus ejus diocesis. Quando eam contingeret dedere, tunc dicam, prohibitionem Episcopi non posse obstat, quò minus validè eos Matrimonio conjugere possit. Et quædam Concluf. nostra docet, eum esse proprium Parochum, in cujus Parochia vagi contrahuntur, ideo dico, prohibitionem Episcopi obstat, quò minus talis Parochus nullatenus existens in sua Parochia, conjugere Matrimonio possit, ut probat ratio præmissa adducta, & latius infra ostendimus, etiam per salvo, ut maneat verus Parochus.

Quod addo; quia si in aliquibus locis, vel consuetudine vel lege designatus Parochus, vel Parochia vagorum, ut bene notat (inquit Dicastillo sup. n. 133.) in aliquibus Hispaniæ locis, consuetudo servanda erit, & probabilius puto, in tali casu non valere Matrimonium coram alio Parocho, quàm proprius enim lex Trident. non potest limitari vel coartari ab inferioribus Superioribus, sed solum à Papa vel Concilio generali: minores tamen alii, ut Archiepiscopi, Episcopi, &c. possunt, saltem peculiari consuetudine prescripta, designare Parochias & Parochos proprios, qui existunt in suo districtu, tum indigenis, tum habitantibus ibi, tum advenantibus habitantibus alibi domicilium, & pro more commorantibus. Assignato vero Parocho, ille censetur & non alius pro illorum Parochus pro tunc.

Unde si in aliquibus locis sic sit factum (ut audio factum) ut pauperes advenant, qui hospitantur in aliquibus Xenodochiis, hospitalibus, habeant unum peculiarem Parochum pro tali loco, ille tantum potest assistere, ceteraque Sacramenta propria Parochi ministrare, etiam si aliqui in illis hospitalibus, in quo actu quis excipitur, sit in aliquo districtu, pertinenti ad alicujus aliteris Parochi Parochiam. Hactenus Dicastillo. Sciam bene meo judicio.

Hinc Conclufio nostra intelligenda venit de Parocho loci, in quo consuetudine vel lege non est designatus Parochus vagorum, sicuti ordinariè non est designatus; & tunc potest Matrimonio validè assistere & tunc licentiam alteri assistendi, Parochus loci, in quo

quo contrahitur, sive uterque contrahens sit vagus, sive alter tantum; nam ut dicitur Concluf. fequenti, fufficit Ordinarius seu proprius Parochus unius.

Ceterum ut licite affiltat, requiritur, juxta Tridentinum fuperius allegatum, diligens inquifitio, & licentia Ordinarii. Verba textus aperta funt: Parochis autem precipit, ne illorum (vagorum) Matrimoniu interficiant, nifi prius diligentem inquifitionem fecerint & re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.

Cumque fit preceptum in re graviffima, & valde neceffaria, fcilicet ad occurrendum adulteriis, ut patet ex illis verbis: Et de improbis funt ingenis prima uxore relicta, aliam & plerumque plures, illa vivente, diverfis in locis docent. Cui morbo cupiens S. Synodus occurrere &c. liquet profe&d, mortaliter peccare Parochum, qui, non fervato hoc precepto, vagos Matrimonio conjunxerit.

Et idem dicendum de alio Sacerdote, qui ex licentia Parochi affiltet. Quare enim ratio difparitatis? Nominat quidem Tridentinum folos Parochos; fed hoc ideo, quia ipfi regulariter affiltunt; interim ratio legis etiam militat in his Sacerdotibus, qui affiltunt ex licentia Parochi, & alioquin lex illa foret quodammodo inutilis; cum data occasione, quod Parochi nollent diligentem inquifitionem premittere, aut licentiam Ordinarii petere, pollent affiltentiam alteri Sacerdote committere.

Igitur Trident. dicitur aliquis, per Parochos, videtur intellexiffe omnes illos, qui Matrimonio pollunt affilttere, etiam Epifcopos; hi enim quamvis in d. Decreto veniant nomine Ordinarii, a quo Parochi licentiam id faciendi obtinere debeant; equidem, fi abfque preavia diligenti inquifitione vagos conjungerent, quidni equaliter peccarent, atque immediati Parochi? Quippe eadem ratio utrobique militat. Ex qua utique ratione, preferim, quando in ipfa lege exprimitur, fatis congrue colligitur mens seu voluntas legislatoris.

Et hinc Sanchez fup. n. 8. fic ait: Quod quidem Decretum, quamvis de vagis fermonem faciat; at ob rationis identitatem, neceffario comprehendit etiam alienigenas, alibi habentes fixum domicilium: nam ad Matrimonium horum in loco, ubi fixam fedem non habent, eadem diligens inquifitio, Ordinarii que licentia premittenda eft. Tum; quia eadem profus ratio militat, cum enim ignoti funt, pollunt alibi Matrimonio vincti effe, que fuit ratio explicata in eodem Decreto Tridentini: tum etiam; quia olim ufus obtinuerat, ne forenfes ignoti Matrimonio copularentur, abfque literis testimonialibus fui Epifcopi. Cum hoc tamen

temperamento; nifi forenfis ea etate in locum contractus advenerit, qua minime poterat Matrimonium inire; tunc enim folius Parochi auctoritate Matrimonio conjungentur; quia profus ceffat ratio, assignata in Decreto Tridentini.

Intellige tamen (profequitur idem Autor) non de quibuscumque vagis: Trident. enim in eo Decreto loquitur de iis, qui vagantur, & incertas habent fedes: quare licet illi, qui de certa Parochia intra idem mutantur oppidum, dicantur vagi, dum ad aliam Parochiam transfati non funt, fed ad breve tempus alicubi hofpitantur; manifeftum eft de illis non loqui Tridentinum: quia non funt vere vagantes, & incertas habentes fedes. Præterea, in illo oppido noti funt; quare præmiſſis denuntiationibus in Parochia, ubi diutius habitaverunt, pollunt abfque licentia Ordinarii a proprio Parocho Matrimonio conjungi. Hæc ille:

Idem dicendum (inquit Pontius fuprà n. 2.) de illis qui in aliqua terra ab uno oppido in aliud per plures annos tranfeunt; non enim vagi funt, fed alienigenæ. Unde Congr. Card. apud Farinacium feff. 24. de Matr. c. 7. n. 1. inquit: Non dicitur vagans illa mulier, que per octo annos in una eademque terra habitavit. Ita Baſilius.

Sed quid per unam eandemque terram Card. intellexerint, illa Declaratio non meminit. An forte totam Europam? An fortassis totam Hifpaniam aut totam Franciam? Num totum Belgium? An forſitan totam Brabantiam aut Flandriam &c?

Si dixeris: intellexerunt illam terram, in qua funt cogniti. Dic ergo confequenter, vagos hic effe omnes incognitos, & nulli alii. Sed nunquid hoc bene dixeris? Audi Dicafkillonem fup. n. 137. ubi refert ſententiam, que extendit hoc Decretum ad illos, qui ad breve tempus alicubi manent, & alienigenæ funt, ob identitatem rationis; funt enim ignoti, & pollunt effe alibi conjugati. Sed hoc, inquit ille, non facile concefferim effe neceffarium, ne transferamus leges de cafu in cafum non comprehenſum; nec video eandem effe rationem; poſſet enim res examinari in loco proprii domicilii, aut aliter providentia Parochi caveri periculum, quod potuiſſet etiam faceri in aliis, nifi Concilium obſtituiſſet. Hæc ille.

Quæ ego facile concefferim, juxta ſententiam, que docet, quod in poſitivis non fit argumentandum a paritate, imò identitate rationis, nifi ad evitandum abſurdum. Nullum autem eft abſurdum, quod præcipiatur Parochis, ne affiltant Matrimonio vagorum, nifi prævia diligenti inquifitione, & licentia Ordinarii; ſecus alienigenarum, quamvis contingat, eos effe incognitos;

Sfff 3

quia

452. An decreti à Trid. intelligatur de quibuscumque vagis? Negat Sanchez.

453. Vis etiam Pontius.

454. An omnes incogniti poſſint hinc dici vagi. Dicafkille.

455. Videtur quod non.

L. 5. ff. de
Legibus.

quia hoc perrarum est; communiter autem vagi sunt incogniti; jam autem, ut dicit l. 5. ff. de Legibus; *Ad ea potius debet aptari jus, quæ & frequenter & facile, quam quæ perraro eveniunt.*

De vagis ergo loquitur Trident. qui frequenter & facile sunt incogniti, & improbi sunt ingenii; non autem de alienigenis, qui perraro tales sunt: quando autem contingeret tales esse, jus naturale & connaturale gratiæ dicitur, Parochum, antequam eos conjungat, debere præmittere diligentem inquisitionem; ne Sacramentum exponatur periculo nullitatis, & ut caveatur adulteriū.

456.
Probatio.

Quod autem omnibus diligenter inquisitis, insuper adhuc requiratur licentia Ordinarii præcisè propter illud Decretum, hoc posset negari; præsertim cum illud Decretum sit correctorium juris antiqui, quo non requirebatur licentia illa Ordinarii: ergo strictè interpretandum, ut quàm minimam corrigat; ac proinde intelligendum de illis, qui reverà vagi sunt & incogniti; non autem de iis, qui alienigenæ, quàmvis incogniti; aut de vagis, qui cogniti sunt; quia isti nullatenus in stricta acceptione dici possunt vagi: in his autem cessat finis legis, vel potius ex fine legis cognoscimus, eos nunquam fuisse lege illà comprehensos, quæ tantum edita fuit ad evitandas fraudes, quibus verè vagantes & incertæ sedes habentes, solent plures ducere uxores. Igitur hæc res dubia est, attentis præcisè verbis Trident.

An intelligatur
Decr. de
vagi, qui
cogniti sunt.

457.
Affirmati-
vam senten-
tiam defen-
dit Averfa,
citans formam
quandam
examinandi
testes.

Interim pro opposita sententia adducit Averfa q. 7. sect. 1. §. *Demum*, (ubi eam propugnat) formam, ex mandato Sanctæ Inquisitionis universalis transmissam ad omnes Episcopos, quæ examinari debeant testes inducti pro libertate contrahere volentium, in qua tandem concluditur: *Omnes locorum Ordinarii præcipiant omnibus & singulis Parochis, in eorum diocesis existentibus, ut pro Matrimonio contrahendis cum exteris, non faciant publicationes in eorum Ecclesiis, nisi certiorato Ordinario, à quo, vel ejus Vicario, prius teneantur authenticam atestationem reportare, quod pro tali Matrimonio fuerunt examinati testes in eorum tribunal, qui proventu statum liberum contrahere volentium. Contravenientes autem severe puniantur.*

458.
Sed hæc for-
ma non con-
vincit inten-
tum.

Sed neque hæc verba convincunt intantum; quia dubium est, quid S. Inquisitio intelligat per ly *Exteris*. Et dici posset solum intelligere eos, qui in loco, ubi contrahere volunt, non habent domicilium aut quasi domicilium, & planè ignoti sunt.

Sufficit quod
unus sit va-
gus.

Hoc certum est, intelligi Decretum Concilii, etiamsi unus solus ex contrahentibus esset vagus, & vellet contrahere cum eive & incola loci, Nam ex parte illius pos-

sunt esse impedimenta, & præsertim legationis cum alio conjuge in alio loco, quod præsertim consideratur à Concilio. Ita Averfa supra.

Illud pro limite hujus Conclusionis addiderim; dictum Decretum minime irritat Matrimonium aliter contractum. Quod ut lex aliqua, actum, quem prohibet, irritare censetur, necesse est, ut vel contineat clausulam expressè irritantem; vel sensu sit usu recepta; vel concedat potestatem actus, non solum appositâ conditione, sed etiam conditionatè; aut denique præbeat actum ratione effectus permanentem. Sed nihil horum competit dicto Decretum, ut nimis manifestum est; ergo &c.

Enimvero si hæc fuisset intentio Tridenti indubie eam expressisset in Decreto immo te cap. 1. ejusdem sessionis; ibi autem Matrimonii essentiam seu valorem tammodo desideratur præsentia Parochi, & non testimonium. Et nonne Matrimonium, si quis denunciationibus valet? Placet denunciantium finem requiritur hæc denunciantium vagabundis, ad quem pro indignitate denuntiationes.

Denique, Ecclesia absolute non prohibet Matrimonium absque dicta diligenti licentia; sed tantum præcipit Parochis, ut diligentiam præmittant, & licentiam obtineant; ergo omisso ejus, cuius existens tamen vitiat Matrimonium, & non quod id speciale est in Matrimonio, ut in generali prohibitione, absque Decretum, non censetur annullari.

Atque sic declaratum esse à Cardinalibus, dicitur Henriquez lib. 11. de Matr. c. 3. n. 3. cum Aliis, quos citat Sanchez lib. 1. n. 17. quorum tamen ego (inquit Pontius sup. n. 8.) Declarationem non legi in casibus, quæ excusæ circumferuntur: tamen apud me, inter quasdam manus, quas accepi ab illustrissimo D. Fr. H. totocarrero Calagurritano primario, Cordubensi, denique Conchensi Episcopo Supremæ Inquisitionis Senatibus Supremæ Judicæ, viro cujus integritatem multoquam debebit oblivio. Inter illas ergo habetur: *Ut Matrimonium contractum, & solvatis solemnitatibus, traditis à Concilio, sponsi vagabundo, qui resistit, & recalcitravit, præsertim, quod Matrimonium fuerit celebratum, nullâ factâ sui status investigatione, neque Parochum habuisse licentiam ab Ordinario suo, juxta dispositionem Concilii sess. 24. c. 7. validum sit, & non videri nullum.* Hæc ibi. Ita Pontius.

Quod autem dictum est de Parochis, idem dicendum est de aliis Sacerdotibus, qui ex licentia Parochi assistunt Matrimonii vagorum; scilicet peccare, si id faciunt.

non præmissa diligentia, & licentia (ut superius adhuc diximus) quamvis aliquo Matrimonia sic contracta valeant.

Nec valet dicere: invalida est licentia Parochoi contra præceptum Tridentini; nam in primis fieri potest, ut Parochus concedat licentiam, salvo Decreto Concilii, sive supponens, quòd Sacerdos, cui dat licentiam servabit servanda ex dicto Decreto. Et quidem si conditionatè concedat, clarum est, quòd licentia non valeat, & per consequens nec Matrimonium, deficienti conditione. Sin autem absolutè, intendens equidem observationem Tridentini, valet licentia, & per consequens Matrimonium, estò Sacerdos non observet Tridentinum.

462. Sed quid, si Parochus ipse non intendat observationem Tridentini; sed positivam transgressionem? Respondeo: sicut ipsius assentientia contra illam prohibitionem, non est invalida, quia est simplex prohibitio, ut dictum est; ita neque invalida erit ejus licentia, & per consequens assentientia alterius Sacerdotis, cui licentiam assistendi concessit. Atque hæc tenent de Parocho vagorum. Pergo ad alias difficultates, & quæro primò: utrum sit necessarium ad Matrimonii valorem, ut assistat proprius utriusque contrahentis Parochus. Secundo; an valeat assentientia in aliena Parochia. Hæc est nostra resolutio.

CONCLUSIO XIII.

Valet Matrimonium, contractum coram proprio Parocho unius contrahentium, etiam in aliena Parochia.

463. UT à certis exordiamur: quotidiana praxis clamat, non esse necessariam præsentiam utriusque Parochi, quando contrahentes sunt ex diversa Parochia, sed satis esse unum ex illis. Nam Tridentinum nihil aliud requirit, quam ut Matrimonium contrahatur, præsentè Parocho; quod tunc fit, quando coram uno ex illis contrahitur.

Quamvis enim quoad reliqua Sacramenta, Parochus alterius contrahentis, non fit utriusque Parochus; secus tamen quoad Matrimonium, ratione connexionis, eò quòd Matrimonium non nisi inter duos consistere possit; arg. leg. 10. ff. Quemad. servit. amitt. in principio: Si communem fundum ego & pupillus haberemus: licet uterque non uteretur, tamen propter pupillum & ego viam retineo. Ubi Gloss. verb. Et ego Quia, inquit, individuum est, idèque aut tota retinetur, aut tota amittitur. Cum ergo Matrimonii contractus individuum sit, ita ut ab uno sine altero iniri nequeat, eo ipso quòd

quis est Parochus ad conjungendum unum, per necessariam connexionem erit ad utrumque.

Et confirmatur (inquit Sanchez supra n. 4.) quia re concessa, omnia necessaria ad illam comparandam conceduntur; l. 2. ff. de Jurisd. om; Jud. ibi: Cui jurisdictionis data est, ea quoque concessa videntur, sine quibus jurisdictionis explicari non potuit. Et cap. Præterea, de Offic. deleg. in fine, ibi: Ex eo, quòd causa sibi committitur, super omnibus, quæ ad causam ipsam spectare noscuntur, plenariam recipit potestatem. Ergo cum proprio Parocho committatur, suum Parochianum Matrimonio conjungere, censetur etiam commissum, alienum cum suo conjungere, cum hæc necessario connexa sint. Hæc ille.

Sed contra, dicit aliquis: hæc non vincunt, seclusa praxi. Quippe probandum restat, uni soli Parocho committi, suum Parochianum Matrimonio conjungere subdito alterius Parochi. Sicut enim denuntiationes tali casu faciendæ sunt ab utroque Parocho, ut patet ex Trident. sess. 24. de Matr. c. 1. ibi: Ter à proprio contrahentium Parocho... publicè denuntietur, inter quos Matrimonium sit contrahendum. Ubi loquitur Concilium in plurali dicens: Contrahentium, & non in singulari: Contrahentis: cur itidem uterque Parochus non debeat assistere, cum eodem modo loquatur in Decreto irritante: Qui aliter quam præsentè Parocho... Matrimonium contrahere attentabunt? Ubi etiam loquitur Concilium in plurali de contrahentibus, & non in singulari de contrahente aliter, quam præsentè Parocho: ergo similiter hoc Decretum requirit præsentiam utriusque Parochi, quando contrahentes sunt diversarum Parochiarum.

Respondeo neg. Consequentiam. Rationem do disparitatis: quia denuntiationes non sunt quid individuum, sed commodè diversis in locis, & diversis temporibus fieri possunt, & conveniens planè ad finem earum est, ut fiant in utraque Parochia, per consequens ab utroque Parocho; quippe in aliena Parochia minus noti sunt contrahentes, ut faciliè impedimenta, si quæ subint, possint aperiri, qui est finis denuntiationum. At verò contractus Matrimonii individuum est, ita ut ab uno sine altero fieri non possit, ut Omnes fatentur, & idèò Parochus unius, est etiam quoad istum actum Parochus alterius; adeòque dum unus Parochus assistit, assistit Parochus utriusque; porò dum unus Parochus denuntiat, non propterea Parochus utriusque.

Immo, inquis, utriusque; quia, ut jam dictum est, Parochus unius est Parochus utriusque. Fateor; sed respectu Matrimonii, non denuntiationum.

464. Confirmatur. L. 2. ff. de Jurisdia.

Cap. 5. de Offi. deleg.

465. Objectio.

466. Solutio.

467. Solutio impugnatur.

Sed

Defenditur.

Sed hoc est, quod quaeritur, reponit quipiam, & probatum oportuit, non suppositum. Respondeo: jam probavimus ex eo, quod unus actus sit individuus, alter autem omnino divisibilis seu dividiuus.

468.

Replicatur.

Contra, replicas; tamen si Matrimonium sit actus individuus; equidem si Ecclesia voluisset; potuisset requirere praesentiam utriusque Parochi ad majorem dandam auctoritatem illi contractui; & quamquam denuntiatio sit actus dividiuus; equidem, si Ecclesia voluisset, sufficere potuisset denuntiatio unius Parochi. Cum ergo sit unus & idem modus loquendi utriusque Decreti, cur non sit eadem necessitas utriusque Parochi respectu denuntiationis, & respectu Matrimonii?

469.

Diluitur.

Respondeo; praxis est optima legum interpretis, illa autem diversimodè interpretatur haec Decreta, ut nemo dubitat; igitur & nos ita debemus ea interpretari, quidquid sit de iuribus, à Sanchio praallegatis, quæ, ut verum fatear, non ostendunt omnimodam necessitatem hujus diversæ interpretationis; sed solum aliquam congruentiam; quare potius Ecclesia circa Matrimonium decreverit sufficere praesentiam unius Parochi; fecerit quoad denuntiationes.

Decl. Card.

pro communi

sententia.

Atque de hac differentia circumfertur Declaratio Cardinalium ad sess. 24. de Matr. c. 1. n. 1. sequentis tenoris: *Quando Matrimonium contrahitur inter duos de diversis Parochiis, debent in ambabus fieri denuntiationes. Et quando Matrimonium contrahitur inter virum, qui sit de una Parochia, & mulierem de alia, sufficit si contrahatur coram Parocho proprio mulieris, vel coram Parocho in Parochia viri*

470.

An Parochus

in aliena Pa-

rochia possit

valide assis-

tere.

Verum ex hac, & similibus Declarationibus, quas statim adduco, videtur probari oppositum secundæ partis Conclus. videtur, inquam, probari, Parochum in aliena Parochia non posse valide assistere; quod docet Pontius supra c. 16. ubi n. 3. ad quaestionem: *Quis contrahentium Parochus debeat assistere Matrimonio?* Sic respondet: *Et quidem dum librum de impedimentis primo in lucem emisi, mihi persuasi, sufficere quemvis Parochum ex duobus contrahentium, & ita Parochum viri in Parochia feminae, & e contra posse illos jungere Matrimonio.*

Sanchez.

In eam sententiam inductus fui, quia existimavi de eo extare Declarationem Card. prout nonnulli asserunt, qui tamen ejus verba non referunt. Sic etiam sensit Tho. Sanchez lib. 3. disp. 19. n. 11. cum Aliis, qui & docet esse Declarationem Cardinalium.

471.

Negat Pon-

tius,

At re maturius consideratâ (prosequitur idem Auctor n. 4.) longè verius videtur, proprium Parochum, qui assistere Matrimonio debet, esse eum, qui Parochus pro-

proprius est alterius ex contrahentibus, in ea Parochia, ubi contrahitur. Itaque in Parochia viri, erit Parochus viri, in Parochia feminae, Parochus feminae. Sic Navar. Summa c. 25. n. 144. Zeval. q. 604. n. 6. Ludov. Lopez 2. p. Instrud. c. 86. p. 1. terea, & 2. p. de Matr. c. 39. Salred. in p. xi c. 73. vers. 14. in nova editione, Emma Rod. 1. part. Sum. c. 218. n. 5. Henriquez l. 11. de Matr. c. 3. n. 2. & Alii.

Extant apud me pro hac sententia Card. Declarationes. Prima Brugensis Episcopo: *Usi quando vir ad dandum accessit pro contrahendo, & consummatione Matrimonii, is proprius Parochus sit, qui natus est, & illis benedictionem Sacramentalis daretur de jure. Habetur l. 1. Declarat. h. l. Secunda Episcopo Leonensi: *Usi proprius Parochus sit, qui uxoris Parochus est, immo uxoris contrahitur, vel ejus Parochus ut supra in una Brugensi, benedictionem debeat, non obstante quacumque contraria, etiam immemoriali. Tunc in hoc casu, quando scilicet contrahatur versarum Parochiarum, sufficit praesentia Parochus mulieris, qui interfuit Matrimonii. Idem fol. 167. Quibus consonat etiam Concilium Colonienle sub Paulo 3. c. 2. quod idem sentire videtur. Hactenus Bullas.**

Et occurrens responsioni cuiusdam ad has Declarationes, sic ait n. 5. *Et quaeritur, quando existimaverim ad has Declarationes respondere posse responderi; in illis sententia dicitur, sufficere Parochum uxoris, quando contrahitur in Parochia uxoris, & non ad aliam praecise requiri, quod eo ipso dicunt, necesse sufficere, non vero negari, quin aliter possit esse praesens: hoc tamen responsum mihi videtur refelli, ex earum Declarationum verbis rectè consideratis.*

Nam quaestioni propositæ, quibusmodus esset in Parochia feminae v. g. proprius Parochus, respondent Brugensis proprium Parochum esse uxoris, quia in Parochia uxoris. Cumque Concilium contrahendum coram proprio Parochio Congregatio declaret, illum esse proprium Parochum, manifestè sequitur, eorum non posse contrahi Matrimonium.

Expendo etiam, in 2. Declaratione dictum esse, Parochum uxoris esse, qui in qua Parochia benedicere sponso debet. Nam verbum: *Debet.* Non ergo alius potest, nisi Parochus viri in Parochia feminae, alius non uterentur Cardinales verbo: *Debet benedicere;* siquidem & alius etiam potest.

Expendo etiam in eadem secunda Declaratione, proprium Parochum, qui interesse & benedicere debebat, unum & eundem esse. At solus benedicit proprius ejus Parochus.

chus, id quod etiam fatetur idem Tho. Sanchez disp. citata n. 19: Cujus commoda discriminis ratio assignari non potest, cum Parochus sit de essentia Matrimonii, benedictiones vero nequaquam.

Nec verò his obstat Declaratio aliqua; non enim video ejus verba ab Auctoribus referri, & Tho. Sanchez illam referri scribit à Navarri. At Navarrius Consilio citato (scilicet lib. 4. Consil. in 1. edit. tit. de Sponsalibus, consilio 52. in 2. autem editione tit. de Claud. despons. consil. 4. n. 1.) illam non refert, sed tantum dicit se audire aliquos ita dicentes, quo adhuc rumore non obstante, ille in oppositam sententiam inclinat. Usque adhuc Pontius pro sua opinione.

Subscribo verba Navarri: Respondeo 1. quòd decisio hujus questionis pendet ex intellectu illorum verborum Concilii Tridentini, quibus requiritur ad valorem Matrimonii presentia Parochi, vel alius Sacerdotis, de licentia ipsius, sive Ordinarii, & ex intellectu verborum, quibus Congregatio Illustrissimorum Cardinalium cum assensu Papæ declaravit præfata verba, cum dubitaretur, utrius Parochi presentia requireretur, quando vir & mulier sunt diversarum Parochiarum.

Secundo dico; quòd quia incivile est, judicare de lege, nisi ea tota perspecta; ita non potest aptè responderi huic questioni, nisi perspectis omnibus verbis, quibus constat Declaratio illa præfatorum Illustrissimorum.

Tertio; quòd ego à fide dignis accepi, quòd Declaratio præfatorum DD. Cardinalium, constabat ex verbis, quæ significant id, quod adjeci in Man. Confess. scilicet sufficere Parochum mulieris, cum in ejus Parochia contrahitur, & Parochum viri, cum in ejus Parochia contrahitur. Nunc autem subaudio præfatum Congregationem declarasse, quòd presentia Parochi unius contrahentium sufficit, in quacumque Parochia contrahatur.

Quarto dico; quòd si per priora verba declarant, arbitror non sufficere presentiam Parochi viri, si contrahatur in Parochia feminae, neque è contrario, si contrahatur in Parochia viri. Si verò declarant per verba posteriora, arbitror sufficere alterum Parochum, in quacumque Parochia contrahatur.

Quinto; quòd prior Declaratio in dubio mihi videtur esse germanior verbis, & menti Concilii. Tum, quòd secundum illa neutri Parochorum datur auctoritas in aliena Parochia, per aliam verò sic: quòd ægrè conceditur in his, quæ pertinent ad forum exterius, cum præjudicio tertii. Tum, quòd duplex ratio secundum primam interpretationem concurret; scilicet, quòd est Parochus alterius contrahentium, & contrahitur in Parochia sua; & secundum alteram unum tantum, scilicet, quòd est Parochus alterius contrahentium, & duo vincula sunt fortiora uno. Tum, quòd Parochus, in ejus Parochia contrahitur, videtur quadamtenus esse Parochus utriusque contrahentium, alterius quidem propriè ratione domicilii vel habitationis, alterius verò ratione contractus Matrimonii, juxta cap. fin. de Foro competentis. Hactenus Navarri.

Qui si modò viveret, nec unam nec alteram Declarationem multum curaret, cum post Decretum Urb. 8. de quo alibi meminimus, de neutra constet, quòd sciam, authenticò, adèdque nec una nec altera efficaciter aliquid probet.

Interim respondeo ad Declarationes, à Pontio supra relatas: in eis sermonem esse, non de nudo & quasi privato contractu Matrimonii coram Parocho & testibus in ædibus privatis; sed de Matrimonio solemnibus, id est, de Matrimonio, quòd contrahitur in Ecclesia, cum debitis solemnitatibus, ab Ecclesia præscriptis, & præsertim cum benedictione Sacerdotali, cujus 1. & 2. Declaratio expressè meminerunt; jam autem hæc benedictio nequit dari à Parocho in aliena Parochia; quia, ut bene notat Sanchez sup. n. 19. celebratur à Sacerdote inter Missarum solemnias, & ita cum quodam quasi strepitu judiciario, qui strepitus, ut patet in Ordinibus Sacris, prohibetur in aliena Parochia seu diecepsi. Atque hæc est commoda discriminis ratio inter contractum, & benedictionem.

Aliter respondet Sanchez ad has Declarationes sup. n. 12. videlicet, ne alteri Declarationi, de qua meminit Navarrius, adversentur, intelligendas esse de consilio: expedit enim eum Parochum Matrimonio assistere, in ejus Parochia celebratur.

Nec obstat verbum: *Debet*; quia id in jure habet duplicem significationem. Aliquando importat stricti juris debitum, aliquando debitum decentiæ & honestatis, ut patet ex Gloss. can. 1. 25. q. 1. verb. *Oportere*, ubi sic ait: *Hoc verbum, Oportet, est verbum honestatis, sic ponitur 19. q. 1. c. 1. sicur hæc dictio: Debet, quandoque honestatem designat, ut extra de Despons. impub. Tua, quandoque est verbum officii, ut 25. dist. Unum, quandoque est verbum necessitatis, ut 3. q. 9. Non oportet.*

Jam autem magis congruum est, ut assistat ille Parochus, in ejus Parochia contrahitur. Atque hoc & non aliud probant rationes Navarri supra adductæ, ut bene notavit Sanchez sup. ibi. Ad secundum (quòd erat secunda ratio Navarri, quam vide sup. n. 477.) dic, solum probare, majori & jure & ratione

478. Resp. ad Declar. Car. à Pontio adductas.

Alia responsio ex Sanchez.

479. Verbi: Debet, in jure habet duplicem significationem.

Magis congruum est, ut assistat Parochus loci.

Sanchez.

ratione assistere debere Parochum, in cuius Parochia Matrimonium celebratur.

480. De hac congruentia intelligitur Rit. Rom.

Et de hoc debito majoris congruentia: seu honestatis, intelligo Rituale Rom. tit. de Sacram. Matr. ubi sic ait: *Est autem proprius Parochus, qui adesse debet, is, in cuius Parochia Matrimonium celebratur, sive viri, sive mulieris.* Vel dic, intelligendum esse de Parocho, qui non solum debet adesse contractui; sed etiam debet nuptias benedicere, juxta dictas Declarationes.

481. Parochus potest absolvere suos subditos in aliena Parochia.

Et quoniam communiter idem Parochus est, qui adest, contractui, & qui nuptias solemniter benedicit, hinc bene statuitur, ut is Parochus adit, in cuius Parochia Matrimonium celebratur, utpote qui solus possit sponsos benedicere.

Ergo & ipse solus validè potest assistere, neg. Consequentia; quia Tridentinum, quod induxit vel renovavit presentiam Parochi, tanquam necessariam ad valorem, non aliud requirit, quàm ut Matrimonium celebraretur presentè proprio Parocho; jam autem per hoc, quod contrahens, vel contrahentes sint in aliena Parochia, Parochus domicilii non definit esse proprius eorum Parochus.

482. Probatio ultima part. Conclus. Sanchez. Coninck. Dicastillo. A veria. Herinx.

Alioquin non posset ipsos ibi absolvere à peccatis, quod constat esse falsum. Et sicut illa absolutio, aut dispensatio, & similis actus jurisdictionis voluntariæ, exercetur in aliena Parochia vel diocesi, absque præjudicio tertii, quia Parochus vel Ordinarius alienæ Parochiæ, vel diocesis, non habet justam causam querelæ; ita quoque absque præjudicio ejus, proprius Parochus vel Ordinarius ibi assistit Matrimonio suorum Parochianorum aut diocesanorum; quia alter non habet justam causam querelæ.

483. Quia sit jurisdictionis, & necessaria, quæ scilicet habet contradictorem, & inter contententes exercetur, redditurque in invitatos; & dicitur contentiosa, quia actor con-

tendit contra reum: dicitur autem contentiosa; quia reus in iudicium vocatus tenetur ibi respondere, & redditur in invitatos.

Altera autem est voluntaria; manumissio, & admissio, & alii similes actus; hi enim expediuntur coram iudicibus, & dicuntur voluntariæ jurisdictionis, quia non fiunt in invitatos subditis, sed solum voluntibus; nec petunt iudicium a tribunali sedentem.

Quandoque tamen iurisdicção voluntaria assumit naturam contentiosam, & reducitur ad contentiosam, quando scilicet, non cum causâ cognitione exerceri potest, sed in manumissione exercenda per Manceum in qua requiritur causâ cognitio, in Sanchez sup. n. 7.

Et n. 8. sic ait: hoc distat inter jurisdictiones, quod contentiosa exercetur in territorio, & ad iudicem extra proprium territorium, & dicit illius injuriam inferat: voluntaria autem potest ubique exerceri; non inferat enim causâ cognitionem, nec petat iudicium a tribunali sedentem petat, non etiam iudicium alieni territorii merito consequatur, sed suo, per alienum iudicem, erga illos subditos, exercetur. Habetur expressè de ff. de Offic. Procons. *Omnis Provincialis Prætorum quam irrem egredi fuerint, habent jurisdictionem, sed non contentiosam, sed voluntariam in eccle manumitti apud eos non sunt iura, quam servit, & adoptions fieri.*

Jam autem assistentia Matrimonii, si est actus jurisdictionis, hinc equidem contentiosa, sed voluntaria, ut patet ex parâ dictâ.

Cur ergo nequeat exerceri extra proprium territorium? Respondet Pontius sup. n. 8. *Non habet tervent jurisdictione ulla voluntaria, sed da presentia; neque assistentia illa est voluntariæ jurisdictionis.* Deinde doctrina de exercitio jurisdictionis extra proprium territorium, eadem est, quatenus iustè alius diversè territorii conquiri non potest: ut hic iustè potest Parochi querela esse potest, & sequitur præjudicium. Non ergo est eadem iudicium jurisdictione voluntaria, & de assistentia Parochi. Hæc ille.

Sed contra: nos non dicimus illam assistentiam esse actum jurisdictionis, sed sit de quo disputavimus Conclus. 9. pontius jurisdictionis voluntariæ (cum in solis subditos volentes exercetur, nec petat iudicium a tribunali sedentem, sed sine omni causâ cognitionem, sed sine omni strepitu aut pompa exteriori, Parochus potest, assistere) quam contentiosam, quidam dicat Pontius sup. n. 10. ibi: Non enim est hic actus jurisdictionis voluntariæ, immo cum versetur præjudicium tertii, potest peti.

B O Sacramentum

pertinere deberet ad contentiosam, sicut Panormitanus docuit de legitimatione, quoties est in præjudicium tertii, esse contentiosam. Hæc ille.

487. Sed interrogo ego: nonquid etiam Panormitanus docuit, illam assistentiam esse in præjudicium tertii? Et quomodo potest esse in præjudicium tertii, cum Parochus assistens utatur jure suo? Qui autem utitur jure suo, etiam cum damno tertii, nemini præjudicat: est enim præjudicium propriè, non qualecumque damnum, sed illatum injustè. Probandum ergo manet Pontio, Parochum assistentem Matrimonio sui parochiani in aliena parochia, injustè inferre damnum; vel si ipse asserendo probavit, ego negando reprobavi.

Non potest autem hoc probare, nisi probando, cum non esse proprium Parochum in aliena Parochia, cujus oppositum constat in Sacramento Pœnitentiæ. Dicit quidem n. 9. non sumi idoneum argumentum ab uno Sacramento ad aliud, sed in unoquoque Sacramento spectandum esse, quid decretum sit. Dicit id quidem; sed quomodo probat, in Sacramento Matrimonii aliud decretum, esse, quàm in Sacramento Pœnitentiæ?

Ex Declarationibus, inquis, Cardinalium. Sed ad has supra respondimus. Item ex Concilio Colonienfi sub Paulo 3. c. 32. quod idem sentire videtur.

488. Est autem Concilium secundum, sub Adolpho Archiepiscopo celebratum, ubi citato sic lego: *Fit sepe, ut dum Pastor alter alterius ovile invadens, copulat virum & feminam, sibi non subditos, absque Episcopi licentia, ut unus fiat duarum maritus, & contra una multorum uxor. Ideo sub pœnis & censuris canonicis, statuimus & ordinamus, ut nemo Parochus vel Presbyter auste sibi non subditos copulare, nisi sit alter alterutrius Parochus proprius, & Pastoris alterius dimissorias literas acceperit, nec nisi in utriusque Parochia trine proclamationes tribus diebus festis à se invicem distantibus, ad populi frequentiam præcesserint.* Ergo Concilium idem sentire videtur, quod Declarationes Cardinalium.

489. Respondeo: si Concilium idem sentire videtur, quod Declarationes Cardinalium; ergo Declarationes Cardinalium nullatenus contrariantur nostræ Conclusi. quippe Concilium loquitur de Pastore, qui copulat virum & feminam, sibi non subditos; nostra autem Conclusio loquitur de Pastore, qui copulat suum subditum seu parochianum, cum subdito seu parochiano alterius Parochiæ, quod in illo Concilio non prohibetur, ut patet ex his verbis: *Nisi sit alter alterutrius Parochus proprius, & Pastoris alterius dimissorias literas acceperit.*

Porro in qua Parochia debeat contrahi, viri vel mulieris, propria vel aliena, ibi non statuitur.

Sed nec ipsa acceptio literarum dimissorias amplius est in usu, saltem per totam Ecclesiam, nec puto unquam fuisse. Quippe Concilium istud tantum fuit provinciale; neque constat, unquam à tota Ecclesia fuisse receptum.

Omitto: quòd ad summum ex isto Concilio probetur, esse illicitum contrahere coram proprio Parocho in aliena Parochia, quandoquidem eo tempore Matrimonium contractum, etiam sine ullo Parocho, fuerit validum; quoniam celebratum fuit istud Concilium sub Paulo 3. ante decretum irritans sub Pio 4. Hic autem quaerimus; an Matrimonium tale foret invalidum, quidquid sit de licito, de quo postea. Itaque illud Concilium nullatenus favet sententiæ Pontii.

Sed neque ratio, quam adducit n. 7. ex Navaro supra; quia sequeretur dari auctoritatem Parocho in aliena Parochia. Quod tamen in his, quæ pertinent ad forum exterius, ægrè admittendum est, maxime cum præjudicio tertii, nisi expresso jure concedatur, c. *Lugdunensis*, 7. q. 2. & Clement. 1. de Privil. Cùmque Concilium Trident. id expressè non concedat Parochis in aliena Parochia, tantum credendum est id fuisse concessum, quod in jure sine præjudicio tertii concedi potest. Hæc ille.

Respondeo; non debet Concilium id expressè concedere Parochis, ut Matrimonium valeat; sed debet expressè id ipsis negare, ut Matrimonium non valeat, quandoquidem Decretum istud irritans, tanquam correctorium juris antiqui, sit strictè interpretandum; cum ergo ante Decretum Parochus proprius in aliena Parochia validè assisteret, ostendi debet, ubi Trident. expressè revocet illam potestatem; alioquin, quidquid sit de licito, Matrimonium erit validum. Sicuti Collatio Ordinum in aliena diocesi, absque licentia Ordinarii, de qua loquitur d. c. *Lugdunensis*, & administratio Eucharistiæ ac Extremæ Unctionis, quæ fieret à Religioso, absque licentia proprii Parochi, de qua loquitur D. Clement. 1. de Privilegiis, valent, quàmvis sint illicitæ.

Unde hæc ratio adducitur à Sanchio sup. n. 17. pro opinione, quæ docet, Parochum proprium peccare, assistendo in aliena diocesi, & esse puniendum; quia, inquit, Parochus tenetur auctoritatem & approbationem publicam Ecclesiæ nomine præstare Matrimonio; hanc autem licitè præstare nequit in aliena Parochia, quia pertinet ad jurisdictionem quasi contentiosam, cum præstari debeat tanquam à publica persona.

T t t 2 Et

490. Ad summum ex d. Concil. sequitur esse illicitum contrahere.

491. Ratio pro sententiâ Pontii ex Navar.

Ostenditur ei non favere.

492. Adducitur à Sanchio ad probandum Parochum peccare.

Confirmatio.

Et confirmatur; quia Episcopus nequit absque peccato conferre Ordines suis subditis in aliena dioecesi, sine licentia Ordinarii illius loci, ut constat ex Trident. sess. 5. de Reform. c. 6. idque non alia ratione, nisi quia collatio Ordinum est actus jurisdictionis quasi contentiosae, cum fieri debeat auctoritate Pontificia; ergo similiter non poterit Parochus extra Parochiam assistere Matrimonio, cum auctoritate publica fundatur sit.

493. *Resp. Sanchez ad art.*

Respondet Sanchez sup. n. 19. negando, spectare hoc ad jurisdictionem quasi contentiosam. Nec, inquit, obstat, fieri tanquam a persona publica; quia etiam jurisdicatio voluntaria exercetur licite, tanquam a persona publica, extra proprium territorium.

Resp ad confirmationem.

Ad confirmationem negat, eam esse rationem: sed ratio est, teste Covar. lib. 3. variarium c. 20. n. 9. quia Ordines sacri conferuntur ab Episcopis, celebrantibus divina officia, indutisque vestibus Pontificiis, & ita cum quodam strepitu judiciario: quare primam Tonsuram poterant Episcopi in aliena dioecesi conferre, quia is strepitus necessarius non erat: hodie autem nec primam Tonsuram conferre licet, propter prohibitionem Trident. sess. 6. de Reform. c. 5. quod id prohibuit, ne dioeceses confunderentur. Hæc ille.

Igitur ratio illa Pontii, quæ etiam est Navarri, nequidem probat illam assistentiam esse illicitam, quantum minus esse invalidam?

494. *Alia ratio pro sententia Pontii.*

Alia ratio Pontii hæc est: Quia si vir est in Parochia feminae, cum sit proprius Parochus feminae, & existens in sua Parochia, satis consultum Matrimonio est, cum ratione connexionis possit utrumque conjungere. Si verò uterque extra suam Parochiam velit contrahere, si peregrinantur, habent Parochum illum, in cujus Parochia commorantur, ut jam supra à nobis demonstratum est. Non ergo est ulla ratio, quæ cogit asserere, Parochum in aliena Parochia posse conjungere Matrimonio. Hæc ille.

Ratio pro nostra sententia.

Respondeo: ratio jam supra assignata est, quia Parochus in aliena Parochia est proprius Parochus suorum Parochianorum, ut patet ex Sacramento Poenitentiae, Eucharistiae, & Extremæ Unctionis, quæ potest ibi valide & licite eis administrare, nihil autem aliud requirit Tridentinum ad valorem Matrimonii, quam ut assistat proprius Parochus, & nuptiam extat decretum prohibens illam assistentiam; ergo valet & licet.

495. *Rejicitur ratio Pontii.*

Et verò fieri potest, quod in sententia Pontii non satis sit consultum Matrimonio; v. g. si Parochus loci, in quo volunt aliqui contrahere, nolit assistere, nec dare alteri licentiam assistendi, & periculum sit in mora; adsit autem Parochus alterius loci, in

quo una, vel utraque pars, habet domicilium; qui secundum nostram sententiam possit assistere, etiam invito Parocho loci in quo contrahitur.

Deinde: quod ait Pontius, à se demonstratum, peregrinos habere Parochum illum, in cujus Parochia commorantur, non possum credere; nec aliquis credit, qui diligenter consideraverit ea, quæ supra contra hanc opinionem dicta sunt.

Imò nec ipse Pontius posset credere, si adhuc viveret, & diligenter attendere, quæ scripsit eodem libro c. 29. n. 9. & c. Illud (inquit n. 9.) addendum est; non tantum valere licentiam, concessam à Parocho vel Ordinario, ut in sua Parochia vel dioecesi alter eos conjungat; sed etiam, si communus obeat in aliena dioecesi. Pontianum exulare Salmanticam, vellegatum aliqua femina Salmanticensi contra Vallisoletum, eoque illam adduci vellet, ut concessa ab Ordinario Salmantici, à Parocho Vallisoletano eos conjungat Matrimonio, valet. Hæc ille.

Ego autem quæro: Parochus Vallisoletanus indiget illa licentia, ut eo valeat licite conjungat Matrimonio? Si demonstratum est à Pontio, Parochum loci, in quo morantur peregrini, esse proprium, demonstratum est, Parochum Vallisoletanum in casu proposito posse valide & licite eos conjungere, absque licentia Ordinarii Salmanticensis. Ergo frustra hic disputatur, an licentia illa valeat, quæ sine valet, si non, valet & licet Matrimonium.

Sed placet audire Pontium, ulterius disputantem de hac licentia. Scio, inquit, concessisse Navarri lib. 4. Concl. 37. negat enim Parochum extra suam Parochiam, aut Episcopum extra suam dioecesim, contrahendis Matrimonii, non esse interesse posse. Id tamen, quod supra placet; & docet Thom. Sanchez lib. 2. p. 1. 2. de Matr. q. 8. n. 5. Paulus Censurus lib. 2. Respon. moral.

Nam ex Decreto Tridentini loci, in quo constat, formam, ab eo præscriptam, observandam in Matrimoniis; in eo intrinsece essentialiter sitam esse; ut adsit Parochus, vel alius Sacerdos de licentia Parochi vel Ordinarii, & duo præterea testes. Igitur si aliqua omnia tempus, & locus, & alia, accidentaria sunt. Quare non addenda sunt huiusmodi odiosæ restrictioni juris naturalis. Cuiusmodi possit idem Ordinarius suos conjungere in aliena dioecesi ex Declaratione Card. quem refert Rebellus loco citato, cur non poterit licentiam concedere, ut alter suos dioecelanos conjungat; etiam in alia Parochia?

B
Sacramentum
Matrimonii

Quod si etiam iudex, qui extra suae jurisdictionis locum iudex non est, licentiam minori tribuere potest, ut extra suae jurisdictionis locum contrahere possit, cur idem non faciet Episcopus in Matrimonii contractu? Cur etiam, cum Episcopus suis, peregrinantibus in aliena Parochia, facultatem concedit, suscipiendi ab alienis Eucharistiae & Penitentiae Sacramenta, non praebit etiam facultatem in eundem Matrimonii? Ita interrogat Pontius.

Et quis non posset ei respondere: idem non praebit, quia secundum te eodem lib. c. 16. quamvis ea licentia concedi possit extra territorium, cum ea concessio sit actus jurisdictionis voluntariae: at verò non potest dari, ut assistat quis extra propriam Parochiam contrahentium, cum ipse Parochus vel Ordinarius assistere non possit. Ecce c. 16. non potest Ordinarius assistere extra propriam Parochiam contrahentium; c. autem 29. potest Ordinarius suos conjungere in aliena dioecesi.

Sed pergamus in cap. 29. Nec obstat id, quo potissimum videtur inductus Navarrus; scilicet, Parochum vel Episcopum extra suam dioecesim esse personam privatam, & non pollere ea auctoritate publicâ, quam in celebrandis conjugis exigere videtur Concilium. Id, inquam, non obstat; quia Concilium in eo personarum genere, quarum est in Matrimonio praesentia necessaria, non requirit alicujus publici officii auctoritatem; alias neque simplex Sacerdos, de licentia Parochi, aut testes è privatorum numero, non essent idoneae personae, quod stultum est; sed tantum exigat, ut ejusmodi sint personae, quae plenam Ecclesiae fidem faciant; abstulit enim Matrimonia praesumpta.

Adde: nomen Episcopi & Parochi esse nomen hominis, publicam personam habentis & sustinentis; unde publicâ id auctoritate factum judicari debet, cum actus ille non sit jurisdictionis contentiosae, sed voluntariae. Hucusque Pontius.

Qui (ut notat Averfa sup.) quamvis mutata sententiâ contradicat nostrae Conclusio- ni c. 16. n. 4. rursus tamen c. 29. n. 9. n. cl. cio, inquit hic Auctor, an oblivione captus, vel denuò mutata sententiâ, in priorem redit. Ita Averfa.

Et ibidem ad argumentum Navarri respondet: Etsi Parochus interfuit Matrimonio tanquam persona publica; tamen actus interveniendi sit privato modo, absque forma vel pompa iudicii vel Superioritatis.

Nec obstat l. 3. ff. de Offic. Praesid. ibi: Praeses in sua provincia homines imperium habet, & hoc dum in provincia est; nam si excesserit, privatus est; quippe hoc intelligendum est, quantum ad jurisdictionem contentio-

sam exercendam; secus autem quoad voluntariam, ut constat ex aliis legibus; porro ad voluntariam reducitur assistere Matrimonio, ut patet ex dictis, vel potius illa praesentia solum desideratur, ad auctoritatem praestandam Matrimonio; sed hanc praestare potest Parochus extra propriam Parochiam, cum verè persona publica & Parochus sit.

Sed & per illam assistentiam obtinetur finis dicti Decreti Trident. qui est, ut clandestinitas vitetur, & Ecclesiae constet de Matrimonio contracto. Et hoc sive una tantum pars sit extra propriam Parochiam, sive utraque; & sive ipse Pastor per se ipsum assistat, sive per alium Sacerdotem, cui absolute fecit copiam assistendi.

Quamquam hoc ultimum specialem aliquam habeat difficultatem, de qua tractat Sanchez lib. 3. disp. 34. quamvis enim Omnes fateantur, posse Ordinarium extra territorium jurisdictionem voluntariam exercere, at de delegato inferioris Principe, Multi negant, per l. 2. ff. de Offic. Proconsul. ibi: Omnes Proconsules statim quam urbem egressi fuerint, habent jurisdictionem, non tamen contentiosam, sed voluntariam; ut ecce manumissi apud eos possunt &c. Apud legatum verò Proconsulis nemo manumittere potest, quia non habet jurisdictionem talem.

Ceterum (inquit Sanchez sup. n. 2.) multò verius est, jurisdictionem voluntariam delegatam posse extra territorium exerceri; quia textus (quos retuli hoc 3. lib. disp. 19. n. 8.) indistinctè docent, posse jurisdictionem voluntariam extra territorium exerceri; nec faciunt vim in eo, quod iudicium exercentis ordinaria sit; sed quia nulla irrogatur injuria iudicij alieni territorij, cum absque strepitu, & figura iudicij exercetur: quae ratio aequè militat in iudice ordinario & delegato. Haec ille.

Sed quaero ego: qui sunt illi textus? Duos tantum refert Sanchez dicto loco. Primus est l. 2. ff. de Offic. Proconsul. mox pro opposita sententiâ allegata, quae videtur ponere distinctionem inter jurisdictionem ordinariam, qualem habet Proconsul, & delegatam, qualem habet Legatus Proconsulis.

Alius textus est cap. Novis, 7. de Offic. Legati. ubi sic scribit Innocentius 3. Regi Francorum: Ex parte tua querimoniam accepimus, quod, cum tibi Legatus esset certâ ratione suspectus, extra fines Regni Francorum in terram tuam interditi sententiam promulgavit. Et infra: Tua Magnificentiâ respondemus, quod, etsi fines Regni Francorum exierat, nondum tamen fuerat terminos suae Legationis egressus, cum non solum in Regno Francorum, sed in Vien. Lugdun. & Bisuntin. provinciis, injunctam sibi a nobis Legationis sollicitudinem suscepisset.

501.
Per assistentiam extra propriam parochiam obtinetur finis Trident.

An iurisdictio voluntaria delegata possit exerceri extra territorium.
L. 2. ff. de Offic. Proconsul.

502.
Affirmas Sanchez.

503.
Primus in quo se fundat.

Secundum;

504. Ubi, ut manifestum est, non loquitur Pontifex de jurisdictione voluntaria, sed contentiosa, ut bene notat Glossa ibi verb. *Terminos*, dicens: *Ex hoc videtur, quod si Legatus exiit Provinciam, ad quam destinatus est, quod amodo nec excommunicare, nec absolvere, nec causas delegare possit in illa provincia, & idem de aliis iudicibus ordinariis videtur, ff. de Offic. Præsidi l. 3. & ff. de Jurisd. omni. jud. l. ult. Videtur tamen quod possit absolvere aliquos, dum est extra provinciam; quia ea, quæ spectant ad voluntariam jurisdictionem, exequitur extra Provinciam, ff. de Offic. Proconsul. l. 2. Ad hoc dicas, quod nullus iudex potest excommunicare, vel absolvere extra suam provinciam, nam excommunicatio fit cum causæ cognitione, 2. q. 1. Nemo.*

Unde non video, quomodo ex illo textu probetur, vel Ordinarium, vel delegatum posse exercere jurisdictionem voluntariam extra territorium, cum de ea non loquatur. Deinde: non loquitur indistinctè de quolibet iudice, sed de Legato Pontificis; quem Glossa satis significat esse Ordinarium, dum dicit: *Et idem de aliis iudicibus ordinariis videtur.*

Porò alius textus, scilicet l. 2. ff. de Offic. Proconsul. videtur manifestè distinguere, & facere vim in eo, quod iudicatio sit ordinaria; nam ideo negat, apud Legatum Proconsulis aliquem manumittere posse, quia non habet jurisdictionem talem, qualem habet Proconsul, scilicet ordinariam.

Respondeo: ly *Talem*, non referre potestatem ordinariam, sed potestatem manumittendi. Audiamus Glossam illo verbo: *Immo videtur, quod habeat: ut inf. de Manu vind. l. 1. Apud Proconsulem, quæ est contra. Sol. ibi postquam est egressus Provinciam, habet: hic ante non habet, secundum R. 2. Alii dicunt, non habere ex se, etiam post ingressum; sed habere beneficio & commissione, etiam generaliter factâ à Proconsule; arg. inf. de Offic. ejus cui man. est juris. l. Cognitio. 3. Vel dic necesse esse, ut specialis fiat commissio in talibus actis, etiam post ingressum.*

Hinc Sanchez suprâ n. 5. respondet ad dictam legem: Legatum Proconsulis nullam habuisse jurisdictionem, nisi ei à Proconsule demandaretur; leg. 13. ff. cod. *Legati Proconsulis nihil proprium habent, nisi à Proconsule eis mandata fuerit iudicatio.* Et Proconsulem ante provincie ingressum non potuisse mandare jurisdictionem Legato; l. *Obferuare*, ff. cod. §. 6. *Post hæc ingressus provinciam, mandare jurisdictionem Legato suo debet: nec hoc ante facere, quàm fuerit provinciam ingressus.* Est enim perquam absurdum, antequam ipse jurisdictionem nanciscatur (nec enim prius ei comperit, quàm in eam provinciam venerit) alii eam mandare, quam non habet.

Nisi moram in itinere facere cogere. l. 5. ff. cod. *Aliquando mandare jurisdictionem Proconsul potest, etsi nondum in Provinciam pervenerit. Quid enim si necessarium moram in itinere patiat, maturissime antequam in provinciam pervenerit sit? Et l. 1. ff. de Manu. vindict. Apud Proconsulem postquam urbem egressus est, vindictam manumittere possumus. Sed & apud Legatum eam manumittere possumus.*

Cum ergo Legatus Proconsulis prima persona esset, ante susceptam à Proconsule jurisdictionem; mirum non est, si necesse extra territorium jurisdictionem voluntariam exercere. Quod minime procederet in legato (Sacerdote) nam habet jurisdictionem commissam; nec restricta fuit ab Ordine concedente, ut solum in trâ territorium eam exercere. Hæc ille.

Sed nunquid foret restricta ad Parochiam si Parochus diceret Sacerdoti: *Valde mihi placet, si tu Matrimonium in meâ Parochia, & assiste ibi Matrimonium, & assiste illa sit in trâ Parochiam; vel si tu Matrimonium Matrimonio Petrum & Mariam in meâ Parochia; vel si tu Matrimonium in meâ Parochia?*

Respondet Sanchez sup. n. 2. *negare licet, Quia, inquit, hæc omnia sunt conditiones licentiationis, & non causa restrictionis licentiationis: quando enim dicit: *in Ecclesia*, nemo dubitaret valide assistere in privata domo constituta in trâ Parochiam. Expono dicit: *Do licentiam ad assistendum Matrimonium in meâ Parochia*, sensus est, ut conjugandos Matrimonio meos Parochianos. Sicut dum dicitur Clement. *Unum*, de Sepulch. possit Religiosos audire Confessiones in trâ Dioccesim, non fuit animus Pontificis locum infringere, sed personas, id est, subditos illius diocesis. Hæc ille.*

Solum subscribo aliquam Declarationem Card. de hac re: *An validum sit Matrimonium, celebratum in Parochia viri, coram Sacerdote, habente licentiam procho viri, & presertim cum Parochus mulieris sint in diversis diocesisbus conjugati. valeat. 16. Febr. 1595.*

Sit itaque finalis resolutio, valere Matrimonium, contractum coram Parochia, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochia seu Ordinarii licentia, extra Parochiam vel diocesium etiam utriusque contrahentis, ac ipsius Parochi seu Ordinarii.

Sufficit etiam alteruter Parochus five ritus five mulieris. De quo utique puncto sic dicitur Aversa q. 6. Sæct. 3. *Quando autem contingit virum esse subditum unius Parochie*

BIBLIOTHEK
SACR. PALATII
VATICANAE

Et loquitur de Legato Papa.

505. Ex i. jure videtur potius oppositum sequi.

Explicatur.

506. Resp. Sanchez ad d. jus.

L. 13. ff. de Offic. Proconsul.

L. 4. ff. cod.

chiz & Parochi, & feminam alterius, Navar. in Sum. c. 25. in 1. editione docuit, debere Matrimonio assistere Parochum proprium femine. Et refertur quedam Declaratio Sacre Congreg. sup. Concil. Quando contrahentes sunt diversarum Parochiarum, sufficit proprius Parochus mulieris, qui interfuit Matrimonio. Et ita quoque servatur Romæ & alibi.

Satis tamen certum & exploratum est, sufficere alterutrum Parochum, siue mulieris, siue viri. Ita omnes docent & Navarri ipse in posteriori editione. Et in hunc sensum refertur Declaratio Sacre Congreg. Et ubi dicebatur sufficere Parochum mulieris, non excludebatur Parochus viri; sed demonstrabatur, non requiri utrumque Parochum simul.

Certe enim non requiritur uterque simul, quia Concilium decrevit tantum, ut coram Parocho contrahatur Matrimonium, id est, uno Parocho. Et ita praxis totius Ecclesie observat, & observabat etiam ante Concilium, ratione præcepti, quod & tunc aderat, contrahendi coram Parocho. Hinc non est major ratio, cur potius Parochus mulieris, quam viri requiratur ad valorem Matrimonii, cum ex jure non habeatur talis determinatio, quare alteruter æque sufficit.

Ex convenientia tamen quadam factum est, ut potius assistere soleat Parochus mulieris: quia magis decebat virum accedere ad Parochiam mulieris, quam e contra. Immo ex consuetudine Parochorum & populi, aut ex præcepto peculiari Episcopi in sua dioecesi, fieri potuit, ut sub obligationem caderet, quod Parochus mulieris assisteret, quamvis id ad valorem non requiratur. Hactenus Aversa.

Majus autem dubium est; an peccet Parochus assistens in aliena Parochia aut dioecesi, sine licentia Parochi seu Ordinarii loci. Peccare, inquit Aversa sup. affirmant Henriquez l. 11. de Matr. c. 3. n. 2. & Rodrig. to. 1. Sum. c. 219. n. 7. Ed quod hic est actus jurisdictionis, aut saltem auctoritatis in foro externo: qui proinde non potest licite exerceri extra proprium locum, & in loco alterius Superioris. Idedque nec potest Episcopus licite conferre Ordines aut primam Tonsuram, aut Confirmationem, etiam propriis subditis, in aliena dioecesi, absque licentia alterius Ordinarii: nec Parochus ipse benedicere nuptiis extra propriam Parochiam.

Negant tamen peccare Coninck disp. 27. dub. 2. Concluf. 6. Sanchez lib. 3. disp. 19. q. 3. & Alii, & probabile censet Diana part. 3. tract. 4. resol. 232. Ed quod hic actus non exercetur cum strepitu aut pompa, sed privato modo. Ac valde differt ab aliis actibus, qui ex genere suo exercentur cum strepitu aut pompa: quales sunt etiam collatio Ordini-

num & Confirmationis, & benedictio ipsa nuptiarum, ut notum est.

Quare offenditur Superior in suo loco, si alius extraneus exerceat ibi hujusmodi actus per se publicos & solemnes: non autem si exerceat aliquem actum privato modo, ut audire Confessionem, & sic etiam assistere Matrimonio suorum subditorum. Et ita hoc potest quidem admitti: dum modo id ita reipsa fiat absque strepitu & concursu, & in loco privato, ac non expressè contradicente & invito proprio Parocho ejus loci. Hæc ille.

Ubi tacitus videtur innuere, id non posse fieri, expressè contradicente & invito proprio Parocho ejus loci; cujus quidem contradicentia seu contradictionis non meminerunt Sanchez aut Coninck, quorum ille sup. n. 18. sic ait: Verum probabilius mihi est, nullo modo peccare, cessante scandalo, nec puniendum esse.

Probatur: quia minus est auctoritatem præstare Matrimonio, quam exercere actum jurisdictionis voluntariæ, cum uterque actus fiat tanquam à persona publica (privatus enim nulla jurisdictione uti potest) & præstare auctoritatem, tantum sit interesse tanquam testem, habentem qualitatem & dignitatem Parochi, quod fieri potest à Parocho excommunicato denunciato; exercere autem jurisdictionem voluntariam, ultra dignitatem personæ publicæ, postulat jurisdictionem nullo modo esse impeditam; quare si exerceatur ab excommunicato denunciato, nihil prorsus fit. Si ergo potest Parochus in aliena dioecesi exercere jurisdictionem voluntariam erga subditos, audiendo ipsorum Confessiones, juxta ferè omnes, poterit à fortiori assistere Matrimonio, quod minus est.

Præterea; quia, attento jure antiquo, poterat Episcopus in aliena dioecesi conferre propriis subditis primam Tonsuram, & Pontificalibus vestibus indutus celebrare, absque licentia Episcopi illius dioecesis: ergo à fortiori poterit licite Matrimonio interesse, cum illa multò digniora sint; sunt enim actus Ordinis & jurisdictionis Episcopalis; interesse autem Matrimonio nec est actus Ordinis, nec jurisdictionis, sed testificatio quædam personæ, dignitatem habentis.

Tandem; quia nullo jure interdictum invenio Parocho, assistere Matrimonio extra propriam Parochiam: nec Parochus alienus jure offendi ex hoc potest, cum id non pertineat ad jurisdictionem contentiosam. Hæc ille. Ergo secundum ipsum id licitum est, etiam expressè contradicente & invito proprio Parocho ejus loci, secluso scandalo.

Idem docet Coninck supra, dicens n. 23. Ex his sequitur primò, ex rationabili causa, & cessante scandalo, etiam licite illud facere, quia

513. Quid si Parochus aliena Parochia expressè contradicent?

Probatur licere ex Sanchez.

514. Secunda pro batio.

Tertia.

515. Idem docet Coninck.

510. Non requiritur uterque simul.

Convenit ut potius mulieris.

511. Peccat Parochus assistens in aliena Parochia aut dioecesi, sine licentia Parochi seu Ordinarii loci.

512. Negant tamen peccare Coninck.

quia nullibi est prohibitum, ut bene Sanchez lib. 3. disp. 19. n. 17. In quibusdam tamen locis, statuto provinciali id videtur prohibitum.

Sequitur 2. multò magis existentem extra Parochiam suam vel diocesim posse alteri facere potestatem, ut in sua diocesi Matrimonio assistat; quia minorem strepitum exigat. Nec ulla est ratio, cur hoc possit prohiberi. Hæc ille.

Ubi etiam non meminit contradictionis, de qua Diana sup. nisi fortè impliciter in illis verbis: *Ex rationali causa, & cessante scandalo*, quasi semper scandalosum sit, id facere, expressè contradicente & invito proprio Parocho ejus loci; quod ego difficulter possum credere, cum Parochus ejus loci non habeat jus contradicendi, & fieri possit, ut irrationabiliter contradicat.

Ceterum si à me queritur; quid sit contrahere præsentè Parocho, sive quæ præsentia Parochi requiratur, ut Matrimonium valeat, juxta dictum Decretum Concilii Tridentini? Respondeo:

CONCLUSIO XIV.

Ut valeat Matrimonium, non requiritur præsentia libera Parochi, vel postulata; modò actum percipiat per se, vel per interpretem, ita ut de ea testari possit.

516.
Duplex est
præsentia,
moralis &
physica.

Quid addat
moralis ul-
tra physi-
cam.

517.

Probat
quod requi-
ratur mora-
lis.

L. 209. ff.
de Verb.
signif.

Hæc Conclusio plures continet difficultates, quæ singulatim hic examinandæ sunt & enucleandæ. Prima est; an requiratur præsentia moralis seu humana, an verò sufficiat physica seu corporea.

Quid hæc sit, omnibus notum arbitror, eamque planè necessariam esse, nemo dubitat. Porro præsentia moralis seu humana, ultra physicam addit usum rationis, & advertentiam ad id, quod agitur, in præsentè casu, ad contractum Matrimonii. Atque hanc etiam requisitam esse ad valorem Matrimonii, Omnes passim docent.

Probat autem ex verbis Concilii Tridentini, quibus utitur scilicet 24. de refor. Matr. c. 1. in Decreto irritante: *Qui aliter, quàm præsentè Parocho &c. sed qui non adest more humano, intelligens & advertens, quid agatur, non censetur in jure præsentens*; arg. l. 209. ff. de Verb. signif. in principio: *Coram Titio aliquid facere jussus, non censetur eo præsentè fecisse, nisi is intelligat. Itaque si furiosus, aut infans sit, aut dormias, non videtur coram eo fecisse.*

Proinde si in casu proposito Parochus, aut unus ex testibus furiosus sit, aut infans, aut

dormiat, vel certè cæcus sit & furdus, non videtur coram eis contraxisse, quod tamen Tridentino requiritur.

Dico: *Cæcus & furdus*; quia si solum cæcus sit potest contractum percipere auditu & ita intelligere, quid agatur; si autem solum furdus, potest percipere visu, quod per verba tantum, sed etiam alius signis Matrimonium contrahitur, ut patet ex alibi dictis.

Debet ergo esse talis præsentia, per quam possit obtineri finis dicti Decreti, qui est: Parochus & testes possint testari de Matrimonio contracto, ne, vivente primò aut aliquis possit ducere secundam, eò quod primum Matrimonium nequeat constare. Et hæc, ut satis patet ex principio dicti Decreti. Non quòd finis legis cadat sub legem; sed quòd ex illo colligamus, quid Concilium per præsentiam requisitam intellexit, non autem non potest aliquis testari de eo, nisi nullo modo percipit seu intelligit.

Et hinc eodem capite sic ait Concilium: *Ubi Parochus, viro & muliere conjugum eorum mutuo consensu intellexit, ut dicitur. Ergo Parochus debet intelligere Matrimonium, antequam eos conjungat. Et quomodo poterit intelligere, nisi aliquo testis eorum percipiat? Nam intelligit, quod per hoc actu rerum, dependet à sensibus exterioribus.*

Quid ergo, dicit aliquis; si Parochus accesserit animo attendendi, quævis tempore contractus distrahatur evagatione mentis, valebitne Matrimonium? *Admirandum hæc quæz l. 1. 1. de Matr. c. 3. n. 1. in comment. hanc l. F. quia, inquit, habet attentionem virtuosam, qualis sufficit pro aliis Sacramentis & Matrimonia.*

Sed hoc est minus verum (ait Sanchez 3. disp. 39. n. 5.) Quia in Missa requiritur attentio, non ut audiens sit testis, sed ut obita reverentia servetur Missæ, & actus Religionis: quod debetè observando audiens voluit attendere, & reverentiam ex fragilitate divagatur. Quia etiam Sacramenta requiruntur intentione faciendi & recipiendi Sacramentum, ut confessio & receptio sit actus fictitius & non quæ intentio virtute durat, dum a principio habita est, nec in contrariam mutatur. Intentio autem & advertentia Parochi & testium desideratur, ut ipsorum testimonio Matrimonium comprobari possit, contraque Ecclesiæ, quod testimonium nullo modo testari possunt, nisi actu advertent; ergo nec per Matrimonium.

Et confirmatur; quia in Sacramento potentia, dum Sacerdos est futurus peccatorum iudex, quantum vis voluerit advertent, si actu non advertit, minime sufficit ergo nec in Sacramento Matrimonii, ubi Parochus est tanquam testis. Et confirmatur

B. O. SACR. MATRIMONII

quia ad effectum testificandi de Matrimonio contracto, perinde est, quando actu non advertit Parochus, ac si absens esset.

Tandem; quia Tridentinum parificat presentiam Parochi & testium, ibi: *Qui aliter, quam presente Parocho, & duobus testibus*; nam copula: *Et, casus similes* conjungit. Sed si testes præ mentis evaginatione non adverterent ad mutuam consensum, minimè sufficeret: quia reverà non essent testes; ergo idem est dicendum de Parocho. Et confirmatur; quia Tridentinum petit Parochi presentiam moralem & humanam, omninò autem non advertens, non dicitur præsens. Hactenus Sanchez.

Planè, reponit quispiam, omninò non advertens non dicitur præsens, juxta l. 209. ff. de Verb. signif. sup. citatam. Sed nunquid est omninò non advertens, secundùm istam legem, qui virtualiter advertit? Illa lex non specificat nisi furiosum, infantem aut dormientem, inter quos minimè numerari potest virtualiter advertens; quippe qui possit humano modo interesse Missæ, & administrare Sacramenta, quod non potest furiosus, infans, aut dormiens.

Quàmvis ergo aliquo modo dici possit non advertens; non tamen omninò, seu omni modo; & idèò dici potest aliquo modo præsens, etiam moraliter & humano modo, ut patet in exemplo auditionis Missæ. An autem talis moralis presentia sufficiat, ut testetur, hoc est, quod hic quæritur, non solum de Parocho, sed etiam de testibus. Et sanè Henriquez, qui putat eam sufficere in Parocho, consequenter etiam admitteret, eam sufficere in testibus. Ecce responso ad ultimum argumentum & ejus confirmationem.

Quantum ad primum, & ejus 2. confirmationem; in ipsis videtur supponi quod probandum est, scilicet talem advertentiam non sufficere ad testificandum de Matrimonio contracto. Sed reverà sufficere, videtur inde probari; quòd qui cum tali advertentia audit Missam, aut consecravit, vel aliud Sacramentum administravit; testificari possit se audivisse Missam, aut consecrassè corpus & sanguinem Christi, vel aliud Sacramentum administrasse. Alioquin cur non teneatur iteratò audire Missam, præceptam in die Dominico, aut Festo, vel iteratò consecrare, vel aliud Sacramentum ministrare, v.g. Baptizare &c.?

Ad 1. confirmationem respondetur; disparitatem esse, quòd in Sacramento Pœnitentiæ iudex debeat servare æquitatem in pœnis injungendis; cum autem peccata sint diversissima, non potest eam servare, nisi actu intellexerit peccata in specie & sigillatim; hic verò, cum Parochus sciat, sponfos convenisse ad præstandum consensum de

præsenti, & ipse eo animo venerit, ut eum intelligat seu percipiat, & ad istum finem manserit in loco contractus, & exterius contrahentibus assistit, dum consensum exprimerent, de quo solo exprimendo hic tractabatur, videtur sufficienter eum intellexisse, quàmvis actualiter fuerit distractus, dum exprimeretur, ad hoc, ut testari possit, eum fuisse expressum.

An puras, quia si ipsi contrahentes fuissent distracti eo tempore, quo consensum suum expresserunt, virtualiter tamen attenti, Matrimonium non valeret, aut certè de eo contracto non possent testari?

Scio Dicakillonem hic disp. 3. n. 161. requirere in ipsis contrahentibus actualem advertentiam; sed id non mirum, cum ad omnia Sacramenta eam requirat, tract. 1. de Sacramentis disp. 1. dub. 3. Supposito autem, cum communi sententia, sufficere in aliis Sacramentis virtualem, cur etiam non sufficiat in Matrimonio, non solum quâ Sacramentum est, sed etiam quâ contractus?

Profus sufficere, docet Sanchez lib. 1. disp. 8. n. 21. ibi: Sed dicendum est, sufficere virtualem voluntatem, quâ sponsalia sint volita in se: unde dispar est ratio de homicidio volito ab ebrio, quia tantum est volitum in sua causa prævisa... Et ideo Navarrus Summa Latina & Hispana c. 12. n. 26. Lud. Lop. 1. p. Instruct. c. 43. paulò post principium, Arragon 2. 2. q. 88. a 1. fol. 966. merito docent, ad voti valorem sufficere voluntatem & deliberationem virtualem, quâ in se ipso volitum est: quare idem dicerent in sponsalibus.

Et probatur: quis enim diceret, quòd is, qui deliberatè cepit exequi eas ceremonias, quæ præcedere solent Matrimonium aut Professionem, non sit verè professus, aut legitimo Matrimonio conjunctus, ex eo quòd tempore Professionis, aut Matrimonii non habuit deliberationem propter animi perturbationem, vel attentionem ad alia? Sicut si simili voluntate facturus Sacramentum accedat, verè consecrabit ex voluntate virtutis, quàmvis consecrationis tempore ad alia divagatus non attendat. Hæc ille.

Ego autem quæro: Quis diceret, quòd is Parochus, qui deliberatè cepit exequi eas ceremonias, quæ præcedere solent Matrimonium, non sit verè præsens Matrimonio ex eo, quòd tempore, quo Matrimonium contrahitur, sive quo explicatur consensus de præsentibus ab utraque parte, non habeat deliberationem propter animi perturbationem, vel attentionem ad alia?

Si respondeas; eam deliberationem non sufficere ad testificandum de Matrimonio contracto; dico vel sufficere in Parocho, vel non sufficere in ipso contrahente, ut de suo

524. An valeat Matr. si ipsi contrahentes fuerint distracti? Negat Dicakillo.

525. Affirmat Sanchez, & probat ex- plo voti, ad quod sufficit deliberatio virtualis. Navarr. Lopez. Arragon.

526. Ex quo videtur probari, etiam eam deliberationem sufficere in Parocho.

2.

Confirmat.

521. Respons ad hanc confirmatorem.

Resp. ad ultimum arg.

522. Resp. ad 1. & ejus confirmatorem.

523. Resp. ad 1.

Matrimonio testificetur. Disparitatem expectans expectabo à doctioribus, aut certè æqualitatem.

527. Dubitat Pontius an sufficiat intelligere consensum per interpretem

Interim pergam ad 2. difficultatem, quæ movetur circa illam particulam Conclus. Vel interpretem, de cuius veritate Pontius, lib. 5. c. 21. valde dubitat. Ratio autem, quæ ipsum dubitare facit, hæc est. Quia, inquit ille, ea de causa vult Ecclesia Parochum & testes esse præsentibus, ut possint Ecclesiam certam reddere de Matrimonio contracto. At si Parochus & testes, tantum per interpretem intelligant, quod agitur, nec possunt illi esse certi, neque Ecclesiam certam reddere; innumeris enim litibus pateret aditus.

Propositur casus particularis,

Pone enim unum ex contrahentibus dicere, interpretem esse mentis in eo, quod explicuit ipsum contempsisse, in quo casu interpreti, etiam juranti, non est habenda fides; cum interpreti in re dubia non adhibeatur fides, etiam si contrahens non producat testes alios. Tum; quia ille interpretis in eo testimonio unus est; unius autem testimonio non creditur, l. Jurisjurandi, C. de Testibus.

Deinde; hujus interpretis interest, ita existimari, ut dicat; ejus enim res agitur in eo testimonio; in sua autem causa nullus testis, l. Nullus, ff. de Testibus, & l. Omnibus, Cod. eod. Quare duobus testibus probare debet alter contrahens, qui utriusque linguæ periti fuerint, & ibi interfuerint, alium, qui negat, consensisse.

528. In quo difficile est probare Matr.

In hoc ergo casu, quomodo per Parochum probabitur Matrimonium apud Ecclesiam? Quamvis enim demus, duos alios testes, qui cum Parocho adsunt, utriusque linguæ peritos esse, & rectè intelligere, an interpres verè explicet Parocho, quid agant contrahentes. At Ecclesia non tantum voluit esse duos illos testes, sed tres, scilicet Parochum etiam testem qualificatum.

In hoc casu Parochus non poterit nisi de auditu alieno testificari, quod testimonium non valet, ex c. 47. de Testib.

Testis autem esse non potest Parochus, nec potest affirmare se scire, neque se audivisse, sed erit in eo casu testis ex auditu alieno, cujus testimonium ex regula generali non admittitur, cap. Licet ex quadam, ibi: Præter communem formam de testibus, ut ibidem notant Canonistæ. Cujus regulæ ea ratio à DD. communiter assertur, quod testis debet deponere de his, quæ novit, & quibus præsens fuit, & sic per proprium sensum, & non per sensum alterius, cap. Testes, 3. q. 6.

Joan. Andr.

Quam rationem reddunt Joannes Andreas in d. cap. Licet, Alii que non pauci.

529. Probatio Baldi.

Addit etiam aliam rationem Baldus; quia sicut exemplum exempli non probat, ita neque testimonium de alieno auditu. Et quidem in eo testimonio de auditu alieno, causa scientiæ non est manifestior dicto, sed ignotior, & quasi relatio relationis veritatis.

Aliqui do-

Et quamvis nonnulli DD. doceant, testi-

monium de auditu alieno aliqualem presumptionem facere, aliis concurrentibus, quæ ita Parochum, licet sit testis de auditu alieno, tamen fidem facere concurrentibus aliis duobus testibus; hoc certè non factum hi placet; quia licet in quovis alio testem mitti possit, non tamen in qualificato, qualis est Parochus, cujus præcipuum debet esse testimonium. Quare ego existimo, esse contra rationem testis, qui fidem facturum sit a per interpretem intelligat, quod agitur, ad per suum proprium sensum debet intelligere, aliàs infirmum ejus testimonium erit. Hæc Pontius.

Sed propterea non est recedendum à supra Conclusionem, quam docet Sanchez, l. n. 3. cum Aliis, quos citat, & sequitur Castillo sup. n. 162. Et probatur i. exemplum aliorum contractuum, qui possunt celebrari per interpretem; l. 1. §. fin. de Verbi obligati. Sed & verum patitur, ut omni sermone uterque alterius linguam intelligat, ut si per se, sive per verum interpretem. Ut in Sacramento Matrimonii, quoniam tractus, sufficere, quod contrahentibus mutuum consensum per interpretem, est communis doctrina. Confirmatur ex exemplo Sacramenti Penitentiae, in quo sufficit, quod Sacerdos intelligat peccata penitentis per interpretem.

Respondet Pontius sup. n. 11. ad confirmationem: Ad exercendum officium judicis solùm exigitur, ut cause judicande, compes fiat, quam per se, vel per alium, intelligere potest. Ad argumentum dicit: non repugnat contractum fieri medio interprete, si quem satis est, ut intelligat consensum alterius simul contrahentis, vel stipulantis, vel promittentis. Attamen repugnat nature matrimonii, ut quis sit testis, fidem faciens de re novit per interpretem, cum debeat deponere de his, quæ novit per proprium sensum, & quibus præsens fuit, ut dicitur. Sed hæc aliis exactius cogitando respicienda. Basilius.

Verum enimvero dum exactius respiciendo, videntur mihi petere principium cum hoc est, quod quæritur; an repugnet nature testimonii, ut quis sit testis fidem faciens de his, quæ non novit per proprium sensum, sed ex auditu alieno. Et repugnare, non factum probatur ex d. cap. Licet ex quadam, §. de Testibus, sup. à Pontio pro sua sententia adducto, ubi in principio sic dicitur: Licet ex quadam necessitate præter communem formam olim fuerit institutum, in conjugantibus & affinitatis gradibus computandis, & aliorum testimonium de auditu &c. Statuimus, ut super hoc recipiantur de cætero testes de auditu, cum jam quartum gradum prohibitio non excedat; nisi

forte persona graves exciterint, quibus fides sit merito adhibenda &c.

Loquitur autem hoc jus, ut ibi notat Abbas, de testimonio de auditu alieno; ergo adhuc de facto aliquando valet testimonium de auditu alieno, ad probandam consanguinitatem in causa Matrimoniali: de qua ibi erat quaestio. Neque jus dicit, id repugnare naturae testimonii; sed esse praeter communem formam.

Sicuti etiam praeter communem formam est, quod admittantur testes infames ad probandam consanguinitatem in causa Matrimoniali, eod. cap. ibi: Nec ab infamibus & suspectis, sed a fide dignis, & omni exceptione majoribus: cum satis videretur absurdum, illos admitti, quorum repellerentur auctores. Et tamen valet Matrimonium, coram Parocho & testibus infamibus, ut infra videbimus, & est communis sententia.

Quamvis ergo sit praeter communem formam, ut admittantur testes de auditu alieno ad probandam consanguinitatem, in ordine ad dissolvendum Matrimonium, nisi sub certis conditionibus, in d. cap. Licet, expressis; quidni equidem admittantur in casu proposito, ad probandum Matrimonium fuisse contractum, in ordine ad impediendam dissolutionem? Tolerabilis est enim (ait Innocentius 3. in fine d. cap.) aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam conjunctos legitime contra statuta Domini separare.

Sic etiam praeter communem formam est, quod valeat testimonium unius, & tamen ad dictum solius matris, de impedimento deponentis, impeditur Matrimonium, quamvis contractum non dissolvatur; cap. Super eo, de Testibus ibi: Super illa verò quaestione, quam fecisti, an mulier conjungenda non sit viro pro eo, quod sola mater altervtrius, eos esse consanguineos confitetur? Respondemus, quod si non est firmatum Matrimonium inter eos, matre asseverante, ipsos esse consanguineos, non debent conjungi: quia praesumptio non est modica, quod se linea consanguinitatis attingant. Si vero Matrimonium est firmatum, non debet sine plurimum juramento dissolvi.

Quantum ad aliud jus, quod supra allegat Pontius, scilicet c. Testes, 3. q. 6. (debet esse 9.) sic sonat: Testes per quamcumque scripturam testimonium non proferant, sed praesentes, de his, quae noverunt, & viderunt, veraciter testimonium dicant. Nec de aliis causis vel negotiis dicant testimonium, nisi de his, quae sub praesentia eorum acta esse noscuntur.

Ubi Gloss. in propositione casus inquit: Dicitur ergo hic per Bene. quod Calixtus fuit interrogatus, utrum in causa criminali testes absentes possent testari per scripturam, & responderet quod non; sed praesentes debent dicere veritatem de iis, quae viderunt: & noverunt, & non

de aliis negotiis, nisi de his, quae sunt acta in eorum praesentia.

Et verb. Sed praesentes 2. In causa, inquit, criminali semper erunt testes praesentes, sed in civilibus servetur consuetudo regionis. Ergo loquitur hic textus de causa criminali, & non Matrimoniali.

Deinde verb. Praesentia, sic ait eadem Gloss. Dum tamen intelligant, nam aliter non dicuntur praesentes. Sed nunquid Parochus in casu nostro intelligit? Patet quod sic, sed mediate, scilicet per interpretem; quod autem hoc non sufficiat ad testificandum, non legitur in dicto cap.

Audi quid dicat Gloss. ibidem §. De his, verb. Audierunt. Plures possunt notari casus, ubi fertur testimonium de auditu. Unus hic. Alius cum probatur voluntas obmutescentis, ut 26. q. 6. Qui recedunt. & cap. His qui. Alius in Matrimonio, ut 35. q. 6. De parentela. Alius in probatione perjurii, 22. q. 5. c. Hoc videtur. Alius in memoria facti operis, ut ff. de Probat. Si arbiter. Alius extra de Testibus, Praeterea, & extra eod. tit. Cum causam.

Igitur quamvis magis congruum sit naturae testimonii, quod Parochus testetur de proprio auditu, quam de alieno; equidem non repugnat naturae testimonii, quod testetur de alieno; praesertim quando impossibile est testari de proprio, sicut supponitur esse in casu proposito, ubi Parochus ignorat linguam contrahentium, qui debent & volunt coram ipso contrahere, cum alius Sacerdos non adfit, qui eorum linguam noverit. Quando autem haberentur Sacerdos & testes, qui per se ipsos possent intelligere consensum, indubie ad evitandam omnem ambiguitatem tum contractus, tum Sacramenti, consultum foret, quod coram his contraheretur.

Sicuti etiam, quando poenitens aequè commodè potest confiteri Sacerdoti, gnaro linguae seu idiomatis, melius est, ut ei per seipsum confiteatur, quam alteri ignaro idiomatis per interpretem; quia hic posterior modus, quamvis valeat, tamen non est à Deo institutus, & praecipuus per se loquendo; Quia (ut ait Scorus 4. dist. 17. n. 31.) foris iste ex natura sua est secretissimus, ergo non tenetur aliquis ad istum forum, ut aliquo modo publicum; sed licet inter pres velit celare, & remeatur celare, sicut Sacerdos; tamen si velit malignari, ipse & Sacerdos possunt esse testes contra accusatum; & ita ex natura hujusmodi accusationis, haec accusatio potest venire in publicum, & ita non est poenitentialis. Haec ille.

Ergo, secundum Scorum, confessio per interpretem, est praeter communem ordinem seu institutionem hujus Sacramenti, & tamen valet; quia non est contra institutionem, siue quia non repugnat institutioni; ergo si-

536. Loquitur in causa criminali.

Plures causas, in quibus fertur testimonium de auditu.

537. Non repugnat naturae testimonii, quod Parochus testetur de auditu alieno.

538. Confessio per interpretem est praeter communem

ordinem, & tamen valet.

ergo similiter in casu proposito, quamvis tale Matrimonium sit præter communem ordinem seu institutionem Matrimonii; equidem valet; quia non repugnat ejus institutioni.

Et ceu Sacerdos, qui per interpretem audit peccata, potest esse testis contra accusatum, secundum Scotum: ita etiam in casu proposito Sacerdos potest esse testis contracti Matrimonii, estò solum per interpretem intellexerit consensum contrahentium.

539. Non in omnibus valet arg. ab uno Sacram. ad aliud.

Fateor, non in omnibus valet argumentum ab uno Sacramento ad aliud; nam ad Matrimonium sufficit procurator & internuntius, & consensus per scripturam, quæ non sufficiunt ad Absolutionem Sacramentalem inter absentes, etiam si alioquin iudicium possit non minùs reperiri inter absentes, & per scripturam, quam contractus inter absentes, & per scripturam celebrari. Nihilominus dico: in utroque Sacramento satis esse notitiam per interpretem, quia usus Ecclesiæ, & recepta consuetudo fidelium, & communis DD. sensus declarant, sic Christum voluisse in Sacramento Pœnitentiæ, & Ecclesiam sic voluisse in Sacramento Matrimonii.

540. Resp. ad arg. Pontii contra Concluf. adductum. Dicaftillo.

Quid ergo ad rationem Pontii, propter quam valde dubitavit de hac veritate in Sacramento Matrimonii? Respondet Dicaftillo disp. 3. n. 162. circa finem: immeritò dubitavit, non advertens, hanc difficultatem habere locum in Matrimonio, celebrato per procuratorem aut internuntium; quod tamen valet, ut omnes fatemur, & ipse fatetur l. 1. c. 10. in quo Matrimonio Parochus nihil audit, nisi ab internuntio; nec Ecclesia, ut contractus ille valeat (uti satis usus declarat) requisivit in Parocho aliud testimonium, quam celebrationis, quæ fit Matrimonium; hoc autem non fit, nisi quando internuntius, vel procurator celebrat nomine sui principalis. Hæc ille.

541. Objeftio.

Si dixeris: Præter testimonium celebrationis, requirit Ecclesia, ut Parocho & testibus, sive per inspectionem instrumenti procuratoris, sive per sufficientia testimonia, aliave legitimâ ratione moraliter constet de data commissione contrahendi.

Solvitur.

Respondeo: ut ita foret, consequenter hic dicendum esset, debere Parocho & testibus moraliter constare, quod Petrus v. g. eligatur, seu adhibeatur a contrahentibus, tanquam interpretes eorum, ad manifestandum Parocho & testibus, se in invicem de præsententi consentire; quo facto, & dato casu, quòd contrahentes postea dicerent, interpretem fuisse mentitum, dicto solius interpretis credendum foret, ut notat Sanchez sup. n. 4. & Dicaftillo sup. n. 163. quia non est testis, sed declarator, electus communi contrahentium consensu.

Sanchez.

Ita præter hos Auctores docet Corart. Decret. part. 2. c. 4. §. 1. n. 3. in principio dicens: Ex quibus primò inferitur, Matrimonio, contracto per interpretem (quod inferri potest, Gloss. communiter approbata in casu Ex literis, 1. de Sponfal. tex. in l. 1. §. ff. de Verb. oblig.) cui debet dari fides integra, cum fuerit electus communi contrahentium consensu, Bart. & Alii in d. §. fin. quod incidat dubium ex eo, quòd alter contrahentium dicit, se non intellexisse verba interpretis in illa significatione, ad communem sensum recurritur. Hæc ille.

Ita præter hos Auctores docet Corart. Decret. part. 2. c. 4. §. 1. n. 3. in principio dicens: Ex quibus primò inferitur, Matrimonio, contracto per interpretem (quod inferri potest, Gloss. communiter approbata in casu Ex literis, 1. de Sponfal. tex. in l. 1. §. ff. de Verb. oblig.) cui debet dari fides integra, cum fuerit electus communi contrahentium consensu, Bart. & Alii in d. §. fin. quod incidat dubium ex eo, quòd alter contrahentium dicit, se non intellexisse verba interpretis in illa significatione, ad communem sensum recurritur. Hæc ille.

Et sic patet responsio ad aliud argumentum Pontii sup. scilicet; quia ille interpretis in eo testimonio unus est; unus autem testimonio non creditur: patet, inquam, responsio; nempe, illum interpretem non electum, sed declaratorem; & ideo illum rationi credendum esse; quicquid in Matrimonio unus, quod in causa Matrimonii aliquando admittitur, ut patet ex d. Super eo, de Testibus. Cur ergo etiam in Matrimonio non creditur? ubi agitur de Matrimonio, jam contracti in facie Ecclesiæ, non dubito, quin admitteretur, v. g. ubi Parochus viveret, vel unus solus testis, cum non est, quòd Ecclesia non dissolvat Matrimonium, quantumcumque contrahentes negarent, causando, Matrimonium non fuisse contractum.

Hinc non approbo, quod docet Areopag. 6. sect. 6. §. Et quidem, ubi sic est, non potest detur sufficere unus interpretis pro pluribus, qui contestari debent; quia tunc dicitur ac testimonium interpretis, est dictum unus. Videtur tamen sufficere pro uno, etiam, inquam, pro ipso Parocho, si solus sit diversè idiomaticus: quia implet Parochus aliter bene poterit ac debet curare ac tuto agere, verum sibi ab interprete referri, possit plenam fidem facere, pro qua requirit. Hæc ille.

Ego autem dico: unum interpretis sufficere, etiam si & Parochus, & ambobus essent diversi idiomatici. Quia, ut dictum est, interpretis non est testis, sed declarator sensus, de quo Parochus, & alii duo testis testantur, seu testari deberent in casu, quo contrahentes negarent, se contractum fecerunt Parochus, ita etiam alii duo testis debent cautè ac tuto advertere, verum ubi ab interprete referri, quòd possint plenam fidem facere, prout Ecclesia requirit. Sed pergamus ad alias difficultates.

Tertiò itaque loco occurrit quæstio, an requiratur præsentia Parochi spontanea ac libera, ita, ut si vi interit, aut dolo alicujus, fictâ aliâ causâ, non valeat Matrimonium? Negat Conclusio, & probatur ex Coram Titio, ff. de Verb. signif. ibi: Sicut et

B. O. SACRAM. MATRIMONII

tem, non etiam velle is debet; nam etiam eo invito recte fit, quod iustum est. Loquitur de eo, coram quo aliquid est iustum fieri, ut patet ex prima parte textus, quam habes, sup. circa principium hujus Concluf.

Jam autem Tridentinum jubet sponsos aliquid facere, scilicet contrahere Matrimonium coram Parocho & testibus; ergo etiam ipsis invitis recte contrahitur, dummodo sciant, quid agatur; quia revera contrahitur coram ipsis; aliud porro Tridentinum non requirit, ut patet ex verbis Decreti irritantis: *Qui aliter, quam praesente Parocho &c.*

Quid miramur? Quippe per illam praesentiam coactam obtinetur finis Concilii, cum jam Matrimonium illud constet Ecclesiae, nec contrahentes eo spreto possint aliud inire. Ita docet Sanchez sup. n. 9. cum Aliis quos citat, est que communis Recentiorum, saepe declarata a Cardinalibus.

Unam tantum Declarationem subscribo ex recognitione Joan. Gallemart: *Congregatio Concilii censuit, Matrimonium coram Parocho & testibus contractum, nisi aliud obstat, validum esse, quamvis Parochus invitus interfuerit, & alia de causa, quam ut Matrimonio interesset, a contrahentibus accessus fuerit, cum tamen ad actum Matrimonii vere & formaliter fuerit adhibitus.* Vlixbonensis 19. Aug. 1591.

Sed quia haec, & similes Declarationes, quas videre poteris apud Pontium sup. n. 5. ubi tenet nostram Conclusionem, non constat nobis, quod hodie sint authenticae, idem illis non efficaciter moveor, ad hanc sententiam amplectendam; ita, ut si ex rationibus, quas Aliqui adducunt, opposita verior appareret, ei lubens subscriberem.

Quaeris quae sint istae rationes? Prima est; quia potens invitis alienare, multo magis potest ignorantibus & absentibus, Reg. 26. ff. de Reg. juris: *Qui potest invitis alienare, multo magis & ignorantibus & absentibus potest;* sed Matrimonium non potest ignorantibus & absentibus Parocho & testibus iniri, ergo nec ipsis invitis. Et confirmatur: quia in jure idem est abesse & adesse, si deficiat consensus, juxta doctrinam Baldi l. *Cum non, §. Necessitate*, n. 5. Cod. de Bonis quae lib. ergo dum Parochus & testes adsunt invitis, perinde est, ac si abessent; & ita irritum erit Matrimonium.

Ad hanc rationem respondet Sanchez sup. n. 15. illam Regulam intelligi, nisi actus in praesentia alicujus necessario fieri debeat, tunc enim licet eo invito praesente fieri possit, non tamen absente. Ita eam Regulam explicat Rebuffus l. *Coram Titio*, 209. ff. de Verb. signif. vers. 9. & refert Bartolum & Decium. Haec ille.

Eadem est responsio Pontii sup. n. 6. Ma-

trimonium, inquit, quamvis possit coram invito Parocho contrahi, non tamen ignorante; quia specialiter petit fieri coram Parocho. Quare ea Regula intelligenda est cum limitatione Decii ibidem; scilicet, eam veram esse; quando est eadem ratio, prout regulariter contingit. Si enim possim aliquid facere te invito contradicente, possum & ignorante & absente; nec enim expectari debet praesentia, & scientia, quae nihil operatur; arg. text. in l. *Aliquando*, ff. ad S. C. Velleianum in fine ibi: *Quo enim bonum est expectare conditionem vel diem, cum in ea causa sit prior iste debitor, ut omnimodo ipse debeat suscipere actionem?*

Secus autem dicendum est, ubi est diversa ratio, ut in nostro casu, in quo coram Parocho fieri praecipitur actus Matrimonii. Et idem est in judicialibus, in quibus ea Regula non habet locum, quia judicia redduntur in invitum, l. *Inter stipulantem* ff. de Verb. oblig. §. 1. ibi: *Judicium autem etiam in invitum redditur.* Et tamen non procedit iudicium contra absentem, cum citatio requiratur, l. 47. ff. de Re judic. in princip. De unoquoque negotio praesentibus omnibus, quos causa contingit, judicare oportet; aliter enim iudicium tantum inter praesentes tenet.

Idem est in casu electionis Praelati, & actibus Capituli vel Collegii; quamvis enim valeant gesta a majori parte Capituli, licet minor contradicat; factum tamen a majori parte non valet, aliquibus absentibus & ignorantibus, qui adesse poterant: nocet enim plus unius contemptus, quam paucorum contradictio; cap. *Venerabilem*, de Elect. ibi: *Et ex eo, quod fautores Ducis, absentibus aliis Elect. & contemptis, ipsum eligere praesumpserunt, pateat eos perperam processisse: cum electioni plus contemptus unius, quam contradictio multorum obfistat.*

Idem etiam est in casu l. 39. ff. de Re judic. *Duo ex tribus iudicibus, uno absente, iudicare non possunt; quippe omnes iudicare iussi sunt. Sed si adsit, & contra sentiat, statur duorum sententiae. Quid enim minus verum est, omnes iudicasse? Et l. Item si unus, §. 7. ff. de Receptis qui arbit. Celsus quoque lib. 3. Digestorum scribit: Si in tres fuerit compromissum, sufficere quidem duorum consensum, si praesens fuerit & tertius; alioquin absente eo, licet duo consensiant, arbitrium non valere: quia in plures fuit compromissum, & potuit praesentia ejus trahere eos in ejus sententiam.*

Horum autem omnium ratio est: quia in his data est forma a jure, quod absentes requirantur; sicut & in Matrimonio, quod adfit Parochus praesens. Ita Basiliius. Plura exempla, in quibus haec Regula fallit, videre poteris apud Gloss. in illam Reg. verb. *Qui potest.*

Pontii, scilicet d. Reg. veram esse, ubi est eadem ratio:

L. 23. ff. ad S. C. Velleianum.

548. Secus ubi est diversa.

L. 83. ff. de Verb. obl. L. 47. ff. de Re jud.

549. Casus alii, qui, in quibus est diversa ratio.

C. 34. de Elect.

L. 39. ff. de Re jud.

L. 17. ff. de Receptis &c.

550.



Resp. Sanchez ad confirmationem.

Ad confirmationem dico cum Sanchio sup. eam doctrinam intelligi; quando consensus alicujus exigitur cum presentia, quod in Matrimonio non exigitur; sed sola presentia, quæ ad testificandum est sufficiens. Igitur hæc ratio Adversariorum est parvi momenti.

551. Secundum arg. Adversariorum.

Argumentantur secundò: presentia moralis & humana est hominis; ut homo est; sed ut homo constat ex intellectu & voluntate; ergo talis presentia postulat advertentiam intellectus, & consensum voluntatis.

Solvitur ex Sanchez.

Respondet Sanchez supra: Licet moralis perfecta utrumque requirat, non tamen imperfecta; sed sat esse ad illam, advertentiam intellectus: at constat ex Concilii mente, hanc imperfectam sufficere; cum ea clandestinitatem excludat, & sufficiens sit ad testificandum de Matrimonio. Hæc ille.

Contra.

Sed contra: hoc est quod quaeritur; an per talem presentiam excludatur clandestinitas. Et quòd non, probatur; quia olim non excludebatur, quippe tunc exigebatur presentia Parochi, non tanquam testis, sed tanquam tribuentis auctoritatem nomine Ecclesie illi Matrimonio, cui assistebat; jam autem ea auctoritas non praestatur ab eo, qui invitus, aut casu ad aliud vocatus, interest.

552. Tertium argumentum.

Sic enim si sit aliquid faciendum coram notario & testibus, non satis est, notarium interesse ut testem; sed exercendo suum officium; quare si vi subscriberet, sigilloque muniret, nil actum esset: ergo cum Tridentinum præcipiat, Matrimonium fieri coram Parocho & testibus, non petit assistentiam Parochi, solum ut interfit tanquam testis; sed ut interfit, suum munus obeundo: at Parochi munus est, non puri testis, sed assistere nomine Ecclesie, approbando Matrimonium, & præbendo Sacramento auctoritatem. Ergo Matrimonium, cui invitus assistit Parochus, nihil valet. Atque hoc fit tertium argumentum Adversariorum.

Resp. Sanchez.

Ad quod respondet Sanchez supra: utramque Parochi presentiam postulare Tridentinum; at tanquam testis qualificati, id est, habentis Parochi dignitatem, tanquam de essentia; & tanquam præstantis auctoritatem nomine Ecclesie, solum ex præcepto. Et sic olim ea presentia auctoritativa solum erat necessaria ex præcepto.

553. Obiectio.

Sed contra, reponit quispiam; ubi jus non distinguit, nec nos debemus distinguere: atqui Decretum irritans non distinguit inter presentiam auctoritativam, & testificativam, ut sic loquar; ergo nec nos debemus distinguere.

Diluitur.

Respondeo; nisi habeamus sufficientem rationem distinguendi, quæ impræsentiarum est, quòd antecedenter ad Decretum

irritans, Concilium requirit presentiam auctoritativam, ibi: Parochus, vir & major interrogatus, & eorum mutuo consensu iungo &c.

Præterea; quòd Decretum irritans est correctorium juris antiqui, & ideo retrogendum ad presentiam testificativam, quæ sufficit ad finem illius Decreti, scilicet occurrendum malis, quæ oriuntur ex Matrimonio clandestinis, puta adulterio & milibus.

Atque ex his facile solvitur quartum argumentum Adversariorum, desumptum a l. 1. ff. de Auctor. Tutorum in fine. *si invitus retentus sit per vim, non videtur agere; nec enim presentia corporis sufficit auctoritatis, ut si homo aut minor retentus occupatus tacuisset.* Siquidem, ut patet ex verbis: *Sufficit ad auctoritatem, ad ratum contractus pupilli, non requiritur presentia tutoris, tanquam testis, sed ut concedat presentiam, auctoritatemque committat;* at verò ad Matrimonium non est, ut jam ostendimus, presentia tutoris, tanquam testis qualificati.

Si dixeris; quòd sit coram testibus non valet; arg. l. *Qui Testamenti* Quia testis, fa. post. §. 10. *Sed si decessit sui heres in possessione, non valet testamentum.*

Respondetur: id verum esse in testibus testamenti, de quibus solus loquitur illud, idque quia debent esse rogati, ut patet ex l. *Heredes palam*, eod. §. *de testamentis*, quod l. *in testibus* rogari debent, ut testamentum fiat: *alterius rei consensu rogatus, ad testandum non esse idoneus; nec quod sic accipendum est, ut, licet ad aliam rem sit rogatus, vel non sit, si tamen ante testamentum certaverit, testamentum se adhibitis, posse esse testamentum suum rectè perhibere.*

Replicas; etiam Parochus debentur. Negat Conclusio, quæ in Sanchez sup. n. 11. dicens: *Secundum doctrinam (scilicet ex præcedenti doctrina) Matrimonium celebratur coram Parocho & testibus, casu transeuntibus, esse valens.* Quia cum advertant, verè dicunt presentes, cum presentia ad valorem Matrimonii petita, contenta sit sola intellectus advertentia, quæ tunc testimonium committit Matrimonii perhiberi possit. Ita Sanchez.

Sed immeritò (inquit Pontius supra l. 4.) est enim expressè à Cardinalibus declaratum non semel; quæ Declarationes extant apud Farinacium: Prima pag. 268. *Si dummodo sit adhibitus ad illum finem.* Secunda pag. 273. *Parochus presens Matrimonium debet esse, ut appareat a contrahentibus hoc causa adhibitus fuisse.* Tertia pag. 276. *Ab Matrimonio; si duo contrahant per verba*

B. O. Sac. Matrimonii

presenti, proprio Parocho presente, & alio requisitis non omisis, cui contractui Parocho formaliter adhibitus non fuit; sed dum forte contrivit vel confabulationis causa, vel aliud fraudandi causa adesset, audit huiusmodi contractum geri, & postea alter contrahentium velis ab huiusmodi contractu ratione defectus presentie Parochi, restitire: Congregatio respondit posse; nisi alia inter venerint, que Parochum a contrahentibus adhibitu fuisse arguant, qui diceretur adhibitus, ut supra, quamvis ex alia causa esset vocatus, dummodo sit adhibitus ad illum actum. Hæc ibi. Quare de hoc amplius dubitare non licet.

Unde si qui, transeunt illic casu Parocho, ita alte proferent verba contractus, ut audiret Parochus, nihil agerent. Idem dicendum, si Parocho Sacrum agente, aliqui contraherent, non præmissis aliquo, quo indicaretur adhibitus ad eum actum. Hactenus Basil.

558. Audiendus utique, si constaret, Declarationes illas esse authenticas, quarum Sanchez nullam facit mentionem, signum, quod eas non viderit. Sed quia non constat nobis post Bullam Urbani 8. de qua non semel alibi meminimus, eas esse authenticas, quia non videmus, sigillo Cardinalis Præfecti munitas, & Secretarii manu signatas: ideo attentis præcisè verbis Concilii Tridentini, arbitrator, nequaquam recedendum esse à nostra Conclusionem, eò quod verba Concilii non exigant aliam presentiam ad valorem, quam quæ sufficit, ut Ecclesie possit constare, Matrimonium fuisse contractum. Porro ad hunc effectum non apparet, quid conferat rogatio, seu adhibitus Parochi, dummodo reverà Parochus consensum contrahentium sic intellexerit, ut eum, tanquam rem moraliter certam, possit, ubi opus fuerit, affirmare.

559. Si dixeris: Ecclesia non debet credere ejus affirmationi seu testimonio, nisi fuerit adhibitus. Respondeo: hoc est quod queritur, & non probatur ex verbis Tridentini, aut aliquo alio jure, à Pontio adducto, in quo generaliter statuatur, non esse fidem adhibendam testibus nec rogatis, nec admittis ad aliquam causam; aut certè specialiter id decernatur in casu proposito, sicut statuitur in testamentis, d. l. *Heredes palam*.

Quinimo l. 11. ff. de Testibus sic scriptum est: *Ad fidem rei gestæ faciendam, etiam non vocatus testis intelligitur*. Ergo saltem testes in Matrimonio, non debent esse rogati; ergo nec Parochus, qui ut testis duntaxat qualificatus requiritur ad valorem, nisi aliud ex jure ostendatur.

60. Et verò non valere hic argumentum à testamento ad Matrimonium, vel inde clare patet, quòd secundum d. l. *Qui testamento*,

testes in testamento nequeant esse invitati, seu vi detenti, aut dolo adducti: at verò, etiam secundum Pontium supra n. 5. in Matrimonio parum refert, quòd Parochus dolo vocatus sit, aut vi adductus, vel vi detentus. Ergo etiam parum videtur referre, quòd sit ad eum casum vocatus aut admittus.

Et quidem (inquit Averfa q. 6. sect. 6. §. *Qua fuerit mens Card. Averfa*) *Quòd si Parocho*) durum esset dicere, unum modum sufficere, & alium non sufficere, dummodo constet, Parochum verè percipere, quid agatur. Itaque Cardinales voluisse tantum videntur, quòd si non constet, Parochum verè audisse & percipisse, tunc contractus non valeat, quia id sanè requiritur. Ita hic auctor, docens nobiscum, minime necessariam esse ad valorem Matrimonii presentiam postulatam.

Et ibidem §. *Sed certum etiam est*, putat sufficere presentiam coactam; atque ad ea, quæ pro dubitatione afferuntur, sic respondet §. sequenti: Quando in jure requiritur aliorum presentia, solum ad hoc, ut consciat de eo, quod agitur, nec aliud exprimitur; tunc sufficit sola presentia moralis cum advertentia & scientia. Quando autem requiritur presentia ad hoc, ut suum consensum præstent, vel si exprimat, ut intersint volentes aut rogati, tunc quidem non sufficit, si adsint vi detenti aut dolo decepti. Et similiter, quando requiritur auctoritas & ministerium seu presentia alicujus, ad hoc; ut aliquid agendo, munus suum impleat pro valore actus; tunc utique debet hic sponte interesse, & exercere id, quod ad ejus munus spectat: ut quando aliquid debet fieri cum decreto Judicis, aut subscriptione Cancellarii, aut aliud simile. Sed quando solum requiritur presentia alicujus in certo officio aut dignitate constituti, ad hoc, ut possit esse publicus testis, satis est sola presentia, quæ is percipiat, quod geritur: & hoc quidem modo Ecclesia requirit presentiam Parochi ad Matrimonium, quantum, inquam, ad ejus valorem. Hæc ille.

562. Quid ergo, rogat aliquis; si Parochus afficit invitatus, & affectet non intelligere ocludens aures & oculos, nunquid adhuc valeret Matrimonium? Existimat Sanchez supra n. 6. non valere: quia reverà non est præsens, nec potest testificari de Matrimonio.

Ceterum, inquit Pontius sup. n. 12. habemus de hoc expressam Declarationem Card. quæ extat apud Farinacium pag. mihi 273. in hæc verba: *Et quid si Parochus adfuisse, nihil tamen eorum, que agebantur, vidit vel audivit, utrum tale Matrimonium sit nullum? Sacra Congregatio respondit, Matrimonium non valere, si non intellexisset, nisi ipse Parochus affectasset non intelligere.*

testamento ad Matrimonium.

Qua fuerit mens Card. Averfa.

561. Quando requiritur presentia liberæ, ex Averfa.

562. Quid si Parochus ocludens aures & oculos? Existimat Sanchez, non valere Matrimonium.

Oppositum tenet Pontius ex Declar. Card.

Et

563. Quam ap-
probatur.

Et quidem merito ita responsum est. Nam eo ipso, quod Parochus affectat non intelligere, admonitus primo, velle Matrimonium contrahere eos, qui adsunt, sane jam ignorare non potest consensum contrahentium, atque adeo testis esse potest ejus consensu apud Ecclesiam.

Et ad quam
p. utat ratio
eiusm frigidit
de responde-
re.

Huic tam apertissime decisioni, frigidè respondet Tho. Sanchez: inquit enim, horum verborum sensum esse, nisi Parochus consulto & datà operà fingat, se non intelligere, cum tamen reverà intellexisset. Quasi qui vocatus ad hoc, ut adsit Matrimonio, & monitus à contrahentibus, se velle contrahere, poterit non intelligere Matrimonium ab illis contrahi, quamvis postea aures occludat. Haec tenet Pontius.

564. Aucto-
rendit San-
chium.
Aversa.

Sed quam frigidè, jam ostendo. Vel enim per ly *Velle contrahere*, intelligit ipsum contractum de presenti, & sic, ut bene notat Aversa, infra citandus, descendit in hunc ipsum sensum, quamvis Conclusionem oppositam statuerit. Vel certè intelligit voluntatem contrahendi in futurum: & verò quid frigidius, quam monitum Parochum de tali voluntate, non posse ignorare Matrimonium ab illis contrahendum? Quid si namque statim incidat in amentiam, aut somnum? Num poterit esse testis apud Ecclesiam consensu de presenti exterius praestitum à contrahentibus tempore illius amentiae, aut somni? Quid si subito caecus fieret & furdus?

Gobat.

Et si enim (audit Gobatium in suo Alphabeto tract. 9. n. 491.) verum est, Parochum tunc non posse ignorare, quin sponsi habuerint (praesumptivè) verum mutuum consensum tunc, cum ipse fuit monitus, esse paratos ad jamjam manifestandum illum coram ipso, tanquam teste primario; nullo tamen modo sequitur necessariò, quod, quando actu ipso & realiter, proferebant verba enuntiativa consensu, dicebantque: *Te accipio in meam*, &: *Te vicissim accipio in meum*, Parochus claudens aures, & affectans non audire, seu dedita operà conans impedire perceptionem verborum, nihilominus tamen audierit tunc seu perceperit. Si tunc non perceperit, quomodo erit testis de auditu? Quomodo idoneus?

Testabitur quidem ille: Scio quod dixerint, velle se jamjam contrahere juxta normam Trid. Concilii, adeoque se velle audiente me, atque intelligente, proferre verba contractum Matrimoniale de presenti significantia; utrum autem reapse profati sint, testari non valeo, magis quam caecus de colore reipsa appicto, quem caecus audierat, esse mox appingendum, illumendandum; re quippe verè verissima seu ob aures occlusas, seu ob vehementem animi in alia distractionem voluntariam ignoro sintne locuti Graece, an He-

braicè: at hoc testimonium non est hic sufficiens: siquidem testis argumentans, sump-tudicans nihil probat. Alex. Confil. fo. 12. lib. 5. talis autem Parochus debet necessariò argumentari, & judicare; igitur nihil probat; ergo nequit fungi officio testis, ergo nec Parochi. Ita praetatus Auctor.

Hercule plusquam meridianum est, post sponfos, postquam Parochus monitus fuit eos qui adsunt, velle in futurum contrahere, inquam, voluntatem suam mutare, absolute desistere à contractu de praesenti. Proinde quamvis Parochus sic admittatur (quod sufficit secundum Pontium, in numero 4. ut censetur vocatus seu prohibitus) nequeat ignorare consensum de futuro, secus tamen consensum de presenti; quem proinde non posse talis Parochus probare, casu quo contrahentium negarent.

Ideoque probabilior videtur sententia Sanchii, qui non frigidè, sed satis rectè sic loquitur, id est, satis solidè Declarationem Card. Absurdè in hoc lectus, inquit ille, vitandus est, ut non vis inferatur; arg. 1. *Scire oportet, si in casu culat. §. 2. ibi: Erit igitur in dictione, qui longius habitat eo, qui in terra caecus natus, et in ipsa civitate: si non in hoc quod semper quinquaginta dies spatium, illi verò pauciores: sed etsi maxime verba legi non debeant intellectum, tamen mens Legislatoris auctor vult. Scilicet ad evitandum ab usum intel-*

lectum. Ergo similiter in casu praesenti, ad evitandum absurdum intellectum, scilicet, quod Parochus, qui non intellexisset consensum, de eo posset testari sicut veris illius Declarationis vim inferre, dicendo non Sanchio, sensum esse, nisi consulto & datà operà fingat se non intelligere, tamen reverà intellexerit.

Ita cum Sanchio docet Aversa, & ex his patet, ibi: Declaratio illa & cogitationis non poterat ponere differentiam in hoc, quod ex sua voluntate & affectione, vel ex alio impedimento deficerent in attentione & perceptione rei, quae oportet ad summum intendere poterat, quod Parochus & testes ex industria & affectu dissimularent, aut fingerent se non intelligere, tamen reverà intelligerent, valeret Matrimonium.

Aut potius, quod si Parochus & testes conarentur quidem subterfugere, & non attendere: tamen illi invitit & retentibus, contrahentes coram iis dicerent, sese intericem accipere in conjuges, ita ut illi, quamvis recusassent interesse, & attendere, ad hoc nolentes audirent ac perciperent, quod igitur, valere Matrimonium. Et in hunc ipsum

B O
Sacramentum
Matrimonii

sentum descendit quoque Pontius, quamvis Conclusionem oppositam statueret. Hæc ille.

Eandem sententiam sustinet Franc. Zypæus in suis Consult. Canon. lib. 4. Consult. 3. non obtante illâ Declaratione Card. Ex qua resolvit, non subsistere Matrimonium attentatum inter A. & B. coram proprio Parocho, per fraudem ad hortum vocato, qui profugit statim atque audivit pronuntiantem A. *Ego do,* & juratus coram iudice asseruit, se ulterius nihil audivisse: ex B. verò, nec signa, nec verba intellexisse: quamvis testes asserant, utrumque plenè pronuntiasse: *Ego tibi do fidem meam Christianam;* & Parochum, si voluisset, intelligere potuisse: nam si ve noluit, si ve perturbatus inopinato attentato, si ve per clamores, qui probantur, non potuerit, parùm interest, dummodo reverà non intellexerit.

Et infra sic ait: Cur igitur fugit, si non intellexit voluntatem A. & B. ? Proculdubio apprehendit, malum aliquod propositum illos fovere; sed non id sufficit, requiruntur vel clara signa actûs reipsa exerciti, contractûque Matrimonii, non sufficit propositum exercendi vel contrahendi, non conatus ad Matrimonium, sed requiritur actus contractûque de præsentem, reipsa coram Parocho exercitus, non indicia voluntatis contrahendi. Hæc ille.

Præterea: idem Auctor in suis Responsis de Jure Canonico lib. 4. Resp. 1. n. 3. sic ait: At objicitur: affectasse Parochus ignorantiam; eodque perinde habendum, ac si intellexisset, cap. *Cum non stat,* de Regulis juris in 6. à contrario sensu cap. *Imputari ibidem.* Sed hæc locum habent, cum alicui incumbit quid facere vel non facere, quando casus illi adscribitur, cujus culpa accidit; neque excusari meretur, qui ibi necessitatem injecit; Canisius & DD. in d. cap. *Imputari.* At hic nulla Parochi culpa potest argui, nec ignorantia rectè vocari affectata, quod vitium sonat, ut ex Erasmo notat Spiegel, in leg. v. *Affectare,* & de Tuberone ait lex 2. ff. de Origin. jur. Concil. Lateran. de Clandestine contrahentibus c. 3. §. *Si quis* extrâ de Clandest. Desponsat.

Ubi dicto c. 3. in princ. & §. fin. graviter sub pœna suspensionis Sacerdotibus prohibet, ne clandestinis Matrimoniorum contractibus, seu quæ prævias non habent denuntiationes, intersint; utique ad sensum d. l. *Coram,* ne placido lumine videant, audiant, intersint; adeoque tenentur, si possint, fugere & evadere, non videre, non audire, non intelligere, si pœnas velint evadere.

Non ergo culpabiliter affectasse ignorantiam dicitur hic Parochus: non quasi in sontumaciam affectantis præsumetur pro

contrahentibus; sed in officio suo incedenti per viam d. cap. 3. fides tribuenda erit, quæ eis debetur, qui ritè functiones suas obeunt: & sic ad sensum Concil. Trid. præsentem non fuisse. Et quamvis dicantur Cardinales interpretes respondisse pro Matrimonio, dum Parochus ignorantiam affectavit; ad eam tamen Declarationem respondimus d. Concluf. 3.

Præterquam, quòd Urbanus 8. jam decrevit, ne ullis Declarationibus hujusmodi in judicio vel extra fides habeatur, nisi appareant sigillo Cardinalis Præfecti munitæ, & Secretarii manu signatæ. Quod & tum æquissimum est, cum non videntur cum juris ratione convenire, ut non illa cum d. l. *Coram* d. c. 3. Hucusque Zypæus.

Planè pro nostra sententia, quam proinde tutam omninò in praxi judicamus: estò etiam culpabiliter affectasse ignorantiam. Quid enim, si culpabiliter se absentes, ubi & quando ex officio deberet adesse, nunquid Matrimonium, eo absente contractum, valeret? Noli putare, si non vis errare. Jam autem idem est affectare ignorantiam, atque non esse præsentem, seu esse absentem; eo semper salvo, ut reverà non intellexerit consensum de præsentem.

Nec arbitror, d. Reg. juris, in eo casu locum obtinere. In quo ergo? Audi Canisium in d. Reg. *Imputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum.* Ubi sic ait: Sumatur exemplum ex cap. 1. ext. de Clerico ægrot. quò Clericus ægritudine impeditus, beneficii sui fructus percipit; quia per eum non stat, quò minùs Ecclesiæ inserviat.

Et similia plura exempla ibi adducit, ex quibus nullatenus potest inferri à contrario sensu: Matrimonium valet contractum absente Parocho, quando per Parochum stat, quòd non adfit; sed ad summum, quòd illa absentia Parocho imputetur, per quem stat, ut non faciat id, quod per eum fuerat faciendum. Sed quòd ideo debeat præsumi præsentia Parochi, requisita à Tridentino ad valorem Matrimonii, nullo jure probatur; nec etiâ ratione, quia nullatenus sic obtinetur finis illius Decreti irritantis, cum tali casu Parochus minime possit testari de contracto Matrimonio; adeoque non evitantur inconvenientia, propter quæ evitanda irritatio à Concilio introducta fuit.

Breviter ergo dico: talis præsentia Parochi requiritur & sufficit, quæ requiritur & sufficit, ut per Parochum Ecclesiæ possit constare de Matrimonio contracto, in casu, quo contrahentes, ambo, vel unus, id negaret; ad hoc autem requiritur præsentia non solum corporea, sed etiam moralis, & sufficit præsentia coacta & casualis, seu non

X x x x postu-

570.
Resp. Zypæi
ad d. Decl.
Card.

Sententia
nostra est tu-
ta in praxi,
estò etiam
Parochus
culpabiliter
affectasset
ignorantiã.

571.
Explicatur
Reg. 4. de
Reg. juris
in 6.
Canisius,

572.
Resolutio si-
nulle.

postulata ut, arbitror, jam satis probatum.

573. *Quid de hac veſtigiis Herinx.*
Tantum subscribo, quæ de hac controversia lego apud Herinx hic disp. 5. n. 25. Denique, inquit, valet Matrimonium, juxta plerisque Doctores, contra Farinacium, Pontium & Bonacina q. 2. puncto 8. n. 49. etſi Parochus casu tranſeat, aut aliud agat v. g. in cathedra concioni se accingat, &c. modò contrahentes ex intentione coram illo & testibus consensum exprimant, ipseque Parochus cum testibus verè percipiat, quid agatur: quia etiam tunc Parochus cum testibus ex intentione contrahentium verè & formaliter adhibetur, potestque tam bene testari de contractu Matrimoniali, quàm si adesset invitus seu coactus.

Quid sit Parochum adhibere formaliter.

574. *Quid si Parochus adſit infans contrahentibus?*

Vallenſis.

Wameſius.

Probat Matr. non valere.

575. *Ad quem actum requiritur presentia Parochi.*

Idemque planè foret, si ex intentione contrahendi coram Parocho, contrahentes adſiſſent domum ipsius cum testibus, & ex abrupto expreſſiſſent, se coram eo & testibus præſentibus accipere invicem in matrimonium & uxorem respectivè. Immo Parochum adhibere formaliter, non videtur esse aliud, quàm ex industria contractum velle inire coram eo, tanquam publico & necessario teste.

Secus videri posset (& hoc ad summum volunt Declarationes Cardinalium, quæ à Farinacio referuntur: si tamen authenticæ sint) si Parochus merè fortuito præſens fuerit, nec ad illius præſentiam contrahentes respiciant, sed vel de eo nihil cogitaverint, seu cogitent, vel certè ipsum in testem non adhibeant, & contrahant coram Magistratu, Parocho, & ceteris, accidens inter multitudinem plebis ipeccante, aut casu tranſeunte: tunc enim contractus erit clandestinus & nullus, ut advertit Vallenſis in Parait. in tit. de Clandest. despons. n. 8. Alioquin sanè durum est dicere, quòd valeat Matrimonium, dum Parochus adhibetur invitus, & non valeret, dum adest, & adhibetur casu, dum constet ipsum æqualiter percipere quid agatur. Ut proinde non omnia sint probanda, quæ habet Wameſius Tomo. 2. Conſil. Canonic. conf. 531. Hactenus Herinx. Vide etiam Gobat supra num. 492.

Et ratio ſententiæ Vallenſis eſſe poteſt: quia hi reverà attentant Matrimonium contrahere aliter, quàm præſente Parocho, quos Decretum Trident. reddit inhabiles ad ſic contrahendum.

Si autem à me quaeritur, ad quem actum requiratur illa præſentia? Respondeo citius: ad illum omnem actum, per quem contrahitur Matrimonium; patet ex illis verbis Decreti irritantis: *Qui aliter, quàm præſente Parocho &c. Matrimonium contrahere attentabunt.* Ergo Parochus debet eſſe præſens illi actui, per quem vir & mulier

attendant contrahere Matrimonium, sine per quem contrahitur Matrimonium.

Ex quo inferitur 1. haud ſufficere, ut Parochus interſit ſponſalibus, etiam juramentum ſtabilitis; quia juramentum nunquam habuit vim, ut ſponſalia tranſeant in Matrimonium. Siquidem, ut ait Doctor deſcriptus 4. diſt. 28. q. 1. a. 1. in corp. *Juramentum adhibetur pro confirmatione diſſolutorum: nullud tantum confirmat, quod in dictis ſponſalibus, nec ſignificatum mutat; & ideo cum verò de futuro ex ipſa ſua ſignificatione habeant, Matrimonium non faciunt, quia quod ſubſequenter promittitur, nondum fit; etiamſi juramentum adveniat, nondum eſt Matrimonium factum.*

Igitur juramentum illud non mutat naturam eſſentialem ſponſalium, ſicut acceterius contractus; ſed tantum firmat ad id, adjecto novo vinculo Religionis, quod inde Parochus, qui interſit illis ſponſalibus, non poteſt teſtari de contracto Matrimonio, quia reverà contractus non eſt ſed tantum de ſponſalibus, ſed in vinculo Religionis; quod ſanè non ſufficere ad diſſolvendum Matrimonium, cum alio poſtmodum contractum.

Nec obſtat c. 9. 30. q. 5. *Si quis dicitur tacitis Scripturis, juraverit mulieri, legitimam ſe eam uxorem habiturum, vel ſi in Ordine tale Sacramentum dederit, ſi ſua uxorem accipere.* Quippe hic non fit vis in juramento, quod propter illud præciſè illa ſponſalia tranſeant in Matrimonium; ſed in *Habiturum*, quod videtur ſignificare conſentiam de preſenti. Sic enim ait *Quil. de verb. Habiturum; Sed nunquid per hæc verba ſubſequenter temporis: Juro, quòd habebote pro legitima uxore, contrahitur Matrimonium?* Non videtur, cum hæc verba hæc poſita futuri temporis ſunt; contra de Condit. appoſit. c. ult. & extra de her. ſal. De illis, *Lex tamen iſta dicitur, quod eſt verum: quia hoc verbum, Habiturum, etiam habet ad præſens tempus, alioquin non crederetur: Juro, quòd ducam te in uxorem. Et quòd illa verba ad præſens tempus referuntur, probatur extra de Matr. con. contrahend. Eccl. Ex literis. Vel, Habiturum, illud habitam me retenturum. B.*

Aliter reſpondet Sanchez l. 3. c. 2. n. 5. ſcilicet, cap. illud non decidit de Matrimonio; ſed teneri juramentum ad hoc, ut eam in legitimam uxorem, quod ſignificant ea verba: *Sic legitima uxor*, quæ hæc verba imperativi.

Planè ſunt verba imperativi; ſed illud Matrimonialis, non contractus, quod dicitur, ex nunc tractet eam veluti legitimam uxorem, qualis reverà eſt, eò quòd illa verba: *Habebo te in uxorem*, ſint ſufficientia ad conſtituendum Matrimonium, juxta Gloſam jam citatam, quam ſequitur Pontius.

5. c. 22. n. 3. Vide quæ diximus de his verbis Sec. 3. Concl. 4.

Obijciatur præterea cap. 9. de Sponsal. Ex parte C. mulieris nobis inimatum est, quod Antiaras iuramentum præstitit, quod eam ab eo tempore pro conjugio teneret, & ei sic uxori suæ fidem servaret &c. Mandamus, quatenus, eundem, ut superinductâ dimissâ ad uxorem suam redeat, & eam maritali affectione pertractet, mentione præmissâ per Ecclesiasticam censuram cogatis.

Sed huic juri eadem responsio accommodari potest; scilicet, verba, de quibus ibi Pontifex agit, esse Matrimonii de presenti, & non tantum sponsalium. Adeo quæ idem dixisset Pontifex, tamen nullum iuramentum intervenisset.

Ex prædictis inferitur 2. Si Parochus ad fuerit sponsalibus tantum, licet postea secuta fuerit copula, per quam olim sponsalia illa transibant in Matrimonium, hodie non esse Matrimonium, ubi obligat Concil. Trident. quia aliter hi, quam præsentem Parochus contraxerunt; nam, ut supponitur, Parochus non fuit præsentem copulæ, quæ tamen erat signum consensûs de presenti; unde de hoc consensu non potest Parochus testari, sed solum de consensu sponsalium; debet tamen posse testari de omni actu illo, per quem contrahitur Matrimonium.

Et hinc etiam non fieret Matrimonium, si Parochus foret præsentem soli copulæ, & non quoque sponsalibus præcedentibus copulam; quia non per solam copulam contrahitur Matrimonium, sed per copulam & sponsalia, eam præcedentia; quia si hæc non præcessissent, copula nullatenus foret signum consensûs Matrimonialis.

Quid ergo, rogat aliquis, si Parochus interfuisset & sponsalibus & copulæ? Respondet Sanchez sup. n. 7. jus antiquum manere illæsum, atque ita transire in Matrimonium; verum quidem, si animo conjugali, præsumptum autem, quando fornicario haberetur copula: adeo ut probatâ copulâ & sponsalibus, præsumeret Ecclesia Matrimonium, cogeretque ad illud, sicut ante Tridentinum cogeat. Quia mutuus consensus de presenti, sufficienti signo externo manifestatus coram Parocho & testibus, constituit Matrimonium: sed illa copula post sponsalia, est sufficiens signum externum consensûs de presenti, ut constat ex c. Is qui, de Sponsal. aliâs male Ecclesia ex ea præsumeret Matrimonium, ad illudque compelleret: ergo cum habeatur coram Parocho & testibus, constituet hodie Matrimonium. Hæc ille.

Et idem existimat dicendum, si Parochus & testes fuerint præsentem sponsalibus, & cuicumque alteri signo, per quod sponsalia

jure antiquo transibant in Matrimonium.

Sed opposita sententia placet Pontio sup. n. 6. copulam enim, inquit ille, non judicavit Ecclesia esse signum consensûs; sed præsumpsit, ne peccatum præsumeret, ante copulam sibi mutuo explicuisse consensum de presenti, ne peccarent, non quasi consensus sponsalium, secuta copulâ, fiat Matrimonium. Et in eo tantum sensu dici potest, sponsalia transire in Matrimonium per copulam; quia scilicet præsumebat Ecclesia, verum consensum; mutuo significatum de presenti, jam præcessisse inter eos, si quidem ad copulam accedebant.

Ex his ergo sic formo argumentum: Vel Parochus & testes, qui fuerint præsentem sponsalibus de futuro, & postea adfuerint copulæ; tantum viderunt copulam, nullis aliis verbis auditis, quibus sibi mutuo indicarent, qui contraxerant sponsalia, consensum de presenti; quod copula esset licita; & sic non possunt testificari de Matrimonio, sed de sponsalibus & copula, quæ potuit inter illos esse affectu fornicario. Quare tantum testificari poterunt, vidi illos copulari, & præsumo; antequam copularentur, habuisse consensum de presenti, licet mihi non constet. Quod quidem non est testificari de Matrimonio.

Vel cum viderunt copulam, audierunt etiam verba, quibus illi mutuo sibi manifestarunt consensum de presenti, ne in copula peccarent: & tunc valebit quidem Matrimonium, non quia Parochus & testes præsentem fuerint copulæ & sponsalibus; sed quia præsentem fuerint illis verbis, quibus consensum manifestarunt, cum hoc solum sufficeret ad Matrimonium, etiam si aliis rebus non interfuissent. Ex quibus constat, eam rationem, quâ inductus est Th. Sanchez, parvi esse momenti, & constat, etiam idem dicendum esse de quolibet alio signo; ex se indifferenti, qualis est copula, propter eandem rationem. Hactenus Porius.

Fateor ego, copulam illam potuisse inter illos esse animo fornicario, & tunc indubiè (ut notat Sanchez sup.) illa sponsalia non transibant in verum Matrimonium; interim transibant in Matrimonium præsumptum, contra quod Ecclesia non admittebat probationem, ut habetur d. c. Is qui, ibi: Quia licet præsumptum primum Matrimonium videatur, contra præsumptionem tamen hujusmodi non est probatio admittenda. Et ideo testificari de copula & sponsalibus, est testificari vel de Matrimonio vero, si copula habita fuit animo conjugali, vel saltem de præsumpto, si animo fornicario. Sufficit autem testimonium de Matrimonio præsumpto, ut evitentur inconvenientia, quæ Ecclesia voluit per suum Decretum irritans evitare; quippe

582. Oppositum placet Pontio

583. Probatur.

584. Resp. ad probationem.

C. 30. de Sponsal.



non permetteret sic copulatos transire ad aliud Matrimonium.

585. Nobis ergo magis placet sententia Sanchii, consequenter ad ea, quæ cum ipso docuimus Sect. 3. Conclus. 5. scilicet, copulam carnalem posse, per se loquendo, esse signum externum sufficiens ad contrahendum Matrimonium. Vide ibi dicta contra Pontium lib. 2. c. 12. ubi putat quòd copulam debeat præcedere aliud signum externum; & ideo hic docet, non sufficere, quòd Parochus sit præsens copulæ, sive quòd intelligat seu advertat copulam; sed insuper necessarium esse, quòd intelligat etiam illud signum prævium; imò sufficere, ut hoc intelligat, quia per illud solum, secundum ipsum, contrahitur Matrimonium.

Intelligenda est, quando coram eis sit hæc sum.

Adverte etiam pro sententia Sanchii; necessarium esse, ut coram eodem Parocho & eisdem testibus sponsalia contrahantur, & copula habeatur; nam aliàs neutri possent plenè testificari de toto Matrimonio, sed singillatim solum, quidam de uno, & quidam de alio actu, & se haberent veluti testes singulares, cum tamen Decretum Concilii requirat, ut per eosdem assistentes plenè probari possit, & plenè constet de toto Matrimonio coram facie Ecclesiæ.

586. Infertur 3. ex dictis, quando impuberes invalidè contrahunt de præsentibus coram Parocho & testibus, Matrimonium non valere, subsecutâ copulâ, aut renovatione consensus inter ipsos solos; sed debent hæc etiam fieri coram Parocho & testibus; quia aliàs non possunt sufficienter testificari de contractu de præsentibus; quia prior consensus tantum voce fuit de præsentibus, re autem ipsâ, jure ita disponente c. fin. de Despons. impub. & c. un. eod. in 6. fuit consensus de futuro; & per consequens tantum sponsalia. Quare is casus non est omisus à Trident. sed in Decreto irritanti comprehensus. Sit itaque hæc regula universalis: Parochus & testes debent esse præsentibus actui, sufficienti ex hominum institutione, vel receptâ consuetudine, ad significandum consensum de præsentibus, & aliàs Matrimonium est nullum.

Regula universalis in hac materia.

587. De cetero, quia plura requiruntur ad licitè celebrandum Matrimonium, quam ad validè; hinc oportet Parochum advocare, ut consultè & spontè interfit. Alioquin (inquit Averfa sup. §. *At ut Matrimonium*) peccarent sanè mortaliter, qui Parochum ad hoc vi detinerent, aut coram eo, dolosè quasi ad illud vocato, aut casu transeunte contraherent. Non solum ratione injuriæ, quam ipsius personæ inferrent, sed & ratione irreverentiæ erga Ecclesiam, & erga hoc Sacramentum. Idque satis habetur ex eodem præscripto Ecclesiæ de interventu Pa-

rochi: & ex jure ipso antiquo, in quo præcipiebatur, ut adesset Parochus: & ex Decreto ejusdem Trident. dum dicitur, Parochus debere interrogare sponsum, & coram aliquo consensu intellecto, debere profiteri, *Ego vos in Matrimonium conjungo*, aut similia. Unde in quibusdam locis ab Episcopis vel Synodis expressè est poena excommunicationis in eos, qui coram Parocho, vi aut dolo, aut casu transeunte, contraherent.

Peccatum quoque esset, simili frando circa testes. Sed Sanchez lib. 3. dist. 1. n. 12. ait, quoad hoc fore tantum mortaliter, & non mortale, nisi pro qualitate injuriæ & violentiæ. Hæc ille.

Rationem disparitatis assignat Sanchez, quia ipsi non gerunt vires Ecclesiæ, auctoritatem præstando ipsius nomine Matrimonium, quod Parochus præstat, sed solum ministerium solum obeunt, quod assistere possunt vi detenti, aut casu transeuntes, aut ad aliud dolo vocati. Hæc culpa venialis; quia non servatur reverentia Sacramento. Hæc est tamen communis sententia, quæ non habet probationem.

Solum addo, quod lego apud Decretalium nem disp. 3. n. 169. *Quando estis grati* necessitas contrahendi, & abique rebus causa recusarent (Parochus & testes) assistere, possunt actu aliquo, vel dolo excommunicatione sine mendacio induci, quando non est aliud remedium. *In Laxano, l. c. 27. n. 10. p. 2. c. 4. n. 6. cum Connec. dist. 27. dub. 4. in fine.* Negant tamen, sicut & alii Recentiores, posse vim inferre, & per vim cogere; quia id privatis personis non conceditur. Ego tamen in hac re distinguendum putarem, salvo meliori iudicio.

Atque in primis, quod attinet ad Parochum, qui ex justitia tenetur assistere, quando aliàs Matrimonium rite committi non potest, est (maximè cum necessitas urgente, & periculorum in mora) non video, cur non per privatâ auctoritate Parochus per vim vocari aut trahi reluctans ad talem officium, putâ ad ægrosum moribundum, qui debet contrahere, quando actu aut invocatione dolosâ non posset Parochus adduci: neque enim tunc illa est poena violentiæ, sed recuperatio juris sui, deest apud Parochum, nolentem illud recedere, & solvere, aut justâ redemptione vexationis. Sed cut enim, si aliter non posset, liceret per vim recuperare pallium injustè retentum & rogatum; ita videtur licere recuperare aut accipere assistentiam, ex justitia debitam, & injustè negatam. Non potest autem, ut supponimus, alio remedio id obtinere, nisi hæc viâ poterit.

De testibus autem, qui alioquin ex iustitia non debent, non ita facile affirmaverim, per vim posse cogi; tamen si ex alio capite, ex virtute scilicet misericordiae, aut charitatis proximi tenentur, non videtur saltem peccatum grave, si per vim aliquam cogantur assistere, quae non sit maximi momenti; sicut non esset peccatum grave, etiam supposita opinione, quod graviter indigenti debetur non ex iustitia, sed ex misericordia eleemosyna, illum, qui eam negat, aliquam ratione cogere ad illam dandam, vel per vim aliquam extorquere. Hucusque Dicastillo.

991. Sed vellem ego scire, quae sit ista ratio, qua cogere liceat; & quae illa vis, per quam tali casu licitum sit eleemosynam extorquere. An forte importunae preces?

992. Praeterea, dicit aliquis, obstare videtur huic doctrinae, quod tradit Lessius de Iustitia & iure lib. 2. c. 11. Si res tua (inquit ille) extet apud alterum in sua specie (v. g. equus, vestis, torques &c.) & non possis eam aliter recuperare ob Reipublicae perturbationem, non est improbabile, posse te domum ingredi, & eam auferre. Et si ille velit impedire, possit etiam armis tueri; habes enim jus recuperandi rem tuam. Neque hic videtur proprie aggressio, sed defensio. Si tamen res non extet; sed ille tantum sit debitor tuus, non potes hoc modo illam vindicare, quia tu non es dominus rei illius, sed ipse: unde habet jus tibi resistendi, si eam vi auferre nitaris, & tu conseris aggressor, non ille; quia ipse non detinet rem tuam, sed tu invadis rem ipsius. Haec ille.

Cum ergo assistentia Parochi non sit tua, sed ipsius Parochi, quamvis tu ad illam habeas jus iustitiae, videtur quod non posses eam vi auferre.

993. Respondeo: totum verum esse, nisi sit extrema vel gravis necessitas, in qua secundum Lessium ibidem dub. 12. licet auferre rem alterius sic necessariam, etiam vi, quoties alia ratione non potest obtineri. Jam autem supponit Dicastillo, assistentiam illam esse extremam, vel saltem graviter necessariam. Communis itaque doctrina intelligenda est de casu communiter occurrente, in quo neque est gravis, neque extrema necessitas; sed potius ex iusta causa Parochus renuit assistere, uti & testes.

Atque hic sit finis praesentis Conclusionis; eo solo notato, quod aliqui doceant apud Dianam part. 8. tract. 7. resol. 68. non sufficere ut Parochus & testes audiant contrahentes; sed necessarium esse, ut eos videant. Ita Franciscus Molinus de Rit. nupt. lib. 2. differ. 11. num. 120. & post illum August. Barbosa de Potest. Episc. part. 2. allegat. 32. n. 86. ubi sic ait: Inferitur, praesentiam Parochi in Matrimonio ita requiri, ut nedum intel-

ligere oporteat, cum quid agitur, sed ut videat: nam insufficientis erit, si contrahentes Matrimonium a tergo essent alicujus parietis, vel ubi Parochus infirmitate seu alio casu caecus effectus esset, & non videret; quia idem Parochi praesentia requiritur, ut ea tot mala & scandala, quae indies oriebantur ex clandestino Matrimonio, cessarent.

Atque idem licet caecus retineat dignitatem, l. Qui furore, ff. de Stat. homin. l. Caecus, ff. de Judiciis; licet etiam possit testificari de his, quae ante caecitatem vidit, ubi notas contrahentium voces audivit; in his autem, in quibus facile decipi posset, non integer testis est, quo in casu multum iudicis arbitrio tribuendum est. Hucusque Barbosa.

Sed ego (inquit Diana) contrariae sententiae adhaereo, quam tuetur Sanchez de Matr. lib. 3. disp. 39. n. 3. Gutierrez, Fillucius, Rebellus, Fernandez, Basil. Pontius, quibus omnibus adde Sacram Rotam Decret. 634. n. 4. apud Burattum, & ibi doctum & amicissimum Ferentillum lit. A. ubi docet, non esse necessarium, testes videre partes contrahentes; sed sufficere, illos verba contractus, etiam intermediam cortinam vel pariete audire, quando habent notam vocem contrahentium.

Ad id autem, quod asserit amicissimus Barbosa, Respondeo; quod licet caecus regulariter repellatur a testimonio in iis, quae caecitatis tempus concernunt, & sit communis Canonistarum & Legistarum sententia, quod solus auditus in testibus non sufficit, sed requiritur praesentia & visus; nihilominus haec communis sententia seu regula limitatur, ut non procedat in his, quae non visu percipiuntur, sed auditu, de quibus caecus potest esse legitimus testis, dummodo loquentium voces habeat notas; unde potest testificari super verbis stipularionis, & contractus, a contrahentibus prolatis, si modo vocem loquentis notam & probe cognitam habeat. Ita Diana cum Aliis, quos citat.

Quibus me annuera; eo maxime pensato, quod in multis non valeat argumentum ab aliis testibus, ad hos testes Matrimoniales, ut patebit ex sequenti Conclus. quae talis est:

CONCLUSIO XV.

Testes in Matrimonio non debent esse omni exceptione Majores. Satis est, si habeant usum rationis. Oportet sint duo, praeter Parochum, physice simul cum eo praesentes.

Incipio ab ultima parte: Oportet sint duo &c. quae a nemine, quod sciam, negatur; & non indiget alia probatione, quam verbis

X x x 3 Triden-

594. Oppositum docet Sanchez, cum aliis, quos sequitur Diana.

Resp. ad arg. Barbosa.

Auctor sequitur sententiam Sanchez.

595. Probatur utima pars

Conclus. ex Trident.

Tridentini: Qui aliter, quam præsente Parocho &c. & duobus vel tribus testibus Matrimonium contrahere attentabunt &c. Ubi conjunctio: Et, in primis significat, præter Parochum, necessarios esse duos vel tres testes; quippe conjungit eos Parocho, tanquam omnino ab eo distinctos, sive ut personas diversi generis; jam autem, ut docet Felinus cap. Ex litteris, n. 10. de Probat. vers. Modò adverte, quando statutum aliquod requirit ad certum actum duo personarum genera, persona unius generis, non potest utriusque vicem gerere.

Occurritur objectioni.

Nec dixeris: Tridentinum non requirit Parochum, nisi ut testem, uti audivimus Conclus. præcedenti; quippe hoc intelligendum est de teste qualificato, sive habente dignitatem Parochi, per quam satis distinguitur ab aliis testibus, in quibus talis dignitas non requiritur.

596. Testes debent esse simul præsentes cum Parocho.

Insuper ly Et, significat, Concilium requirere præsentiam Parochi & testium copulativè; unde non sufficeret, si successivè coram illis contrahentes explicarent consensum, ut modò coram solo Parocho, & postea coram testibus absque Parocho. Nam quæro: equando tali casu contrahitur Matrimonium? An fortè dum exprimitur consensus coram Parocho solo? An putas, quia dum exprimitur coram testibus? Una expressio consensus sufficit ad perfectum Matrimonium, si reliqua adsint. Et certum est, non adesse reliqua, quando coram solo Parocho exprimitur; ergo tunc non contrahitur Matrimonium; nam antequam expriment coram testibus, procul dubio possunt resiliire, & nolle Matrimonium contrahere; quia jam nolunt suum consensum coram testibus exprimere.

Si dicas: contrahitur Matrimonium, quando postea coram testibus expriment suum consensum, jam enim adsunt omnia requisita; quippe expressus fuit consensus coram Parocho & testibus. Respondeo: expressus fuit consensus imperfectus, concedo; perfectus, nego. Veluti si vir exprimeret suum consensum coram Parocho, & mulier coram testibus, censes, quia Matrimonium valeret? Scio; quòd non censeas. Quamquam enim consensus Matrimonialis expressus fuerit coram Parocho & testibus; equidem imperfectus solum, quod non sufficit.

597. Probatio.

Ergo similiter in casu nostro, quamvis unus consensus viri ac mulieris expressus fuerit coram Parocho, & alter consensus coram testibus; neuter tamen se solo erat sufficiens ad contrahendum Matrimonium; sed uterque necessarius; porro uterque non fuit expressus coram Parocho & testibus, sed unus coram Parocho solo, alter autem coram solis testibus: ergo tali casu attentatur con-

tractus Matrimonii aliter, quam præsentibus Parocho & testibus; ac proinde tale Matrimonium non valet. Oportet ergo, ut sint Parochus & testes interit Matrimonio, quæ non tantum moraliter, sed physicè præsentia hæc præsentia Parochi & testium desideratur; ut plene constare possit Ecclesie de Matrimonio; at non plene constat, nisi sint interit Parochus & testes; cum alioquin testes singulares, qui non plene probant.

Porro quòd debeant adesse duo testes, quid constat ex illo verbo: Duobus vel tribus duo sufficiant, significat particulatim: vel, ibi: vel tribus. Nam ad veritatem conjunctivæ, sufficit veritas alterius partium, qui contrahit coram duobus, vel tribus potest contrahere coram duobus vel tribus.

Sed nunquid hi duo vel tres debent esse omni exceptione majores? Negat Concilium, & affirmat satis esse, si habeant veritatem, ita ut intelligant id, quod matrimonium agit. Illum usum esse necessarium præcedenti; nam quæ ratio testium, quædem quoad hoc est ratio testium. Itaque quæstio est, an ille usus sufficiat.

Oportet (inquit Covar. to. 1. de Matrim. part. 2. c. 8. §. 12. n. 16. in fine) præsumendum esse circa probationes Matrimonii, cum sit hæc res gravissima, & de Matrimonio judicio ac discretionem parandum. Non enim quibuslibet in hoc negotio danda fides est, sed his tantum, qui sint omni exceptione majores, ut inquit Rom. Pontifex in cap. 7. de Confanguinitate, ubi loquitur de dignitate veritate, si per testes compellat omni exceptione majores inveniunt, quid primus vir superstitem quarto prælo consanguinitatis matrimonio, non differas divorcium sententiam pro consanguinitate. Ubi Gloss. verb. Majorum: Illi, inquit, qui possunt aliqua exceptione.

Ex quo deducitur (inquit Covar. to. 1. de Matrim. part. 2. c. 8. §. 18.) non esse testem omni exceptione majorem, seu omni suspitione carentem, sed qui fides non tantum ex objectis probatur, sed & diminuitur, cujusque veritas discrimen & magnam dubitationem movetur: optimus textus in cap. Licitis casibus de Probat. ubi in causa ardua non admittuntur testes, cujus fides aliqua ex parte dubitatur. Hæc ille, cum Aliis quos citat.

Et aliquibus interjectis n. 19. sic ait: Legitur ex his judex magna prudentia ex præcepto legis, quandoque ex æquo & bono tribuatur in Matrimoniali quæstione, quæ testes adhibere debeat. Nam in hac conjugii causa ita integros testes ac in criminalibus exigi, asserit Alexand. in Consil. 144. in principii: Quoniam abunde, 2. volum. publico ac copiosè Deci. Consil. 133. & Consil. 300. & Consil. 363. ex quibus plura colligi possunt.

B O S
Sacramentum
Matrimonii

sunt, quæ iudex pendere debet in probatione Matrimonii, ex quibus proprium arbitrium instruet, ut eo sic instructo, decernat, qui testes sint omni exceptione maiores: si quidem ejus arbitrio hoc relinquitur. Hæc ille.

601. Quem propterea Sanchez lib. 3. disp. 41. n. 4. citat pro sententia opposita nostræ Conclusioni. Ipse autem n. 5. nobiscum docet tanquam verius, ad Matrimonii valorem sufficere quoscumque testes, habentes usum rationis, nec desiderari, ut habeant qualitates jure requisitas, ut in aliis negotiis habiles ac legitimi testes censeantur. Quare, inquit, sufficit, licet sint infames, excommunicati, parentes, consanguinei, servi, familiares, feminae, immo & infideles.

602. Probatur 1. quia, quàmvis aliàs testes sint illegitimi & inhabiles, faciunt sufficientem fidem, nec repelluntur, quando sunt instrumentarii, hoc est, apposti instrumento ex communi contrahentium consensu, ut tradunt Gloss. Authent. de Testibus cap. 4. verb. Et supplicis, Baldus l. Parentes, n. 1. verb. Vel de latius, C. de Testibus, & Alii. Sed testes in Matrimonio adhibentur communi consensu contrahentium; ergo sufficiant quicumque. Præsertim cum in libro Parochi describendum sit Matrimonium cum nominibus testium, ut præcipitur in Trident. eod. cap. 1. Hæc ille.

Subscribo ego verba Gloss. Innuit, quòd etiam non fide dignus, ex quo est rogatus, creditur ei sine tormentis, aliàs non, ut sup. eod. §. Et licet, & §. Si verò ignoti. Ubi verb. Rogatus, sic ait alia Gloss. Rogatio testis ab utraque parte, non potest infamia opponi: licet alias vilissimi & non fide digni testimonium non probet. Vide Baldum in c. In nomine, extra de Testibus, n. 3.

Jam autem, secundum Sanchium ibidem n. 7. minus verum est, quòd docet Gloss. cap. Testes, verb. Audiverunt, 3. q. 9. exigi in Matrimonio, testes esse rogatos. Ergo saltem in casu, quo testes non forent rogati, priores Glossæ non sunt ad propositum; nisi dixeris, per rogationem intelligi consensum utriusque partis.

603. Probatur 2. quia testes inhabiles admittuntur, quando concurrunt cum alio habili & fide digno; tunc enim habilitas unius supplet inhabilitatem alterius, & maximè si alter ex testibus sit Parochus, cujus auctoritati multum tribuitur in jure, ut constat ex cap. Cum esses, de Testamentis, ubi, non obstante consuetudine antiqua civitatis Hostiensis, ut non valeret testamentum absque quinque testibus, definitur valere, si in præsentia Parochi & duorum testium fiat, ibi: Et testamenta, quæ Parochiani coram Presbytero suo, & tribus vel duobus aliis personis idoneis, in extrema secretis voluntate, firma decernimus per-

manere. Ergo cum Matrimonio debeat necessariò interesse Parochus, aut alius Sacerdos de ejus licentia, ejus auctoritas supplebit vitium; quod alii duo testes patiuntur; ac proinde valebit Matrimonium, qualecumque illi sint.

Sed contra, dicit aliquis; in testamento auctoritas Parochi non supplet defectum testamentum; nam præter Parochum, d. c. Cum esses, requiruntur duæ vel tres personæ idoneæ, ut patet ex verbis allegatis; ergo nec supplebit in Matrimonio.

604. Objeitio. Respondeo neg. Conf. Ratio est, diversa dispositio juris; nam d. cap. Cum esses, expressè requirit personas idoneas; at verò Trident. tantum exprimit Parochum, & duos vel tres testes; signum utique, nullam qualitatem in testibus exigere, præter eam, quæ jure naturæ est necessaria, ut testimonium perhibere possint; nempe ut rationis usum habeant. Et hoc maximè habet verum, inquit Sanchez sup. cum Decretum hoc, juris naturalis & Ecclesiastici antiqui correctorium sit, juxta quod valida erant Matrimonia clandestina, atque ita restringendum est, ut de quibuscumque testibus loquatur.

605. Solvitur alia objeitio. Nec obstat: quòd etiam Parochus possit esse valde suspectus, ita ut merito non foret ei fides adhibenda: nam lex (inquit Sanchez sup.) non potest respicere omnes casus particulares, sed frequentiores; ut optimè dixit Jurisconsultus l. Nam ad ea, juncta l. sequenti ff. de Legibus ibi: Nam ad ea potius debet aptari jus, quæ & frequenter & faciliè, quam ad ea, quæ perrarò eveniunt: quoniam, ut ait Theophrastus, quæ semel aut bis accidunt, contemunt Legislatores.

Ergo cum rarissimè accidat, Parochum & ambos testes ita suspectos esse, calum hunc contemplit Trident. attendens ad id, quòd frequenter evenit, ut Parochi fides & auctoritas, vitium aliorum testium suppleat. Accedit: quòd Parochus aut alius Sacerdos satis autorizari censeantur officio ipso Parochiali, aut dignitate Sacerdotali, & congruè deputatione, juxta præscriptum Ecclesiæ.

606. Probatur 3. quia etiam jure antiquo, licet ad dissolvendum Matrimonium, exigerentur testes omni exceptione majores, cap. 1. de Consanguinit. ibi: Inquisitò verò diligentius veritate, si per testes circumspectos omni exceptione majores &c. verum ad illud esse contractum probandum, non desiderabantur, ut multis citatis docet Mascardus de Probat. Conclus. 1023. n. 13.

Et estò ad id probandum tales testes pererentur, ut videtur docere Covar. sup. citatus, id posset procedere, ubi non exigeretur Parochi testimonium, supplens aliorum vitium, nec testes essent communi contrahentium consensu adhibiti; jam autem jure novo Tri-

604. Objeitio.

Solvitur.

605. Solvitur alia objeitio.

606. Probatur 3.

Tri-

Trident. exigitur Parochi testimonium, & testes adhibentur communi contrahentium consensu; quod non est verisimile, Concilium tales testes exigere, maximè cum ejus Decretum sit irritans, ubi Decretum juris antiqui tantum erat prohibens. Cum ergo rigidius sit Decretum Tridentini, & in Matrimonii damnum, strictius videtur intelligendum.

607. *Quarta probatio.*
C. 5. de Hæreticis in 6.
Probatur quartò; quia in causa favorabili admittuntur testes, aliàs inhabiles; ut ob fidei favorem, de Hæreticis in 6. c. 5. in principio: *In fidei favorem concedimus, ut in negotio inquisitionis hæreticæ pravitatis, excommunicati, & participes vel socii criminis ad testimonium admittantur.* Ubi Gloss. verb. *Excommunicati: Tales aliàs non admittuntur.*

C. 8. cod.
Et c. 8. §. *Licet*, ubi testis in causa hæresis falsum deponens, licet perjurus sit, probat, dicendo contrarium; dum tamen ex indicia constet, dictum non corruptionem, sed veritatem continere. Sic autem incipit hic §. *Licet vero perjuri à testimonio, etiam post penitentiam repellantur: si tamen &c.* At causa Matrimonii est valde favorabilis, ut habetur cap. fin. de Sent. & re judicata, ibi: *Nisi in causa favorabili, putà Matrimonio.*

608. *Femina admittitur ad testificandū in causa Matrimonii.* c. 22. de Testib.
Et ideo ad testificandum in eo admittuntur foeminae, cap. *Sup. eo*, ubi ad dictum solius matris, de impedimento deponentis, impeditur Matrimonium ibi: *Respondemus, quòd si non est firmatum Matrimonium inter eos, matre asseverante, ipsos esse consanguineos, non debent conjugari.*

Item consanguineus, c. 3. Qui Matr.
Admittuntur etiam consanguinei cap. *Videtur*, Qui Matr. accus. pos. ibi: *Quod parentes, fratres & cognati utriusque sexus, in testificatione suorum, ad Matrimonium conjungendum, vel dirimendum, admittantur, tam antiquà consuetudine, quàm legibus approbatur.* Ergo in Matrimonio ad ejus valorem sufficient quicumque testes.

609. *Probatur §.*
Probatur quintò: quia domi fieri solita, possunt per testes inhabiles probari, ut per familiares; servos, qui aliàs inhabiles sunt; ut docet cum aliis Malcardus de Probat. Conclus. 1365. n. 1. & 2. Sed Matrimonium communiter solet domi iniri: ergo sat sunt testes aliàs inhabiles.

Contrà ex Rit. Rom.
Sed contrà facit: quòd saltem in his partibus Matrimonium solet contrahi in Ecclesia, juxta Rit. Rom. de hoc Sacramento ibi: *Matrimonia in Ecclesia maximè celebrari decet.* Interim domi posse celebrari satis significat Rit. statim subjungendo: *Sed si domi celebratum fuerit præsentè Parocho & testibus &c.*

610. *Ultima probatio.*
Tandem probat Sanchez suam & nostram doctrinam; quia est optima hujus rei congruentia: sicut enim in aliis Sacramentis instituit Dominus materias in re communi & facili, ut Baptismum in aqua &c. quòd facile invenirentur; ita Tridentinum intendit sta-

tuere quædam clara, facilia & communia exigique testes cujuscumque conditionis Matrimonii valorem & probationem; enim testes omni exceptione majores per plerumque difficile invenirentur, immò risque litibus circa Matrimonii valorem cus daretur, in re, quæ, quàmvis singulis non sit necessaria, est tamen pro tota communitate valde necessaria, & communi Ecclesie bono valde expedit, Matrimonii certa, litibusque & dubiis minimè perire. Hæc ille.

Quòd autem multis litibus & dubitationibus terent, planum est; quia multi Parochi, & testes in pagis, & contrahentes ignorant qui testes sint omni exceptione majores, & facile esset etiam in urbibus appareant quam causam reperire, quæ testibus obtineri possent, atque ita Tridentinum incidere incommoda eadem vel æqualia his, quæ evitari. Ita Coninck disp. 27. n. 41. dicitur cet nostram Conclusionem.

Et probationibus, jam adhibitis, & chio, pro complemento hanc probationem, inquit, si ad Matrimonii valorem, probantur testes omni exceptione majores, tamen debent esse tales, quando probantur de eo in judicio testari, ut ostendat, quòd atque ita Matrimonii valor pendere à futuræ testium conditione, qui si esset possibilis post futuri omnino infantes, Matrimonium per eos probari non possit, & consequenter fuisset ab initio invalidum, quòd ab initio nullum est. Hæc ille.

Revera id esse ab initio. Sed nunc, quid id sequitur opposita temeraria, aut aliquis Adversariorum id docet? Non arbitror: sed dumtaxat concedunt, tunc debent esse omni exceptione majores, quando adhibentur spectatores contractui Matrimonii de quo possint hoc tempore, quòd adhibentur plenè testari, quidquid sit de tempore, quo forè negaretur Matrimonium contractum.

Et certè Ecclesiam non attendit, sed futurum, inde constat, quòd testes, & Parochus aliquando moriantur, & proinde nequeant de eo contractu testari. Sed tamen merè per accidens est; sicuti etiam quòd postea fiant infames, aut excommunicati, adeòque jam possint repelli à dicendo Matrimonio. Porro Ecclesia non attendit in his Decretis ad illa, quæ merè per accidens contingunt; sed quæ de per se seu ut plurimum nata sunt fieri, ut supra ex jure ostendimus.

Immo in casu proposito Ecclesia non potuit velle, ut Matrimonii valor pendere ab illo eventu futuro, cum Matrimonium ob illo validum, jure divino semper maneat validum; saltem post consummationem. Cuius ergo Ecclesia permitrat tale Matrimonium

consummari, omnino dicitur esse validum, quod postea circa Parochum & testes contingerit.

613. *Requisitum in requirere testes omni exceptione majores.*

An autem Matrimonium contractum coram Parocho & testibus, tunc infamis vel excommunicatis, quando assistebant Matrimonio, permittit esse consummari, hoc est, quod hic quaeritur, & procul dubio potuisset Ecclesia, si voluisset, & sic expedire judicasset, requirere pro principio contractus testes, omni exceptione majores; an autem voluerit, quod potuisset velle, si expedire judicasset, de hoc disputatur; & rationes hactenus pro Conclusionem nostram adductae; eam reddunt veriore, & tutam in praxi; quamvis cum Sanchio supra n. 6. fateamur expedire, ut adhibeantur testes, omni exceptione majores, sic enim cessabit omnis quaestio.

614. *Requisitum in requirere testes.*

Restat, ut diluamus argumenta Adversariorum. Primum; quod in aliis rebus requirantur testes, omni exceptione majores; ut patet ex multis juribus; ergo etiam in Matrimonio, quae est res gravissima, & maxime ardua, & in qua militant eadem rationes, & pericula, quae in aliis rebus. Secundum; quod specialiter c. 1. de Consang. admonet Pontifex, testes debere esse circumspectos, omni exceptione majores.

615. *Requisitum in requirere testes.*

At haec facile ex dictis solvuntur. Siquidem (inquit Aversa q. 6. Sect. 5. §. Et ex his) in aliis quoque rebus non semper requiruntur testes omni exceptione majores. Et in hac re adest speciale fundamentum, ne requiri dicantur, dum eadem Ecclesiae lex, quae testes requirit, non exposcit in illis alias qualitates. Specialis etiam ratio convenientiae: quia longe majus periculum & incommodum imminet, si relictus fuisset aditus impugnandi Matrimonia ex defectibus testium. Et de contra experimento ipso constat, nullum oriri inconveniens ex eo, quod qualescumque testes in hac re admittantur.

616. *Requisitum in requirere testes.*

Sed bene, quando agitur causa contra Matrimonium; tunc quidem testes, qui adhibentur, ad illud destruendum, debent esse omni exceptione majores. Et hoc est; quod admonuit Pontifex in illo textu. Ac merito: quia destruere Matrimonium est res odiosa, non solum partibus, sed ipsi Ecclesiae: ideoque ad hoc quidem requiritur qualitas testium, non verò ad confirmandum ejus valorem, dum assistunt Matrimonio. Haec ille.

Quibus adde; quod etsi concederemus, idem requiri ad probandum Matrimonium contractum; id tamen debere intelligi, nisi vitium testium aliunde suppleatur, sicut in casu nostro suppletur, ut dictum est supra. Praesertim cum haec causa, quamvis ardua & gravissima, tamen favorabilis. Ac proinde illis testibus, quamvis alioquin inhabilibus, adhibenda est plena fides in iudicio.

Idedque Matrimonium illud hodie attento Tridentino non debet dici clandestinum, quia non deficit ei legitima probatio; quod fit de jure antiquo.

617. *Obiectio.*

Sed dicit aliquis; vitanda est correctio iurium; adeoque novum jus, dum aliud non exprimit, est interpretandum secundum jus antiquum, quo requirebantur testes omni exceptione majores.

Solvitur ex Sanchez.

Respondeo cum Sanchez sup. n. 9. quando jus novum loquitur in eodem casu juris antiqui, quod hic non contingit; quia jus antiquum loquitur in casu, in quo non suppletur inhabilitas testium per aliquid aliud, agitque de probatione Matrimonii, ad ejus valorem minimè requisita, & ideo nil mirum est, si eam rigidiorum postulet. Tridentinum autem loquitur in casu, quo virtum testium suppletur Parochi praesentia, agitque de probatione, requisita ad Matrimonii valorem, & ita non mirum est, si leviorum exigat. Haec ille.

618. *Replia. Solutio.*

Si replicaveris: fieri potest, ut etiam Parochus non sit fide dignus. Ad hoc supra responsum fuit. Et maneo in eadem responsione. Quae etiam applicari potest ad id, quod aliqui obijciunt: Tales testes poterunt facile corrumpi, ut testentur Matrimonium non fuisse contractum, & sic tale Matrimonium non poterit magis probari, quam clandestinum.

Alia obiectio solvitur ex Coninck.

Respondeo (inquit Coninck sup. n. 43.) hunc casum rarum esse, nec omnia incommoda posse evitari; quare aliqua necessario toleranda sunt, ne in majora incidamus: praesertim, cum fieri etiam possit, ut testes, qui habentur omni exceptione majores, etiam corrumpantur, vel etiam statim à contracto Matrimonio infames fiant, aut moriantur, & Pastor nihil in libro scripserit, aut hic peccat, & sic Matrimonium nullo modo probari possit. Quare si voluisset Concilium omnibus omnino casibus, qui possent evenire, occurrere, debuisset irritare omnia Matrimonia, quae non fuissent ita publicè contracta, ut nullo modo celari possent, quod ferè fuisset impossibile. Idedque Concilium judicavit sufficere, si occurreret illis periculis, quae communiter hac in re solent occurrere, quod sufficienter fit illo modo, quem in Conclusionem explicui, ut etiam ipsa experientia docet. Vix enim jam videmus, ulla Matrimonia, ita contracta, judicari irrita ob defectum probationis. Haec ille.

619. *Additio.*

Addo ego: ad Matrimonium dissolvendum requiri testes, omni exceptione majores, ut constat ex dictis. Unde illa obiectio nullius est momenti, quamvis enim credi debeat illis testibus, dum testantur Matrimonium contractum, nulla tamen fides eis adhibenda est, quando testantur non esse

Xyyy con-

contractum, cum tunc agatur de Matrimonio dissolvendo. Et hæc quidem de testibus factis.

Sequitur agendum de modo, quo Parochus alteri Sacerdoti solet dare licentiam assistendi, & queritur primò; an licentia illa debeat esse specialis & expressa, vel sit fit tacita (quæ rati habitio vocatur) & generalis. Secundò; an requiratur in scriptis. Respondetur autem:

CONCLUSIO XVI.

Licentia assistendi, non debet esse in scriptis. Includitur in generali commissione administrandi omnia, quæ pertinent ad curam animarum. Valet præsumpta de præterito vel præsentis, secus de futuro.

620.
Probatur I.
pars Conclus.
ex Trident.

Prima pars est communis, & sufficienter probatur ex ipso Tridentino, quod solum petit Parochi licentiam, nec exprimit, ut ea sit in scriptis, quod indubie faceret, si id foret necessarium: sicut exprimit in alio casu sess. 25. c. 5. de Regularibus, ibi: *Ingressi autem intrâ septa monasterii nemini liceat, cuiuscumque generis aut conditionis, sexus vel ætatis fuerit, sine Episcopi vel Superioris licentia, in scriptis obtenta.* Item sess. 23. de Reformationibus, c. 1. ibi: *Decernit eadem Sacrosancta Synodus, hæc legitime absentis causas à Beatissimo Romano Pontifice. &c. in scriptis esse approbata.* Et intrâ: *Discedendi autem licentiam in scriptis grati quæ concedendam &c.*

621.
Omnis dispositio potest fieri verbo, nisi lex requiratur scripturam.

Jam autem omnis dispositio potest fieri verbo, nisi lex requiratur ad actus valorem scripturam, ut docet Gloss. communiter recepta c. 1. de Censibus in 6. verb. *In scriptis*, ubi enumeratis triginta & quatuor casibus, in quibus requiritur scriptura, subjungit: *Et licet in supradictis requiratur scriptura, non tamen de necessitate in omnibus: alias autem regulariter instrumentis & testibus probari potest sup. de Fide instrum.* Cum Joannes. *Fit tamen probatio levius, & facilius, & securius per scripturam, ff. de Pignor. l. Contrahitur.* Et in expositione casus sic dicitur: *Iste est unus casus, in quo scriptura est de substantia actus: regulariter autem scriptura non est de substantia res gestæ, ut in l. Pactum, Cod. de Pact. fallit in casibus hic enumeratis per Gloss. & ad eam quotidie recurritur.* Porro in his casibus non reperitur concessio licentiæ assistendi Matrimonio, adeoque scriptura non est de substantia ejus. Immo nec in omnibus casibus per Gloss. enumeratis scriptura est de substantia actus, ut patet ex illis verbis: *Non tamen de necessitate in omnibus.*

Ad quid ergo requiritur scriptura? Ad levius, & securius probandum, ut patet ex illis verbis: *Fit tamen probatio levius &c.* Et procul dubio, in quoque nostro optime probatur, concessio fuisse facultatem assistendi, per scripturam & sic etiam dici posset, licentiam assistendi debere esse in scriptis, non ut absolvi possit, sed ut levius, facilius & securius probari; neque enim, ut infra videbitur oportet semper credere dicenti, de hæc licentiam assistendi à Parocho vel Ordinario, sine alia probatione.

Agitur dum jura volunt, ut gratia aliam non valeat, aut non obtineat suum effectum absque litteris, id in particulari solent declarare; ut in Extrav. 1. de Elect. ubi *Pro sente itaque perpetuo valitura confirmatio dicitur, ut Episcopi & alii Prelati, nec non Abbates, Priores, & ceteri hujusmodi regimina exercentes, quocumque fuerint aut confirmationis, consecrationis, ordinationis munus recipiant, ad communitatem ecclesiarum, Monasteriorum, abque distinctione hujusmodi eorum promotionem, dignitatem, consecrationem seu benedictionem canonicis, accedere, vel honorum Ecclesiasticorum administrationem accipere non possint, nullique eos absque dictarum litterarum significatione recipiant, aut eis partem vel intendat.*

Aliud exemplum habemus in Extrav. 1. de Penit. & remiss. ubi *Nepos specialiter noster & cetera scientia nostra, de qua demum constare censetur, cum in ignavia nostra de super manu nostrâ scriptum, aut in litteris nostris expressum fuerit &c.* Jam autem nihil simile reperitur in casu proposito, & ideo manet rursus Conclusio, quæ ait: *Licentia assistendi non debet esse in scriptis, scilicet ut non sive ut Sacerdos alius, præter Parochum licet assistat Matrimonio.*

Sed qualis debet esse hæc licentia? Ad quid requiritur expressa & specialis? Do tibi licentiam assistendi Matrimonio, sufficere extra dubium est. Eam necesse est esse, Aliqui probant, quia quæ specialis digna sunt, nisi specialiter notentur, videtur quasi neglecta, l. Item apud L. Injuriam, §. 26. ff. de Injuriis, ibi: *Ea enim que negligenter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta.* Cum ergo Matrimonium reverentissimum sit & arduum, c. fin. de Procur. et 627. *Et quamvis alius is, qui constituitur ad negotium procurator, alium dare possit: in hoc tamen casu (propter magnum, quod ex facto tam in alio posset periculum imminere) non poterit sequi alium, nisi hoc eidem specialiter sit commissum.* Loquitur Pontifex de procuratore ad contrahendum Matrimonium. Cum, inquam, Matrimonium sit res tam periculosa, etiam specialiter

Speciali nota dignum; & proinde, nisi exprimitur, non videtur concessum.

625. Et confirmatur ex eod. cap. in principio: Procurator, non aliter censetur idoneus, ad Matrimonium contrahendum, quam si ad hoc mandatum habuerit speciale. Ergo consimiliter, neque Sacerdos aliter censetur idoneus, ad assistendum Matrimonio, quam si ad hoc licentiam habuerit speciale. Quæ enim disparitas? Nam utrobique agitur de contrahendo Matrimonio; si ergo in uno casu Matrimonium sit dignum speciali notâ, propter ejus gravitatem seu arduitatem, cur non etiam in alio casu?

Ad hocque sicut procurator, est constitutus ad omnia negotia judicialia & extrajudicialia, nisi in procuratione, expressa & specialis fiat mentio Matrimonii, invalidè contrahit; sic etiam videtur invalidè assistere Sacerdos, est constitutus ad omnia Sacramenta administranda; imò ad exercenda omnia, quæ pertinent ad curam animarum, nisi expressa & specialis fiat mentio Matrimonii, vel detur disparitas.

626. Quod autem Procurator invalidè contrahat, habetur in d. c. fin. in propositione casus, qui talis est: Titium feci & constitui meum procuratorem ad omnia negotia judicialia & extrajudicialia: & ponamus ut sit major dubitatio, quod Titium meum procuratorem constitui ad omnia negotia judicialia & extrajudicialia cum potestate faciendi omnia & singula, quæ facerem & facere possem, si personaliter interfissem: quid fecit ille Titius procurator meus? Contraxit Matrimonium pro me cum Berta, & forte per verba de presentia an sit Matrimonium inter me & Bertam? Respondet: quod non, quia ad hoc non habebat mandatum speciale, & illa specialitas attenditur etiam circa personam, cum qua contrahitur: aliter non est mandatum sufficiens ad contrahendum Matrimonium.

Idem dicitur à Gloss. verb. Speciale, ubi sic interrogat: Sed nunquid, si habet generale, cum quibusdam expressis, clausula subsensu, ut sup. eod. lib. & tit. Qui ad agendum, contrahere poterit? Videtur quod sic, per illud cap. Sed contrarium credo, ut ibi dixi. Dico enim, quod illa clausula generalis, quæ sequitur, specialia expressa similia includit, sed non longe majora, ut est in casu nostro: notabiliter enim tali concedi debet, & hoc voluit hæc littera. Quidni ergo & Sacerdoti notabiliter concedi debeat?

627. Respondeo: maximam esse disparitatem, putâ, nullum imminere periculum iis, qui contrahunt coram alio Sacerdote, veluti maximum imminet ei, qui contrahit per procuratorem cum persona, sibi incognita, ut nimis clarum est; & propter hoc periculum, non tantum requiritur speciale mandatum contrahendi Matrimonium, sed etiam speciale de certa persona & expressa, juxta d.

Gloss. verb. Speciale, ibi: Sed quid dices: nunquid sufficit speciale mandatum ad contrahendum, vel requiritur de certa persona & expressa? Et videtur quod non requiritur expressa persona, arg. sup. eod. tit. & lib. cap. 1. 2. responso. Sed dic contra, per l. Generali, ff. de Ritu nupt.

Quidquid sit de hac expressione personæ, quæ saltem dubia est, omnino certum est, in nostro casu illam expressionem nullatenus esse necessariam; sed sufficere mandatum generale de assistendo omnibus Matrimoniis; quia, sicut dixi, nullum ex ea assistentia generatur præjudicium contrahentibus; sed neque magnum periculum imminet Parocho, concedenti licentiam, ut propterea censetur non velle concedere illam; nisi expressa fiat mentio, vel saltem Matrimonii. Quod enim illud esset, præter amissionem stipendii, quod solet pro illa assistentia offerri à contrahentibus, quod ordinariè modicum est?

Sufficit mandatum generale de assistendo omnibus Matr.

628.

Quapropter communis sententia & verior docet, sufficere generalem licentiam ad exercenda ea omnia, quæ ad curam animarum pertinent. Probat 1. quia Trident. non requirit nisi licentiam; ergo cum corrigat jus antiquum, non est extendendum ad licentiam specialem, id est, talem, in qua fiat expressa mentio Matrimonii.

Sufficere generalem licentiam ad exercenda omnia &c. probatur 1. ex Trident.

Secundo: quia Clement. 1. de Privilegiis in principio sic dicit Pontifex: Religiosi, qui Clericis vel laicis Sacramentum Unctionis extreme vel Eucharistie ministrare, Matrimoniumve solemnizare, non habita super his Parochialis Presbyteri licentia speciali &c. præsumserint: excommunicationis incurant sententiam ipso facto. Ubi, ut vides, requiritur licentia specialis, & tamen, secundum Aliquos, quos citat Sanchez lib. 3. disp. 35. n. 7. sufficit licentia generalis, absque Sacramentorum specificatione.

Secunda probatio ex Clem. 1. de Privil.

Sanchez.

Audi Cajetanum verb. Excommunicatio. c. 64. Nec, inquit, est opus quod licentia hæc ita sit specialis, ut oporteat scrupulum habere ex omnia aliqua dearticulatione; sed sufficit quod ita sit specialis, quod æquivalat specialii. Et semper est, quandocumque ex verbis licentiæ communiter intelligitur, concedentem dare hanc licentiam, etiam si non nominarentur hæc Sacramenta in specie. Hæc ille.

629. Licentia ad ministrandi ex. unik. non debet esse specialis, Cajetan.

Si ergo, inquit Sanchez sup. ubi expressè petitur licentia specialis, satis est generalis sub qua illa Sacramenta comprehendantur: à fortiori in Matrimonio sufficet, cum in illo non petatur in Tridentino specialis licentia.

Sanchez.

Addit 3. probationem hic Auctor: Quia regulariter dispositio & concessio generalis est generaliter intelligenda, cap. Si Romanorum, dist. 19. ibi: Dicendo vero, Omnia Decretalia constituta; nullum de Decretalibus constitutis prætermisit, quod non mandaverit esse

630. Probatur 3. ex cap. 1. dist. 19.

esse custodiendum. Et rursus asserendo, Omnium Deceptorum nostrorum, nullum Pontificum Romanorum, qui ante se fuerunt excepit. Ubi Gloss. verb. Dicendo, inquit; Arg. quod verbo generali omnia debent comprehendi, ut hic & 1. q. 1. Sunt Nonnulli, & 14. q. 5. Putant, & 12. q. 1. Dilectissimis, & 13. q. 2. Non estimemus.

631. Ergo illa licentia generalis ad exercendum curam animarum, est intelligenda generaliter, ut etiam Matrimonium claudat, sive assistentiam Matrimonii, quæ & ipsa pertinet ad curam animarum. Sic docent Navarr. lib. 4. Confil. in 1. editione tit. de Sponsal. Confil. 27. per totum, in 2. tit. de Claud. desponsi. toto Confilio 13. Rota in novissimis dicens, sic decidisse Cardinales decil. 750. n. 2. tom. 1. & Alii, quos citat & sequitur Sanchez sup.

632. Dicit autem Navarrus n. 4. Quod consuetudo est optima legum interpretis, & receptum videtur, quod omnes Vicarii, substituti à Parochis, nondum factis Presbyteris, juxta cap. Licet canon, de Elect. in 6. vel aliam absentiam, juxta Concil. Trident. sess. 23. c. 1. de Refor. etiam quando Parochi absunt ad parvum tempus, sine licentia scripta Episcopi, ut durante illa absentia, assistant Matrimonii contrahendis, etiam si non mandetur specialiter illa assistentia: ergo ita servandum videtur. Hæc ille.

633. Quid ergo respondendum ad d. l. Item apud Labeonem, sup. pro opposita sententia allatam? Audite Navarrum sup. n. 5. Ratio quare illa assistentia jubetur committi alteri Sacerdoti, non est, quod illa sit major & dignior functio Parochi: quandoquidem alie functiones Sacramentales sint longè majores; sed ut non desit probatio Matrimoniorum, ne clandestinè Matrimonia contrahantur; & consequenter non obstat argumentum, pro contraria parte formatum, scilicet, quod speciali notâ digna, videntur neglecta, nisi specialis de illis fiat mentio. Ita hic Auctor. Igitur intelligi debet illa lex, quando speciali notâ dignum, est dignius aliis contentis, quod hic non habet locum.

Verum, inquit Sanchez sup. n. 11. hæc solutio confunditur, eò quod ex ea colligetur, virtute clausulæ Bullæ, concedentis licentiam recipiendi Sacramenta à quocumque, vel approbationis Episcopi ad Sacramenta conferenda, posse non Parochum assistere Matrimonio, cujus contrarium diximus: quàmvis enim hæc functio Parochi minùs digna sit, ac est specialiori notâ dignior; quia non est tantæ necessitatis hoc Sacramentum, & sic non videtur inclusum in clausula generali: ideo dico, id intelligi, nisi aliqua sufficienti specialitate id notâ dignum exprimitur, & ita sufficiens est (ut ipsa con-

fuetudo testatur) specialitas, dum Parochus concedit commissionem generalem, non solum ad ministranda omnia Sacramenta, in qua non includeretur, sed ad exercenda omnia, quæ pertinent ad curam animarum. Et respondet Rota in novissimis tom. 1. decil. 750. n. 2. Hæc ille.

Rogas, quid ego censeam? Respondent parvum videre fundamentum in d. leg. apud Labeonem, pro opposita sententia: enim dicitur in ea: Quæ specialiter notâ sunt; sed: Quæ notabiliter sunt, id est (sicut dicitur in Gloss. ibi verbo: Notabiliter) Generaliter & regulariter & generaliter verbis dicitur: nam talia notabiliter notanda sunt. Et Notabiliter, id est, quæ sunt ad notandum famiam alicujus; Vel, Notat, id est, manifestat. Et verb. Notentur, sic ait: Id est, manifestentur verbis notentur ad vindictam impendentem quid hæc ad propositum nostrum?

Præterea; quod ait Sanchez, Matrimonium esse dignum specialiori notâ, non est tantæ necessitatis, non approbationis, etiam extrema Unctio non est tantæ necessitatis, quis tamen propterea dicitur non habet potestatem administrandi Sacramenta, non posse administrare Extremam Unctionem, eò quod sit digna specialiori notâ. Deinde; per accidens fieri potest, ut Matrimonium sit tantæ necessitatis.

Porrò quod attinet virtutem clausulæ Bullæ, concedentis licentiam recipiendi Sacramenta à quocumque, vellem videre, quomodo Bullam cum hujusmodi clausula, scilicet, talis non est Bulla Cruciatæ, quæ in illa asserat Sanchez sup. n. 8. ibi: Hinc est non sufficere, si Parochus concedat alicui licentiam administrandi omnia Sacramenta. Quod videtur ea licentia intelligenda, sicut clausula Bullæ Cruciatæ, similem facultatem concedens, de Sacramentis Confessionis Eucharistiæ, quæ sunt maxime necessaria. Hæc ille.

Sed ego illam similem facultatem cessam in Bulla Cruciatæ, scilicet, tantum recipiendi tempore interdicti Sacramentum Eucharistiæ, & alia Sacramenta, in dubio intelligi posse de Sacramento Matrimonii.

Nunquid etiam Bulla Pauli 3. 1775. pro Clericis Regularibus S. Pauli, in quibuscumque fidelibus verè penitentibus confessis, ad vestram Ecclesiam pro temporibus, quocumque anni tempore, præcedentibus, quàm in festo Paschatis Resurrectionis Dominice, Eucharistiæ, & alia Ecclesiastica Sacramenta ministrare libere & licite valeant, concedimus? Incipit Bulla: Dudum factus, & apud Cherubinum.

De hac concessione, vel alia simili eisdem Pontificis, sic lego in quibusdam Titulis

B O
Sacramentum
parochi

fibus defensis Lovanii in Collegio S. Antonii de Padua FF. Min. Hibern. anno 1645. Præfide F. Raymundo Carono, lego, inquam, Thesi 13 in principio: *Licet Paulus 3. Religiosis facultatem fecerit, non tantum Pœnitentiam & Euchariſtiam, ſed & alia Eccleſiæ Sacramenta quibuſcumque fidelibus liberè adminiſtrandi; putamus tamen Baptiſmi vel Matrimonii miniſtros agere, non ita ſemper expedire, ſine Parochi licentiâ ſpeciali, vel expreſſa, vel præſumpta.* Quibus verbis fatiſ ſignificatur, abſolutè poſſe eos agere miniſtrum Matrimonii, & validè ei aſſiſtere, ex illa licentiâ generali Pontificiſ.

Atque de hac controverſia ſic ſcribit Averſa q. 6. ſect. 4. Item aſſerunt DD. non requiri omninò ſpecialem licentiâ de ipſo Matrimonio, ſed fatiſ eſſe generalem, quæ comprehendat ſub ſe hoc ſpecialè: ut pote ſi Parochus dicat alteri Sacerdoti: *Commiſſio tibi omnes viſes meas: Conſtituo te in omnibus vicariis meum: Commiſſio tibi curam animarum mearum, & ſimilia;* ſub hac enim generalitate fatiſ comprehenditur hæc ſpecialiſ aſſiſtentia in Matrimonio. Si tamen diceret: *Commiſſio tibi adminiſtrationem Sacramentorum, ſive: Do tibi facultatem adminiſtrandi Sacramenta,* Coninck Diſp. 27. dub. 3. n. 30. putat non ſufficere: quia hic actus aſſiſtendi reverà non eſt adminiſtratio Sacramenti. Niſi tamen ex aliis factis aut circumſtantiis apparet, hoc etiam miniſterium & aſſiſtentiam intelligere. Abſolutè tamen illam conſeſſionem ſufficere, aſſerunt Pontius lib 5. c. 29. n. 2. ex quadam S. Congreg. Declaratione, & quia ſub generali miniſterio Sacramentorum hæc etiam aſſiſtentia comprehenditur. Hæc ille.

Subſcribo verba Declarationiſ, quæ extant apud Farinacium pag. 275. (ut ait Pontius ſup. n. 1.) ad illa verba Decreti: *Vel de Ordinarii licentiâ.* Hæc, inquam, ſunt verba: *Non ſufficit tacita, quæ reſultat ex tolerantia; requiritur verò vel commiſſio generalis adminiſtrandi Sacramenta; vel ſi hæc abſit, expreſſa vel ſpecialiſ licentiâ.*

Verùm enimvero hæc Declaratio poſt Urb. 8. unde conſtat, quòd ſit authentica? Et idèd, donec authenticatio ejus (ut ſic loquar) nobiſ conſtet, non debemus ei fidem adhibere. Et ſane qui unam partem recipit, cur non recipiat & alteram? Pontius recipit ultimam partem, docens ſuprà n. 2. contra Coninck, ſufficere licentiâ generalem adminiſtrandi omnia Sacramenta; ſed non videtur recipere primam; ſic quippe ait n. 1. poſt relata verba Declarationiſ: Unde non fatiſ eſt tacita; nec enim hic locum habet ratiſ habitio de futuro. Quòd adèd verum eſt, ut nec ſub ſpe ratiſ habitioſiſ poſſet ſine licentiâ contrahi, etiam ut ſubveniat alicui in arti-

culo mortis conſtituto, cùm aliter contractum Matrimonium irritum ſit. Aliter cendendum eſt de ratiſ habitioſe de præſenti, ut ſi fieret coram Parocho, illo vidente & tacente, id enim ad licentiâ videretur fatiſ. Hæc ille.

Sed quomodo id fatiſ videretur, quandoquidem hæc licentiâ reſultat ex tolerantia Parochi, qui non contradicit, cùm poſſet facile contradicere, quæ tamen licentiâ non ſufficit, juxta primam partem illiſ Declarationiſ? Vel ergo Pontius contradicit illi Declarationi, vel per tolerantiam intelligenda eſt (ſicut videtur Pontius intelligere) ſola ratiſ habitio de futuro, cùm tamen per tolerantiam alii DD. ſoleant intelligere ratiſ habitioſem etiam de præſenti.

Quidquid ergo ſit de hac Declaratione, optimè advertit Caronus ſup. in ſuiſ Theſibus, quàmvis fortè illa generalis licentiâ ſufficeret; equidem ordinariè non expedire, ut Regulariſ eâ utantur, vel circa Baptiſmum, vel circa Matrimoniam propter diverſas conſiderationeſ. Quòd autem de Regulariſ ipſe dicit, etiam de ſæculariſ rectè dici poſſet, ſi fortè aliqui haberent huiſmodi licentiâ generalem.

Atque ut generalis licentiâ non ſufficeret, id intelligit Sanchez ſup. n. 8. quando Parochus præſens eam licentiâ concederet, nec eſt conſectura probabilis, voluiſſe includere etiam Matrimonium: ſecùs quando Parochus in abſentia relinquit ſubſtitutum; quàmvis enim ſolùm illi dicat, ut adminiſtret Sacramenta vice ipſiſ, ſufficiens licentiâ eſt ad Matrimonium: quia eſt illum vicecuratum ſubſtituere, dum ipſe abſt. Ita hic Auctor.

Eandem limitationem admittit Coninck ſup. dicens: Excipe caſum, quo Paſtor notabili tempore futurus abſens, alicui commendaret, ut ſuiſ Sacramenta adminiſtraret. Ceneretur enim hiſ verbis omne officium paſtorale comprehendere, cùm teneatur illud alicui committere, niſi fortè alteri reliquam partem commiſſiſſet.

Hoc certum eſt, in hac materia non ſufficere licentiâ ad aliquoſ actus dignioreſ, ut ad Confeſſionem & Euchariſtiam miniſtrandam. Probatur: quia poteſtas delegata non eſt extendenda de caſu expreſſo, ad non expreſſum, ut colligitur ex cap. P. & G. 40. de Offic. Legati in fine ibi: *Cum huiſmodi delegata juridiſdictio ad aliaſ perſonaſ nequeat prorogari.* Ergo neque juridiſdictio delegata ad unum Sacramentum, poteſt prorogari ad aliud Sacramentum, eſtò minus dignum.

Et ratio eſt; quia poteſtas delegata, cùm deroget ordinariæ, odioſa eſt, ut docet Gloſſ. cap. 1. de Reſcript. in 6. verb. *Proceſſuſ*, ibi: *Item juridiſdictio ordinaria favorabilis eſt, extra ordinaria odioſa.*

639.
Quid intel-
ligat per to-
lerantiam.

640.
Quomodo
intelligenda
ſententia, quæ
docet licen-
tiam genera-
lem hic non
ſufficere, ex
Sanchez.

Et Coninck.

641.
Non ſufficit
hic licentiâ
ad miniſtrân-
dam Euchariſ-
tam aut Confeſ-
ſionem.

Poteſtas de-
legata eſt
odioſa.

642.
Est diversa
ratio Euch.
& Matrimo-
nii.

Adde diversam rationem in uno, & alio Sacramento; scilicet, majorem necessitatem Confessionis & Eucharistiæ, quam Matrimonii; item majorem frequentiam & singularem prudentiam, ne aliqui malè admittantur ad Matrimonium; quæ omnia possunt esse causa rationabilis, concedendi licentiam administrandi unum Sacramentum, & non aliud.

Et verò censetur aliqua ex eis, vel alia similis, fuisse causa, quando aliquod Sacramentum in particulari exprimitur in forma licentiæ. Quando autem generaliter conceditur administratio omnium Sacramentorum, nullà factâ expressione alicujus in particulari; nisi ex consuetudine vel aliunde colligatur restrictio ad aliquod particulare Sacramentum, videtur concessio generaliter intelligenda de omnibus Sacramentis, cum rationabiliter sic possit intelligi.

643.
Quid si
Episcopus
interdixisset
Parocho de-
legationem
assistentiæ?
Probatum no
sufficere li-
centiam ge-
neralem.

Et hinc oritur quæstio inter DD. an quando constitutio Synodalis aut Episcopus interdixisset Parocho delegare assistentiam Matrimonii, sufficiat licentia generalis ad exercendum omnia ad curam animarum pertinentia? Et videtur non sufficere; quia voluntas Parochi debet regulari ab ejus potestate; ergo ubi Parochus non potest licitè concedere facultatem, quia Episcopus vel Synodus interdixit, non censetur eam concedere sub verbis generalibus. Id enim possumus, quod jure possumus: arg. cap. 10. de Renunt. ibi: *Quia licet irregularitatem hujusmodi non potueris subicere. Ubi Gloss. verb. Non potuerit; Id est, non debuerit de jure tempore suæ examinationis, & sic est argum. quod illud dicimus posse, quod de jure possumus, 2. q. 2. Faciat.*

C. 20. de
Renunt.

Unde Gloss. in cap. 1. de Regulis juris in 6. *Beneficium Ecclesiasticum non potest licitè &c. verb. Licitè, sic ait: Superabundat, id enim dicimus posse, quod licitè possumus. Nam (ut ait l. Filius, 1 §. ff. de Condit. instit.) quæ facta ledunt pietatem, existimationem, verècundiam nostram, & (ut generaliter dixerim) contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est. Ergo credendum minimè est, Parochum verbis illis generalibus velle concedere licentiam, quam de jure non potest concedere, sive quam concedendo graviter peccaret; cum nemo debeat præsumi velle peccare, quando alioquin potest non peccare.*

644.

Confirmatur.
Lez. 3. ff.
Quod quis-
que &c.

Confirmatur: quia in mandato generali non veniunt ea, per quæ dominus incidit in poenam, l. 3. §. Si Procurator, ff. Quod quisque &c. Si Procurator meus postulavit: queritur quis eodem jure utatur, & putat Pomponius me solum, utique si hoc ei specialiter mandavi, vel ratum habui. Ubi Gloss. verb. Me solum, interrogat: Item quid si generalis erat

procurator, & habebat liberam administracionem, an teneatur? Resp. Non, quia extra poenam mea administracioni imperantis licet, sibi iniquum mandare non videtur. Ergo mandato generali Parochi, non includitur assistentia Matrimonio, quando eam concedendo incidere in poenam constituitur Synodalis; quia quamquam non mandatum quod iniquum est, tamen iniquum mandatum non est præsumendum.

Ceterum (inquit Sanchez, sup. n. 1.) mandatum est, includi & sufficere eam potestatem. Tum, quia factis specificè concessio concedere, dum concludit exercitacionem, ad curam animarum pertinentium, tum etiam, quia consuetudo non declaratur Rota, dicens, ita declarasse Cardinales novissimis, decisi. 750. n. 2. co. 1.

Ad argumenta proposita dico: 1. Ad distinguendum esse consequens, tum ad aliquam specialitatem, quæ declaratur mitti, verum esse, secus si sit generalitas, ut contingit hic. Ad 2. respondendo: in hoc enim casu licet specificè concedere, ut declaratur. Hæc ille.

Sed ego non concedo, quod contentum id declaraverit, saltem in his partibus, in quibus utique non solent Parochi contra prohibitionem Synodali aut Episcopi concedere alteri licentiam assistendi. Nec credi Cardinales id declarasse, nisi Declarationem proferatur, ut legere possit ejus verba.

Fieri potest, ut declararent, licentiam generalem exercendi omnia, quæ ad curam pertinent animarum, sufficere; sed hoc intelligendum, de parte, scilicet nisi ex aliis factis, aut circumstantiis constet, Parochum noluisse comprehendere illam assistentiam. Jam autem in casu proposito videtur Parochus nolle comprehendere illam assistentiam, nisi specialitè id declararet, aut præsumitur velle peccare, nulla enim constet; peccaret autem, si velle comprehendere illis verbis eam assistentiam pono.

Itaque meo judicio, salvo meo iudicio, probabiliter posse dici, in casu proposto sufficere illam generalem licentiam, si non cesset esse, ut in ea fiat specialis mentio Matrimonii; vel ut ex consuetudine, aut aliis conjecturis constet, Parochum eorum hoc peccatum, quod alioquin committeret concedendo illam licentiam contra prohibitionem Superioris.

Sicuti ergo, secundum communem sententiam, illa verba: *Concedo licentiam administrandi omnia Sacramenta*, quamvis generalia sint, secundum se accepta, excipiuntur exceptionem prædictæ assistentia; quia, ut ait Coninck sup. in responsis

(intelligit assistere Matrimonio, & administrare Sacramentum) non est eadem ratio, cum illud rarius contingat, & requirat singularem prudentiam, ne aliqui male admittantur ad Matrimonium, ideoque Pastores non tam frequenter id solent aliis committere; simili profecto ratione hæc verba: *Do licentiam exercendi ea omnia, quæ pertinent ad curam animarum*, est, secundum se accepta, sint generalia; equidem pati possunt exceptionem prædictæ assistentiæ; quoniam in utroque, id est, assistentiæ, & administrationis Sacramentorum, non est eadem ratio; nam illam assistentiæ non potest committere sine peccato, secus administrationem aliorum Sacramentorum.

648. Atque hæc satis de generali licentiâ, quæ etiam vocari possit licentiâ tacita assistendi; nam hæc dicitur, quæ in aliquo actu expresso, juxta legalem, vel rationabilem interpretationem, virtute continetur. Porro in illa generali licentiâ, juxta rationabilem interpretationem, virtute continetur dicta licentiâ assistendi. Vocatur etiam licentiâ expressa, quia contenta virtute in actu aliquo expresso, ut clarum est.

Rogas, quid sit licentiâ præsumpta, & an illa sufficiat? Respondeo: licentiâ præsumpta propriè dicitur, quæ per conjecturas vel rationes probabiliter creditur futura fuisse, si Superior conveniretur; de præsentibus vero nullo modo existit, nec per specialem, nec per generalem aliquam voluntatem Superioris.

649. Et verò hanc licentiâ in casu nostro non sufficere, id est, non fat esse, quod Pastor daret licentiâ, si interrogaretur, docet Conclusio nostra (quæ est communis) ibi: *Secus de futuro*; & eisdem rationibus probari potest, quibus Disp. 8. Sect. 2. Concl. 6. probavimus, talem licentiâ præsumptam non sufficere ad validam absolutionem in Sacramento Penitentiae; quamvis enim assistentiâ Matrimonio, non sit verus actus jurisdictionis, equidem ad eum reducitur, & est quasi actus jurisdictionis, ut alibi diximus.

Ergo sicuti ad veram jurisdictionem obtinendam, non sufficit præsumptio de futuro, seu rati habitio, seu consensus, præsumptus solum de futuro; ita neque ad obtinendam facultatem assistendi Matrimonio; & idèd sicuti absolutio est invalida, defectu jurisdictionis, quæ ad valorem ejus requiritur; ita & assistentiâ, defectu licentiæ, quæ non minùs requiritur ad ejus valorem; per consequens Matrimonium est invalidum, utpote ad cujus valorem requiritur illa assistentiâ.

650. Probatum itaque Conclusio; quia quod sub rati habitio de futuro fit, quamvis vo-

ce tunc fiat; at reverà ut pendens fit, ita ut possit postea ratificari & irritari; sed valor Sacramenti non potest esse in pendenti, sed statim aut debet esse validum, aut irritum: ergo non est validum, quando est tantum rati habitio de futuro.

Et confirmatur, quia cum ea licentiâ ad Matrimonii valorem requiratur, debet adesse dum Matrimonium celebratur: at cum est tantum rati habitio de futuro, non est licentiâ de præsentibus, cum celebratur Matrimonium: ergo non sufficit. Ita Sanchez sup. num. 17.

Sed contra, dicit aliquis: tametsi valor aliorum Sacramentorum non possit esse in pendenti; secus tamen valor Sacramenti Matrimonii, ut patet ex dictis Sect. 8. de Matr. conditionato Concl. 2. Ergo illa probatio non subsistit.

Respondeo neg. Antecedens; quia, ut ibi dictum fuit, ante impletam conditionem non est Sacramentum Matrimonii, defectu materiæ & formæ; posita autem materiâ & formâ, vel statim valet illud Matrimonium, vel nunquam, eodem modo; quo alia Sacramenta.

Quæritur ergo hic; an Matrimonium contractum coram Sacerdote, habente talem licentiâ præsumptam de futuro, sit perfectum & validum; tam in ratione contractus, quam Sacramenti, ita ut liceat uti tali Matrimonio ante rati habitioem Parochi; five, an ante talem rati habitioem, ad sint omnia requisita ad validum & absolutum seu perfectum Matrimonium; & responsio communis est, non adesse omnia, quia deest legitima præsentia Parochi vel alterius Sacerdotis; nam si adesset, statim valeret Matrimonium, & Parochus per suum dissentium supervenientem non posset illud irritare.

Planè, reponit quispiam, non posset irritare; & idèd probatio illa falsò supponit, quòd tali casu valor Sacramenti sit in pendenti.

Respondeo: verè supponit; quia valor pendet à consensu Parochi futuro; sicut ergo hic consensus est in pendenti, ita & valor, qui ab eo dependet.

Sed contra: consensus Parochi futurus, fictione juris est præsens, juxta Reg. 10. de Reg. juris in 6. *Rati habitioem retrahit, & mandato non est dubium comparari. Quæ regula translata est ex cap. penult. de Sentent. excommunic. in 6. c. fin. de Jurejurando, cod. lib. & c. Si tibi, 17. de Præbend. cod. Conventit cum leg. Hoc jure, 152. aliàs 195. ff. de Reg. juris, ibi: In maleficio rati habitio mandato comparatur, & Leg. Vero, 12. in fine ff. de Solutionibus: Sed etsi non vero procuratori solum, ratum autem habeat dominus, quod solutum*

Confirmat.

Sanchez.

651. Objeccio.

Solvitur.

652. Matrimonium contractum coram Sacerdote habente talem licentiâ non habet omnia requisita ad valorem.

Replicat.

Solvitur.

653. Contra solutionem arguitur ex Reg. 10. juris in 6.

solutum est, liberatio contingit; rati enim habitio mandato comparatur. Atqui si Parochus in casu nostro mandarum dedisset alteri Sacerdoti, de assistendo Matrimonio, foret validum Matrimonium; ergo etiam tunc erit validum, si postea assentiam, suo nomine factam, ratam habeat.

Solvitur arg. ex Sanchez.

Respondet Sanchez sup. n. 24. Ratihibitionem retrahit, & mandato comparari, quando valor actus pendet ex solo mandato & voluntate domini; secus quando pendet ab alio, ut est Confessio, quæ pendet à voluntate confitendi pœnitentis, ac ejus dispositione, & ex intentione absolvendi ministri, ejusque Absolutione, & Matrimonium pendet ex contrahentium mutuo consensu: quæ cum requisita sint ad horum Sacramentorum valorem, si à principio in valida fuerunt, est necessarium ut repetantur. Hæc ille.

654. Instans Adversarii.

Sed contra: Adversarii contendunt à principio fuisse valida, saltem sub conditione consensu futuri; illo ergo adveniente, jam erit Matrimonium absolute validum & perfectum, tam in ratione contractus, quam Sacramenti, veluti si sub alia conditione fuisset contractum. Immo à principio absolute fuisse validum, videtur probari à simili in Sacramentis Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis, quæ absolute licite à principio conferuntur cum licentia solum præsumpta de futuro, alioquin illicite conferenda.

Resp. Sanchez, licentiam, qua requiritur ad valorem, debere præcedere acti.

Respondet Sanchez sup. latam esse differentiam; quando enim licentia & jurisdictio est necessaria ad substantiam & valorem rei, ut in Pœnitentia & Matrimonio, non satis est ratihabitio de futuro, quia licentia debet præcedere; at in ratihibitione de futuro, non præcedit licentia & consensus, sed tantum est probabilis præsumptio consensu, postea præstandi. Ubi autem non requiritur ad substantiam actus, sed ad solum debitum ordinem, ut in reliquis Sacramentis, satis est probabilis spes, & præsumptio voluntatis Pastoris.

655. Probat ex jure.

Si dixeris: hoc est, quod quæritur, an debeat præcedere licentia, quando requiritur ad valorem; adedque non suppositum, sed probatum oportet. Respondeo: probat id Sanchez sup. n. 18 ex Authentica: Licentia, C. de Episcopis & Clericis & l. Si quis mihi bona, §. Jussum, ff. de Acquirenda hæred.

Ambem. Licentiam C. de Epis.

Sed ego illam Authenticam non invenio, nisi error sit typographi, & loco: Licentia, legendum sit: Licentiam. Hæc sunt verba hujus Authenticæ: Licentiam habeat Episcopus, quæcumque ante Episcopatum probatus fuerit habuisse, & quæcumque post Episcopatum jure cognationis usque ad 4. gradum ad eum pervenerunt, ad quos voluerit ultimâ voluntate transmittere, cæteris rebus alio modo acquisitis ab eo, dominio Ecclesiæ reservatis: nisi in utilitatem

Ecclesiæ, & opera pietatis consumptæ sint. Eadem distinctione habitâ in administrationibus jussumque loci religio.

Item; si quis Episcopus aut minister Ecclesiæ moriatur sine testamento, & successore legitimo vel legitima; successore competens Ecclesiæ, in consuetudine sunt. Ergo quoties ad actus valentes desideratur licentia, debet ea necessarium præcedere. Vide Lector, an hæc Consequens sit bona.

Ego interea subscribam etiam verba: Si quis mihi bona. Jussum ejus, qui in potestate habet, non est simile tutoris auctoritati, quæ terponitur perfectio negotio, sed præcedit. In Gajus Cassius libro 2. juris civilis sententiæ putat, vel per internum non potest, vel per epistolam. Ubi Gloss. verb. Præcedit. Item nota hæc specialia in jussum (Causa de hereditate juri præcedat: alias licentia sequens ratihabitio, quantum præcedit mandatum, ut Cod. de Macedon. l. in præ de Aqua plu. arcend. l. Si autem. Ergo potest ad actus valorem desiderari licentia debet ea necessario præcedere, arguuntur Sanchez.

Quod ego intelligo, juxta locum, ex eodem Auctore, quando valor actus pendet ex solo mandato aut voluntate domini, sicuti in casu d. legis non pendet, ut dicitur non est; nam loquitur de acquisitione hereditatis, & jussu patris, qui autem non videtur acquisitionem hereditatis non pendere à solo jussu patris, sed à voluntate testatoris, de voluntate filii acceptatis. Et ob id merito requiritur ad valorem acceptationis, ut jussum patris præcedat. Ergo similiter in casu nostro, cum valor Matrimonii non dependeat solum ab illa licentia Parochi, sed maxime à consensu contrahentium; merito dicitur, illam licentiam debere præcedere Matrimonium possit valere.

Et sanè in aliquibus casibus licentiam nihil operari, bene notatur in d. Reg. Ratihibitionem, ibi: Amorem obtinent, etiam si is, qui gessit, & mortuus vel furere cœperit, aut eum gessisse possit, adhuc enim ratum haberi potest. Ergo gessum est: nisi tempus, quo ratihibitio terponenda est, jam effluerit, l. penult. Ratam rem &c. in principio. Bona non possunt sionem ab alio agnitam ratam haberi oportet. Et tempore, quo adhuc in eo causa sit, ut per ipsam. Itaque post centesimum diem ratio haberi non potest. Nec enim quod lapsus temporis immutatio est, solâ ratihibitione restitui potest. Quod unus casus est, quo ratihabitio nihil operatur.

Alter est, si certam formam in negotio requirendo lex requirit, ut in speciebus. Nov. nulli, 28. cxi. de Rescriptis, ibi: Cum actiones lites restringenda sint potius, quam laxanda; hæc generalis constitutio sancimus, ut si aliquis

B O
Sacramentum
parochi

super aliqua questione de cetero sine speciali mandato domini literas Apostolicas impetrare presumpserit, & literæ illæ non valeant, & ipse tanquam falsarius puniatur.

Ubi Gloss. verb. Sine speciali mandato, interrogat: Sed nome ratihabitio domini sufficit ad hoc, ut literæ valeant, seu valere incipient, quæ prius non valebant? Ad hoc respondeo, quod licet procuratio, quæ nulla est, possit ratificari, non tamen valent literæ istæ, adversario contradicente inf. eod. Ex parte, propter rationem, quæ in litera ipsa redditur: Quia lites restringende sunt &c.

Idem probatur ex §. 3. Inlit. de Auctor. Tut. Tutor autem statim in ipso negotio præsens, debet auctor fieri, si hoc pupillo prodesse existimaverit; post tempus verò, vel per epistolam

interposita auctoritas, nihil agit. Et l. 13. ff. de ff. de iudic. His qui infam. not. Quid ergo, si non ducere sit passus, sed posteaquam duxit, ratum habuerit? utpote initio ignoravit talem esse, postea scit. Non notabitur, Prætor enim ad initium nuptiarum se retulit.

Ergo ratihabitio nihil operatur, ut ait Caninius sup. si certam formam in negotio gerendo lex requirit. Atqui Tridentinum in Matrimonio contrahendo pro forma requirit assentientiam Parochi, vel alterius Sacerdotis, de licentia Parochi: ergo ratihabitio hinc nihil operatur, non tantum, quando absolute contrahitur Matrimonium, sed etiam quando conditionatè; v. g. si ita diceretur: Accipio te in meum, vel, meam, si Parochus assentientiam huius Sacerdotis postea ratam habuerit, dico: Matrimonium illud non valere, etiam accedente ratihabitione Parochi, nisi postea de novo coram illo Sacerdote, jam licentiam habente, consensum suum exprimant.

Quippe prior ille consensus conditionatus, non fuit legitime expressus; scilicet coram Parocho, aut alio Sacerdote, de eius licentia; ac proinde non fuit consensus Matrimonialis, sed ad summum sponalitiuus; ergo per positionem conditionis, non potest perfici Matrimonium, sed ad summum sponfalia. Ut omittam, hinc non disputari de Matrimonio conditionato, sed absoluto, quod ita contrahitur coram Sacerdote, habente solam præsentiam præsumptam de futuro, ac si contraheretur coram Parocho, vel alio Sacerdote, habente expressam licentiam.

Porro illud sic contractum valere, probant præterea Adversarii ex cap. Lugdunen. sis, 9. q. 2. ubi habetur, D. Epiphanium promovisse ad Ordines quosdam Clericos alienæ diocesis; quod nullâ ratione salvari potest, nisi quia id proprium Episcopum ratum habiturum credidit, juxta Gloss. ibi verb. Quod Sanctus ubi sic interrogat: Sed nome iste Episcopum deliquit, ordinando Clericos alterius: quo-

modo ergo sanctus fuit? Omittis multis solutionibus, dic, quod excusatur idè, quia utiliter gessit, & quia credebatur hoc Joanni placere: sicut non facit furtum, qui credit hoc placere domino, ut Inlit. de Oblig. quæ ex qua. delict. nascuntur, §. 1. Ergo similiter in Matrimonio pro legitima licentia sufficit ratihabitio de futuro.

Respondeo disting. Consequens: pro legitima licentia, quæ requiritur ad valorem Matrimonii, de qua solum hic tractamus, nego Consequentiam; ad licentiam, quæ solum requiritur ad Matrimonium licitè contrahendum, vel ad licitè Matrimonio assistendum; Conc. torum. Quippe de hujusmodi tantum licentia loquitur d. cap. Lugdunen. sis, adedque plus non potest probare.

Vel dic (inquit Sanchez sup. n. 24.) sensum esse; ut illa ratihabitio & consensus postea præstitus ab Episcopo, fiat sit, ut promotus possit in Ordine suscipere ministrare, ut docet Gloss. eod. cap. verb. Poterit. Argum. (inquit) quod sequens ratihabitio confirmat, quod primo fuit inutile, ut 63. dist. Salonitanæ, & 16. q. 1. c. ult.

Superest adhuc una objectio, desumpta ex cap. 9. de Consecr. Eccles. Aquâ, per Episcopum benedictâ, Ecclesiam reconciliari posse per alium Episcopum, non negamus, per Sacerdotes simplices hoc fieri de cetero prohibentes. Et in fine cap. dicitur: Quod autem mandantibus Episcopis, super reconciliatione factum est, hæc tenus per eosdem misericorditer toleramus.

Ubi Gloss. verb. Toleramus: Sed videtur, quod ista sola tolerantia non sufficiat sibi, nisi iterum reconcilietur per Episcopum; quia nulla fuit reconciliatio: ergo iterum debet reconciliari; sicut si aliquis ordinatur ab eo, qui ordinandi potestatem non habebat, iterum debet ordinari, 68. dist. Presbyteri, & inf. de Presbyt. non baptiz. c. 1. & 3. Sed dic, quod per talem tolerantiam, ratam habet talem reconciliationem, & incipit valere ex nunc, cum prima nulla fuisset, & ita de nihilo facit aliquid. Sic 3. q. 6. Hoc quippe, & de Consecr. dist. 2. Reverà: quia potest Princeps mutare naturam rei. Cod. de Rei uxor. at. l. unica circa principium.

Ergo similiter, quàmvis Matrimonium, absque licentia de præsentia Parochi, esset nullum; saltem, quando accedat ratihabitio ejus, incipiet ex tunc valere, nec erit opus iterum celebrari.

Respondet Sanchez sup. disparem esse rationem: quia in Sacramentalibus, cum solemnitas sit de jure Ecclesiastico, potest illum Pontifex mutare, & sic supplere defectum commissum, ut ex tunc incipiat valere: secus in Matrimonio, ubi, si semel non valuit, non potest Ecclesia facere, ut ex nunc valeat, nisi contrahentes renovent consensus. Hæc ille.

Quibus consonat prædicta Gloss. ibi: Z z z Quia

661. Solvitur.

Alia solutio ex Sanchez.

662. Alia objectio ex cap. 9. de Consecr. Eccles.

663. Resp. Sanchez.

659. Zambinus dicit quod licet requiritur formam formam. Causa.

660. Objectio ex 10. q. 2.

Quia potest Princeps mutare naturam rei, quæ nimirum ab eo instituta est, seu dependet ab ejus voluntate; jam autem natura Matrimonii non dependet à voluntate Parochi, & idèd Parochus non potest eam mutare, & sic per suam ratihibitionem supplere defectum commissum.

664. Probatur à simili.

Sicut etiam, quia Ordinatio non dependet à voluntate Episcopi si quis ordinetur ab eo, qui non habet potestatem ordinandi, non potest Episcopus per suam ratihibitionem illum defectum supplere; sed necessariò iterum debet ordinari, quia prior Ordinatio fuit invalida, & Episcopus per suam ratihibitionem non potest ordinare; sed requiritur applicatio materiæ, cum prolatione debitæ formæ. Porro reconciliatio Ecclesiæ, quanta quanta est, pendet à voluntate Pontificis, & idèd hic supplere potest per suam ratihibitionem defectum, seu omissionem alicujus requisiti, ad eam debitè peragendam.

Licentia Parochi debet precedere, aut concomitare assensum.

Maneat ergo, ut alius Sacerdos, de licentiâ Parochi validè assistat Matrimonio, licentiam illam debere necessariò præcedere, aut certè concomitare illam assensum, ita ut, quando assensit, verum sit dicere: *Hic Sacerdos habet licentiam assistendi*. Indubiè ergo sufficit, quòd licentia concedatur eodem die, quo contrahitur Matrimonium, v. g. ante meridiem, quando Matrimonium contrahitur post meridiem.

665. Quid si dubitetur? Præsumitur licentia præcessisse, per l. 37. ff. de Hered. institut.

Sed quid si dubitetur, aut non constet, utrùm horum præcesserit? Respondet Sanchez. sup. n. 19. præsumitur licentiam præcessisse. Quando enim duo actus eodem die fiunt, nec constat uter eorum præcesserit, is actus præcedere censendus est, qui necessarius est ad actus valorem, l. *Cum in testamento*, §. *Hæc verba*, ubi per scribentes, ff. de Hæred. institut. Ita Sanchez.

Sanchez.

Subdo verba illius §. *Hæc verba*, Publius, Marcus, Gajus invicem substituti, heredes mihi sunto, sic interpretanda sunt, ut breviter videretur testator tres instituisse heredes, & invicem eos substituisse, perinde ac si ita scripsisset: *Ille & ille & ille institui heredes & substitui sumo*. Ubi præsumitur institutio præcessisse, tanquam necessaria ad valorem substitutionis.

Probatio ex ratione.

Rationem ibidem subjungit Sanchez: Quia, inquit, in dubio est potiùs accipienda præsumptio, ut actus valeat, quam pereat; l. 12. ff. de Reb. dub. *Quotiens in actionibus, aut in exceptionibus ambigua oratio est: commodissimum est id accipi, quo res, de qua agitur, magis valeat, quam pereat*. Quod maximè verum est in re favorabili, qualis est Matrimonium, pro quo in dubio judicandum est, c. fin. de Sentent. & re jud. ibi: *Nisi in causa favorabili, putà Matrimonio* &c. Atque ita in hoc casu Matrimonii præsumi licentiam præcessisse, docet Rota in noviss. Decis. 750. n. 11.

& 12. to. 1. Hæc ille. Nec video, quid possit objici.

Progrediamur itaque ad licentiam præsumptam seu ratihibitionem de præsentibus & præsentibus, quam sicuti sufficere dicitur Disp. 8. Sect. 2. Conclus. 6. ad validè abolvendum in Sacramento Penitentia, eadem ratione dicimus hic, sufficere ad validè abolvendum Matrimonium.

Si enim hæc licentia sufficiat, ad abolvendam veram jurisdictionem, & ratihibitionem exercendum actum verè jurisdictionis, & ratihibitionem etiam sufficiat, ad acquirendam verè jurisdictionem, & validè exercendum actum quasi jurisdictionis? Non video quid possit obviare. Præsertim cum hæc assensum prædicum præjudicium inferat Parochus, per autem, juxta DD. quos citat Sanchez l. 20. scientia, & patientia, in his, quæ sunt modici præjudicii, operatur contentum.

Confirmatur; quia lege 55. Tit. 2. cap. 1. dicitur licentia mariti, ut uxor nisi assensu suo habeat, & frequentior sententia habet de hoc tacitam, ex ratihibitione deponitur, c. 1. etiam c. fin. de Offic. Vic. in 6. dicitur, quod carium non posse conferre beneficia, nisi specialiter committatur, & tamen si Vicarius revocatione licentiæ sibi iniuncta, contentum vidente & patiente Episcopo, ratihibitionem, juxta communem sententiam; ergo in hoc casu in nostro casu, ubi non requiritur specialis licentia.

Præterea: validè agit procurator revocatus, utus, gerens negotia vicente & patiente domino, ut docet Gl. l. *Qui mandatum*, §. 6. ff. Mandati, verb. *Infamaverit*, ibi: *Assensum reverfo domino, & patiente & contentum, vel verbo vel actu, quæcunq; ab eo de rebus non contradicente, procurator capere potest tunc dicam renovari mandatum, vel non vari*. Quod idèd verum est, quia illi contentia, & patientia, habetur pro legitimè contentia: ergo similiter dicendum de Matrimonio.

Atque ex his festinè colligitur, quod ratihibitio de præsentibus vel præteritis, potest scilicet ante ministratorem Sacramenti, vel tempore, quo ministratur, adesse contentum, vel tempore, quo ministratur, adesse contentum, signo externo manifestatus: ut si in præsentibus Prælati contentum subditis alicui, quæ Prælati novit aliunde non habere potestatem absolvendi, vel coram aliquo contentum Matrimonium, quem Prælati novit aliunde non habere potestatem assistendi, & contentum impedire. Vel duo Parochi sunt tantà familiaritate conjuncti, ut alter sciens, fuisse Parochianos alteri confiteri, & coram altero inire Matrimonium, gaudeat, & admittatur Confessione & Matrimonio scheidulam.

B. O. Sacramentum Matrimonii

Dixi: Aliquo signo externo manifestatum; quia non sufficit, me credere, eum contentum esse, ut assistam, & ipsum de facto contentum esse, nisi exterius exprimat; quia voluntas merè interna hic nihil operatur; quippe licentia illa seu concessio licentiæ, est concessio facta homini ad actum externum, sive est quædam donatio seu privilegium inter homines, qui non communicant, nisi in actionibus exterioribus, cum actiones merè internas nequeant cognoscere.

Sicut ergo non valet ipsum Matrimonium, quantumcumque aliqui interius consentiant in traditionem, seu donationem corporum suorum ad usum Matrimonii; nisi aliquo signo externo ille consensus manifestetur; ita neque valet licentia assistendi Matrimonio, seu ipsa assistentia, quantumcumque Parochus interius in eam consentiat nisi ille consensus aliquo signo externo manifestetur, & vel per ipsum Sacerdotem, vel alium eius nomine acceptetur, exemplo aliarum donationum vel privilegiorum, quæ non valent, nisi per donatarium seu privilegiatum, aut aliquem eorum nomine acceptentur, de quibus alibi diffusius egimus.

Ex quo patet, ut valeat illa assistentia, debere præcedere aliquam notitiam concessionis, vel in ipso Sacerdote assistente, aut certè in nuntio, ab illo Sacerdote missio ad licentiam impetrandam, de quo vide plura apud Sanchez sup. disp. 36. per totam, quæ hic non pono, quia posita sunt Sect. 8. Concl. 6. Item Disp. 8. Sect. 2. Concl. 7.

Dixi etiam consulto: Quam Prælatum novit; &c. quia ut bene notat Coninck disp. 8. n. 35. non semper sufficit, quod Prælatum videat, me v. g. audire suum subditum, & non contradicat; quia inde non possum certò colligere, eum in hoc consentire. Nam potest heri, ut non contradicat, quia putat me ex privilegio, aut aliâ ratione habere jurisdictionem; quia nimirum falsò putat, poenitentem solum confiteri venialia; aut quia non audet contradicere, ne lites aut jurgia excitentur, aut aliquod scandalum fiat.

Quare ut ejus non prohibitio habeat rationem veræ concessionis, necesse est primò, ut constet mihi, ipsum scire, vel saltem credere, me carere omni jurisdictione; eumque esse talem, qui liberrimè contradiceret, si factum non approbaret; aut qui me ita amet, ut libenter habeat, me ipsum consensum in similibus rebus præsumere. Hæc ille.

Ceterum, tolerantiam illam non sufficere: videtur probari ex Declaratione quadam Cardinalium, supra allegata, in qua sic dicitur: Non sufficit tacita, quæ resultat ex tolerantia.

Respondet Dicastillo disp. 3. n. 120. Cardinales in ea Declaratione vel maximo rigo-

re usos fuisse, ad servandam formam Tridentini; vel certè intelligendi sunt loqui de licentia tacita per ratihabitionem de futuro; nam quod, quando requiritur licentia absolute, non requiratur expressa, sed sufficiat tacita, tot tantorumque virorum est, ut non credendum sit, velle Cardinales contradicere doctrinæ, tam receptæ à Theologis & Jurisperitis. Hæc ille.

Quod autem ratihabitio de futuro, possit vocari tolerantia, patet ex dicto cap. Aqua, 9. de Consecr. Eccl. libi: Quod autem mandantibus Episcopis super reconciliatione factum est hæcenus per eosdem, misericorditer toleramus. Ubi secundum omnes ly Toleramus, significat ratihabitionem de futuro.

Monuerim tamen, inquit Sanchez supra n. 22. eam præsentiam cum taciturnitate non esse approbationem & licentiam simpliciter, sed pro eo actu. Quia licet daret Parochus licentiam expressam ad assistendum illi Matrimonio, vel audiendam illam Confessionem, non esset licentia simpliciter. Hæc ille. Et meritò; quia potest Parochus sæpius habere rationes, quare velit concedere Sacerdoti, assistenti huic Matrimonio, vel audienti hanc Confessionem, & non alteri cuiuscumque in futurum.

Sed quid, si Parochus concedat expressam licentiam, sed sub certa aliqua forma; nunquid valet assistentia, eâ formâ non servatâ? Respondeo:

CONCLUSIO XVII.

Licentia facta sub certa forma, eâ non servatâ, aliquando valet, aliquando non.

AT quando valet, & quando non? Hoc opus, hic labor est. Ponamus casum, quod Episcopus aut Parochus committat Sacerdoti, ut assistat alicui Matrimonio, dummodo sponsis præcipiat, ne contumeliam Matrimonium, donec præmittantur denuntiationes, nonne si ille assistat, id non præcipiendo, validum est Matrimonium? Affirmat Sanchez lib. 3. disp. 33. n. 2. & probat; quia illa forma in mandato expressa, non pertinet ad essentiam licentiæ, sed ad instructionem; ut norit Sacerdos, quid moniturus sit.

Sed hoc est, quod quæritur, dicat aliquis, & probatum volo, non suppositum. Siquidem non repugnat, ut Episcopus vel Parochus velit, eam formam pertinere ad essentiam licentiæ, & non solum ad instructionem.

Respondet: hic non quæritur, quid possit facere Episcopus vel Parochus; sed quid de facto

672. Ratihabitio de futuro potest vocari tolerantia.

Monitio alia qua Sanchez.

673. Casus in quo valet licentia facta sub certa forma, eâ non servatâ.

Sanchez.

674. Probatur x. facto

Z z z z 2

facto censetur facere, quando utitur hujusmodi verbis. Et non velle illam formam pertinere ad essentiam, probatur: quia quoties Episcopus dispensat in denuntiationibus, siue coram Parocho contrahendum sit Matrimonium, siue coram alio Sacerdote, de licentia Episcopi aut Parochi, datur eadem instructio, & eodem tenore, sed in Parochis nemo dicit, esse formam essentialem: ergo nec in alio Sacerdote.

secunda probatio.

Probatur 2. quia satisfiit intentioni Prælati, si Sacerdos post contractum Matrimonium, statim imponat dictum præceptum; immo ita communiter fieri solet, quia ad finem Prælati nihil refert, ante, vel post imponatur; ergo non est requisitum essentiale; aliàs deberet præmitti, aut saltem concomitari.

Probatur 3.

Probatur 3. quia nec ipsæ denuntiationes sunt de essentia Matrimonii, ita ut Parochus validè assistat, eis non præmissis; quando minùs præceptum intimandi, ut consummationi præmittantur, erit requisitum essentiale in nostro casu?

675. Objectio.

Si dixeris: disparitas est, quòd Parochus non habeat suam potestatem sub illa conditione, ut denuntiationes præmittat; siue, dummodo præmiserit denuntiationes, sed absolutè; quàmvis aliunde ipsi prohibeatur, ne assistat Matrimonio, nisi præviis denuntiationibus. At verò in casu nostro Sacerdos non videtur habere potestatem absolutam, sed tantùm sub illa conditione, Dummodo sponsis præcipiat &c. cum autem hoc non fecerit, ut supponitur, videtur Matrimonium non subsistere, defectu debitæ assistentiæ.

Solvitur.

Respondeo: de hoc quæritur, an illa verba: Dummodo sponsis &c. significant veram conditionem; id est, an apponantur conditionatè, & contendit Sanchez, ea solùm significare aliquem modum, regulariter loquendo; quod tunc, inquit, evenit, quando adjicitur actui perfectò, ut: Do tibi hoc, dummodo hoc facias; sed in nostro casu adjicitur actui perfectò, nempe: Do tibi licentiam eos conjungendi, dummodo eis præcipias &c. Ergo ejus omisso non vitiat actum: hoc enim distat inter modum, & conditionem, quòd illius omisso non vitiat actum, hujus autem vitiat.

Sanchez.

et d. in casu... Sanchez. et d. in casu... Sanchez. et d. in casu...

676.

Quarta probatio.

Probatur 4. quia verisimilius est, prohibitionem Prælati, ne Parochus Matrimonio aliorum assistat, vel, ne det licentiam, irritare Matrimonium, quàm præceptum, ut sponfos moneat, ne ante denuntiationes consumment. Quia majorem vim habet præceptum negativum, & negatio magis negat, quàm affirmatio affirmat; sed favore Matrimonii, quod in dubio validum est, nec censetur irritari, ea prohibitio non irritat licentiam, nec Matrimonium; ergo nec omis-

sio intimandi illud præceptum. Ita Sanchez. Sed hic redit disparitas, allata contra etiam probationem; quippe Parochus illam prohibitionem habet potestatem, vel per alium assistendi; & ideo sola prohibitio non sufficit; sed oportet, quòd censetur aliquam particulam irritantem, et in nostro casu, Sacerdos antequam nullam habet potestatem; sed eam quanta quanta est, per Episcopum vel Prælatum, Dummodo Sponsis præcipias &c.

Audiamus Suarium de hac dispensatione discurrerem: Quando, inquit, Legatus qui invenit & præcipit formam, dat potestatem ad efficiendum actum, dicitur tali formâ, magnum argumentum est, secundum jus ferè infallibile, talem formam esse de substantia actûs; quando vero datur potestas, & nova solemniter annuncietur, non censetur esse substantialis, nisi specialia clausulam declaratur.

Prior pars valde communis est, per Glossam in Clem. 1. de Jure pœnitentiæ. Inhibentes, ubi ait: Quando à Romano Pontifice dat facultatem quòvismodi potestatis, conferendi certas præbendas, cum consilio Episcopi; si conferat sine consilio Episcopi, dicit collationem esse nullam, quia non servata est forma, cum qua datur est potestas. Et idem habet in cap. Cum dilecta, de Rescriptis.

Et rectè probatur in Clem. 1. de Rescriptis, ff. de Transact. Et hoc confirmat exemplum Sacramentorum: nam quia potestas, quæ in Sacramento exercetur, est ab ipsomet Auditore Sacramentorum forma ab eodem data substantialis est, lemnitas verò postea ab Ecclesia accidentaria est.

Hinc etiam, quando potestas datur, & datur forma procedendi in casu, actus talis formæ censetur actum irritum, probat d. cap. Cum dilecta, de Rescriptis. Propter quòd processum ipsorum contra formam rescripti, ac juris ordinem irritum decernimus & inane. Et cap. cum inabili, juncta Gloss. de Offic. Deleg. ubi dicitur: rum processum cassavimus, quia contra mandatum nostrum tenorem &c. Ubi Gloss. Cassationem exponit, id est, cassos & irritos decernimus. Idem in cap. ult. de Rescriptis. Irritum judicavimus, utique propter defectum in forma commissum.

Ratio verò est; quia potestas limitatur juxta formam præscriptam ab eo, qui potestatem dat. Et ideo actus, in quo forma non servatur, excedit potestatem, & ita est irritus, tanquam sine potestate factus, ac pro-

B. O. Sacramentum

Respondet Sanchez sup. n. 6. fateor illam non esse formam juris communis: at dum dicimus, formam, quae non est juris communis, inducere veram formam essentialem & conditionem, intelligi debet, nisi ex aliis conjecturis clarè deprehendatur oppositum, ut contingit hic. Hæc ille. Verè an falso, poterit quilibet judicare ex probationibus supra productis, quarum aliqua non satis clarè & efficaciter convincunt oppositum. Atque hæc de casu, in quo forma apposita non est juris communis.

de forma censetur substantialis. Quod intelligitur, etiam si non addatur speciale verbum irritans. In hoc enim est differentia inter hanc formam, & alias, quæ supponunt potestatem; quia ex speciali modo suo affert secum limitationem potestatis, & ideo non indiget aliâ particula irritante.

At verò quando supponitur potestas, & præcipitur forma, seu specialis modus procedendi; si non addatur clausula irritans, forma consequitur accidentalis, & omisso illius non censetur irritare actum. Et ita tradit Gloss. in d. verbo *Inhibentes*, & Felinus cum Aliis in d. cap. *Ex parte*, limit. 2. Et sumi potest ex cap. *Dilectus*, 2. de Præb. & ex l. 1. Cod. de Appell. ubi sententia à Prætorè lata, non servato ordine, dicitur injusta, non nulla. Sic etiam forma servanda in ferenda excommunicationis sententia c. 1. de Sent. excom. in 6. accidentalis est, quia datur pro his, qui jam habent potestatem excommunicandi, & non additur aliquid, quo major necessitas in tali forma significetur.

Ratio verò est opposita primæ parti, quia hæc forma supponit absolutam potestatem, quæ poterat validè operari sine tali forma; & ideo, si nova lex expressè non tollit aut minuit potestatem, censetur actus ab antiqua potestate manare, & ita esse validus, licet indebito modo fiat, propter solemnitatè vel formam novam non servatam. Ut ergo talis forma, substantialis censetur, necesse est, ut in lege exprimat. Usque adhuc Suaris lib. 5. de Leg. c. 31. n. 9. & 10.

Ex hac doctrina, haud dubiè probabili, videtur sequi, in præsentì casu non rectè Sanchium argumentari à Parocho, ad alium Sacerdotem, quippe, ut antea dixi, Parochus antecederet ad prohibitionem Episcopi, habet potestatem assistendi; alius autem Sacerdos eam accipit ab Episcopo aut Parocho, non absolute, sed cum aliqua limitatione, seu forma particulari, scilicet, *Dummodo sponsus præcipiat* &c. Ergo videtur, quòd, eà non servatà, corrumpat actus, juxta d. cap. *Cum dilecti*, & d. cap. *Venerabili*.

Et ratio est: quia fines mandati diligenter servandi sunt, l. *Diligenter*, §. ff. *Mandati*: *Diligenter igitur fines mandati custodiendi sunt*. Et l. 10. Cod. de Procur. *Si procurator ad unam speciem constitutus, officium mandati, egressus est, id quod gessit, nullum domino præjudicium facere potuit*. Ergo cum in hoc casu commissio fiat Sacerdoti delegato, assistendi Matrimonio sub certa forma, corrumpit actus, eà non servatà. Præsertim cum non sit forma juris communis; jam autem forma, quæ non est juris communis, ipse Sanchez sup. n. 3. docet, inducere veram formam essentialem, ut statim latius dicemus.

Respondet Sanchez sup. n. 6. fateor illam non esse formam juris communis: at dum dicimus, formam, quæ non est juris communis, inducere veram formam essentialem & conditionem, intelligi debet, nisi ex aliis conjecturis clarè deprehendatur oppositum, ut contingit hic. Hæc ille. Verè an falso, poterit quilibet judicare ex probationibus supra productis, quarum aliqua non satis clarè & efficaciter convincunt oppositum. Atque hæc de casu, in quo forma apposita non est juris communis.

Pono alium casum, in quo forma est juris communis, v. g. Parochus committit alteri Sacerdoti, ut assistat Matrimonio, præmissis denuntiationibus; vel, si sponsandi impedimento careant; si ille iis omisis, nec præmissa indagine impedimenti, assistat, putas, quòd Matrimonium valeat? Sanchez supra n. 3. putat valere, si reverà nullum erat impedimentum dirimens.

Probat: quia quoties exprimitur in commissione forma communis eò modo, quo jurè inest, non est intentio committentis, inducere novam formam & conditionem, sed est admonitio quædam, ut servetur forma juris communis; quare eà prætermisâ non irritatur actus, qui aliàs validus esset, nisi in commissione ea forma exprimeretur, ut optimè docet Glossa Clement. 1. de Offic. Delegati, verb. *Repererint*, ubi quærit, *Sed nunquid eis necesse erit, quòd præcedat super hoc cognitio vocalis, quorum interest? Videtur quòd sic, propter verbum istud, & verbum: Per inquisitionem. Dicit Innoc. in Decret. ult. de Præsumpt. quòd sunt clausule, quæ sonant in monitionem, non in conditionem, puta: Si persona sit idonea, & similia: & istæ non dant novam formam mandato, sed instruunt executorem, quali persone provideat; quare teneret tunc provisio, facta indigno, & excommunicatio, propter hoc lata, licet sit injusta, cum executor in his jurisdictionem habeat. Sed sunt, quæ bene sonant in conditionem: ut si dicitur: Provideas P. in tali Ecclesia; si de tali vico sit oriundus. Hoc enim sapit conditionem, & formam certam adjicit mandato. Unde si non est vera, non valet provisio, nec excommunicatio, propter id lata, propter transgressionem mandati, de Rescript. Cum dilecti. Hæc Gloss. cum Aliis multis, quos Sanchez sup. citat.*

Et ratio, inquit, est quia expressio ejus, quod tacitè inest, nihil profusus operatur; cap. 4. de Elect. in principio. *Significasti ejus, quod Reges & Regni Majores, admiratione permotos, quòd pallium tibi ab Apocrisariis nostris tali conatione oblatum fuerit, si Sacramentum, quod a nobis scriptum detulerant, exhiberes. Ubi Gloss. verb. Conditione, inquit: Conditio ista non est reprobanda, nec simoniam inducit, nisi de Pactis, c. Pactiones, sed ostendit, pallium non*

682. Quis si forma apposita sit juris communis? Sanchez docet ejus defectum non vitare.

Probatio.

683. Expressio ejus, quod tacitè inest, nihil operatur, cap. 4. de Elect.



non aliter esse tradendum. Sicut hæc adjectio: Si satisfeceris, cum Præses provincie tutorem facit, non habet conditionem, sed commonet, tutelam non aliter committendam, ff. de Tutelis, l. Muto, §. 1. ibi: Hanc autem adjectionem, quam Præsides provinciarum faciunt, Tutorem do, si satisfeceris, non conditionem in se habere, sed admonitionem non aliter ei tutelam committi, quam si satisfecerit.

Atque ad idem propositum ibidem Gloss. Et tacite, inquit, conditiones non faciunt legatum conditionale, ff. de Condit. & demonst. l. 99. Conditiones extrinsecus, non ex testamento venientes, id est, quæ tacite inesse videantur, non faciunt legata conditionalia. Licet enim non exprimerentur, jure subintelligebantur.

684.
Ly Præmissis denuntiationibus, expressum in licentia, non est conditio.

Cum ergo sit jure communi expressa illa forma; Præmissis denuntiationibus, cap. fin. de Claudi. despons. & Trid. sess. 24. c. 1. de Matr. Et similiter: Si non sint impediti, ut constat ex Trid. eod. cap. 1. ibi: Si nullum legitimum opponatur impedimentum, dum exprimitur in licentia ea forma, non est conditio & restrictio licentia, sed admonitio, ut servetur d. c. fin. & Trident. quare cum in neutro loco præscribantur denuntiationes, tanquam de essentia Matrimonii, illarum omisso nec vitabit licentiam, nec Matrimonium. Ita Sanchez.

Sanchez.

685.
Objectio ex Coninck.

Sed contra hanc doctrinam, sic generaliter intellectam, ut quoties exprimitur id, quod jure inest, & non aliter, quam ut jure inest, non efficiatur ea concessio conditionalis, arguit Coninck disp. 27. num. 34. Jure communi cautum est, ut nemo, ob damnum alteri illatum excommunicatus, absolvatur, nisi parti satisfecerit. Si tamen Ordinarius daret alteri potestatem talem absolvendi, modò hic quantum posset prius parti satisfacere; multò probabilius est, eum velle invalidam aliàs esse absolutionem, utpote parti perniciosam, cum licet non possit eam velle esse validam. Hæc ille.

686.
Quæ utitur Sanchez pro sua sententia.

Verùm Sanchez sup. hoc exemplo probat suam sententiam, dicens: Idèd multi viri docti ajunt, absolutionem ab excommunicatione, virtute Bullæ impensam, non satisfactâ parte esse injustam, validam tamen; quia ea est forma jure communi requisita, & jure communi non annullatur absolutio ob omissionem satisfactionis, quod probabilissimum est. Ergo cum similiter in nostro casu sit forma jure communi requisita, & non tanquam substantialis, non annullabitur ob omissionem illius. Hæc ille.

Nec per hoc, inquit idem Auctor ibidem n. 6. Pontifex præjudicat tertio, cum teneatur confessor sub mortali servare eam formam juris communis, quamvis eâ non servatâ, non irritetur absolutio, sicut nec jure communi irritabatur.

Deinde responderi, id evenire; quia potestur alio modo, quam jure communi, non enim Pontifex per sua privilegia censendus est, velle damnum alicui inferre.

Simili ferè modo respondet ad hæc difficultatem Pontius lib. 5. c. 29. n. 6. ubi sententiam Sanchez, respondet, inquit, conditionem: Satisfactâ parte, quantum possit, ita reverà jure inesse, ut aliter non leat absolutio.

Quamvis enim iudex possit aliquando solvere ab excommunicatione, etiam non satisfactâ parte; quia potest absolvere in peccato & manentem in peccato: at tamen non fertur ea jurisdictione, neque jure, nec privilegio, cum petitur partis satisfactio, nec potest servari satisfactio partis, quæ potest absolveri. Quod enim Navarrus dicit, committitur in privilegio ea conditio, ex quo datur absolutio, nisi ipsa satisfactio, quamvis sit impotens ad satisfaciendum, ritate caret.

Unde universaliter verum in omni casu fulam juris communis, opponitur privilegio, non aliter intelligendum, ut in privilegio positam, quam jure intelligitur potius, in speciali cautione datur. Ita habet, quod ob illam difficultatem Regi, non videtur recedendum à doctrina Sanchez.

Rogas; quid dicendum sit, si in communi ne dicatur: Conjuncte Matrimonii, si per solentem indaginem inveniri, non est impedimentum inter eos? Respondet Sanchez, sup. n. 4. in fine, Sacramentum invalidè interdictum, ea informatione non præmissa. Quia, inquit, illa verba conditionem important. Quod si probat; quia quando exprimitur forma alio modo & in alium finem, quam jure communi inerat, reddit actum conditionalem, qui hic exprimitur forma alio modo, ergo reddit actum conditionalem, quærens, non observatâ conditio, non corrui.

Verùm enim verò, ut bene advertit Coninck sup. n. 33. & alii post ipsum, non hæc conditio diligentis inquisitionis potest esse, ut constat ex cap. fin. de Claudi. despons. ibi: Statuimus, ut cum Matrimonium per contrahenda, in Ecclesiis per Presbyterum prædicatum proponatur, competens terminus præfixus, infra illum, qui voluerit, & valuerit, legitimum impedimentum opponat; & ipsi Presbyteri bilominus investigate, virum aliquod impedimentum obstat. Adedque juxta prædictam regulam Sanchezii, neque illa verba: Si per indaginem &c. conditionem valent importare.

Unde sic aliqui docent, & videtur sententia Glossæ sup. allegatæ in Clem. 1. de Officio delegati; nam textus ibi dicit: Nec non

excoitores ad providendum aliquibus. si per inquisitionem solertem, eos esse vitæ laudabilis & conversationis honestæ reperiunt, a Sede Apostolica deputati, aliis possunt committere licitè vi-
ces suas.

Præterea, contra illam secundam regulam Sanchii arguit Coninck sup. n. 34. Si quis det alteri facultatem audiendi Confessiones, monitis poenitentibus, ut diligenter lucrentur concessas tunc fortè Indulgentias; quis credat, virum bonum velle, aliter datam absolutionem esse irritam? Et tamen illa conditio iure communi non præscribitur.

Sed ad hoc argumentum facilè possit respondere Sanchez, prout sup. respondebat ad similem objectionem; regulam suam veram esse, nisi ex aliis conjecturis clarè deprehendatur oppositum, ut hic contingit.

Quæ autem sint istæ conjecturæ, haud difficulter intelliges ex iis, quæ Coninck sup. n. 35. scribit: Ut, inquit, quod mihi occurrit, explicem; respondeo, totam rem pendere ab intentione concedentis, de qua si constet, non est multum laborandum de reliquis, ut Omnes fateantur: quando de ea non constat, spectandus est finis, ob quem conditio est addita. Si enim is evertat, posito quod actus, formâ præscriptâ non servatâ, validè fiat; ille censendus est, velle eo casu esse irritum; modò tamen finis tanti momentis sit, ut ad eum obtinendum, possit rationabiliter censerî illud velle. Secus est, quando actum esse irritum, non juvat ad finem obtinendum; vel hic non sit tanti momenti, ut propter eum aliquis prudenter velit actum esse irritum.

Hinc in Matrimonio, cum ideò præcipiantur supradictæ conditiones, ne sponsi, si fortè subit impedimentum dirimens, irritè, & consequenter sacrilegè contrahant, aut pro copula Matrimoniali, fornicariam postea habeant, si invalidè contraxerint; nullo modo censendum est, illas præscribentem velle, aliàs actum esse irritum; cum hoc modo finem suum everteret, & efficeret, ut conjuges, si contingeret eam formam non servari, infallibiliter sacrilegè contraherent, & copulam fornicariam haberent, quantumcumque aliàs nullum impedimentum subesset; quod tamen evitare cupit, & facilè potest, si velit, actum illum, non servatâ conditione, illicitè quidem fieri, validè tamen. Idem est, quando Pastor concedit veniam assistendi, modo alter præcipiat conjugibus, ne ante benedictionem consumment; quia hoc non est tanti momenti, ut meritò velit, eos aliàs irritè contrahere.

Secus esset; quando aliqua, se opponens Matrimonio, diceret, se sub promissione Matrimonii defloratam à sponso, aut saltem contraxisse cum eo sponsalia; præsertim ju-

ramento firmata. Tunc enim committens alteri, ut assistat, si reperiat, sponsum non esse obligatum alteri, censetur velle, irritum esse contractum, sine sufficiente inquisitione factum; quia cederet in grave partis præjudicium, si validus esset. Quare delegans, si ne injuria partis non potest velle, Matrimonium eo casu esse ratum. Hactenus Coninck.

Et quàmvis Pontius sup. n. 7. tanquam optimam approbet conjecturam, quæ accipitur ex fine; equidem n. 6. in fine, contradicit huic postremo exemplo, dicens: Si lite motâ, quia foemina opponit alicui, secum contraxisse sponsalia jurata, aut spe Matrimonii illam cognovisse; si tunc det Episcopus licentiam ad conjungendum virum illum cum alia foemina, si constet, non contraxisse sponsalia cum alio; si ille nihilominus eo non investigato jungat, valet Matrimonium, nisi Episcopus aliud exprimat; quia censetur data licentia juxta formam juris communis. Jure autem communi, si Parochus, sciens virum contraxisse sponsalia, & sub ea promissione illum deflorasse, conjungeret cum alia, licet in eo peccaret, Matrimonium tamen valeret. Quamdiu enim aliud non exprimitur, intelligitur secundum formam juris communis Hæc ille.

Nec per hoc (ut supra in alio exemplo dicebat Sanchez) Episcopus præjudicat tertio (uti vult Coninck) cum teneatur Sacerdos sub mortali servare eam formam juris communis; quàmvis, eâ non servatâ, non irritetur Matrimonium.

Planè, reponit aliquis, tenetur; interim si non observet eam, altera pars grave damnum incurrit; propter quod tamen evitandum, illa forma fuerat expressa in concessione; si ergo ad conjectandam concedentis voluntatem, optima conjectura videatur, ut ait Pontius sup. n. 7. ea, quâ utitur Coninck, scilicet spectandum esse finem, ob quem ea conditio apponitur, quidni in casu proposito illa conditio debeat censerî apposita conditionatè, cum alioquin nõ obtineatur finis?

Respondetur: Pontius non admittit eam conjecturam, nisi in casu, quando conditio, vel est alia extra formam juris communis, vel aliter posita vel expressa, ita ut alium sensum habeat, diversum ab eo, quem habet, quando jure inest. Nam ex ea conjectura infert, validam esse Absolutionem, quàmvis absolvens non hortetur, ut lucrentur Indulgentias. Similiter, valere Matrimonium, cui assistit Sacerdos, cui licentia data est, dummodo sub excommunicatione denuntiet, ne conjungantur non præmissis denuntiationibus.

Jam autem in casu proposito, non apponitur nisi conditio, quæ de jure inest, & eo modo, quo inest, idemque est finis; si ergo, dum

692.
Pontius con-
tradicit po-
stremo ex-
plo.

693.
Contrâ.

694.
Respons. pro
Pontio.

dum non exprimitur, relinquit potestatem absolutam, & non reddit eam conditionatam; sed Matrimonium valet, tamen non obtineatur finis, propter quem iure inest; etiam explicitè posita, non efficiet potestatem conditionatam, sed Matrimonium valebit, quantumvis finis ejus non obtineatur.

Episcopus in casu potestatis deberet magis explicare suam voluntatem.

Quippe si veller Episcopus illam formam conditionatè apponere, cum sciat, aut saltem scire possit sententiam Sanchez & Aliorum, magis suam voluntatem posset & deberet explicare, dicendo: *Do tibi facultatem, ut assistas, dummodo prius hoc facias, & aliter hæc facultas non valeat*; tunc sanè, etiam si clausula, & forma apposita, per se de jure inerat, Matrimonium, eà non servatà, minimè valebit; siquidem concedens facultatem, non aliter intendit eam concedere, nisi sub tali conditione & limitatione; ergo ut alter validè eà utatur, debet prius adimplere, quod sibi præscriptum est.

Ceteroquin, per se putandum est, non plus intendere, quàm monere & inculcare id, quod jure ipso in prudenti administratione servandum erat. Ita etiam docet Aversa q. 6. sect. 4. §. *Item dubitarunt*, circa finem, & nobis videtur hæc doctrina probabilior, & in praxi omninò sequenda post factum, id est, post Matrimonium sic contractum; quia in dubio standum est pro valore Matrimonii; at verò ante factum omninò evitanda est talis assistentia, quoniam graviter peccaminosa, ut dictum est.

Disputant hùc etiam Aliqui; an licentia assistendi vi, metu, aut dolo extorta, valeat. Pro responsione ponitur.

CONCLUSIO XVIII.

Licentia vi aut metu extorta, valet. Utì & dolo impetrata, nisi esset dolus circa substantiam.

695. *Licentia assistendi Matrimonio debet sine vi, metu ac dolo impetrari.*

Licentia assistendi Matrimonio debet, secundum Omnes, reverentur & sincerè peti ac impetrari, non vi & metu, aut dolo & fallacià extorqueri. Unde, per se loquendo, peccarent, qui vim inferrent, & metum Parocho incuterent, vel mendaciis circumvenirent ad licentiam impetrandam. Difficultas tantùm est, an sic extorta valeat; & per consequens, an valeat Matrimonium coram alieno Sacerdote initum de licentia proprii, tali modo impetrata.

Vi aut metu extortam non valere, probatur.

Sanè quod attinet ad vim & metum, plures existimant, Matrimonium non valere; quia ea licentia invalida est. Quod sic probant: quàmvis enim regulariter metu gesta valeant, excipitur tamen iurisdicctio; nam ea non transfertur intercedente metu, ut do-

cet Gloss. c. 2. de His quæ vi, verb. *Coactum extorta*, ibi: *Item non tenet iurisdicctio metum extorta*, ff. de iudicis, l. 2. r. 1. ibi: *Aut si cum resistisset quovis ex iurisdicctio viribus præturæ compulsus est, nulla iurisdicctio est*. Ubi Gloss. verb. *Nulla*, ait: *Ipse iurisdicctiois, à fortiore debet impedire ipsam translationem*.

Sed credo (inquit Sanchez lib. 3. dist. n. 13.) valere licentiam illam, & consequenter Matrimonium. Primò; quia veritas iurisdicctiois metu extortam, valide tenet; quia lex, in contrarium adducta, requiritur in casu speciali, dum litigantes compelluntur consentire in iudicem non fore, & ita prorogare ejus iurisdicctioem; quæ prorogari nequit, nisi liberà eorum voluntate; & ita cum sit casus specialis, non debet extendi. Deinde: quia iurisdicctiois translatio & prorogatio, in illa, extendendum non est, nisi in eodem textu, contra regulam generalem, ad iurisdicctiois concessionem, quæ nec ad translationem est, nec per eam iurisdicctio aliquando fertur. Hæc ille.

Quòd autem sit talis regula generalis, patet ex d. Gloss. ibi: *Tenent ergo per metum sum, & subventum metum patitur, nisi culpa sua incidissent in metum*. Et sic dicitur: *na sive generalitate excipiuntur casus etc.* Parò casus isti comprehenduntur his verbis, juxta Gloss. ibidem in fine:

Tutor, iudicium, de sacramento copula, votum.

Hæc sex vi facta, de jure facta fore nulla.

Cætera jus patitur, sed potest resistere etc.

Nisi ergo dixeris, concessionem licentiam esse verum actum iurisdicctiois, atque eam, veram iurisdicctioem transferentem, profectò, inter casus exceptos ab illa iurisdicctioe nequiquam comprehenduntur, quæ jus patitur, aut potest resistere. Undè proculdubio Parochus, qui licentiam suam revocare; & iudex, qui in illo deducatur, possit eam irritare, quod Matrimonium coram tali Sacerdote contractum non valeret; interim, si ante illam revocationem aut irrationem Matrimonium fuerit contractum, non poterit jam, per ipsum Matrimonium, nec licentiam illam irritare, ut patet ex alibi dictis.

Nec obstat: quòd illa concessio licentiam sit actus quasi iurisdicctiois, ut & assistentia; quia non licet in omnibus argumentari à vera iurisdicctioe, ad quasi iurisdicctioem. Sic enim diximus, Parochum excommunicatum posse assistere Matrimonio, & concedere licentiam assistendi; quàmvis nequeat exercere actus veræ iurisdicctiois. Ergo

militer in casu præfenti, tametsi vera iurisdictione non possit concedi validè ex metu, minimè sequitur; ergo etiam non potest concedi licentia assistendi; præfertim, cum hic etiam obstat regula illa generalis, quod gesta per metum teneant, à qua non debet fieri exceptio, nisi per aliam legem specialem, quæ hic non adfertur.

Igitur Conclusio nostra probabilis est, quam docet Sanchez sup. ut audivimus, Coninck sup. n. 37. & Alii, quos citat Dicastillo disp. 3. n. 126. quàmvis ipse existimet oppositam probabiliorè, hoc fundamento: quia scilicet illa collatio facultatis, etiam si iurisdictione non fit (qualis est facultas absolvendi) est tamen gratuita collatio facultatis ut supponimus, ita ut sit in merè libera potestate concedentis, illam concedere, ita ut nullo titulo debita sit. Hoc autem sufficit ad hoc, ut actus ille concedendi censatur dari ex mera liberalitate; quàmvis enim non sit donatio alicujus rei vendibilis, aut pretio æstimabilis, cujus dominium per illam collationem transferatur; est nihilominus facultas gratis, liberaliter, & sine ulla obligatione collata, absque eo, quòd interveniat aliquis titulus onerosus ex parte utriusque, sive dari & accepti, sive, facio ut facias, sive, do ut facias, sive, facio ut des. Ad hujusmodi autem liberalem concessionem, probabilius existimo, requiri voluntatem liberam non coactam metu. Hæc ille.

Sed hoc est, quod queritur; an liberalis concessio requirat voluntatem liberam, non coactam metu. Ex quo autem hoc probatur? Quorquod dicunt (ait idem Auctor n. 127.) quancumque donationem liberalem, metu & vi injustè illatis extortam, non valere, ex eo principio, quòd in donatione non est titulus rei pro re; & idèò requiritur titulus perfecti voluntarii, quale non reperitur, quoties voluntarium non est completum absque ulla coactione; hi, inquam, omnes, qui hoc dicunt, si consequenter loqui velint, tenentur in nostro casu etiam concedere, non valere licentiam sic coactam.

Unde supra citati Recentiores omninò displicent. Si enim illa concessio facultatis, aut potius dicam, illa facultas reperitur in tali Sacerdote, cui eam concessit Parochus, aliquo titulo eam habet; vel ergo illam habet, tanquam sibi debitam, ex solutione talis debiti, facta à Parocho, & hoc non concedunt, neque est noster casus; vel illam habet tanquam merè gratis & liberaliter concessam (qui est verè casus noster) hæc autem liberalis concessio non censetur talis, quoties intervenit metus aut vis, perinde atque in cæteris donationibus ipsi Recentiores concedunt. Unde magis consequenter Sanchez, Coninck, Perez & Alii docent, etiam dona-

tiones valere metu aut vi factas jure naturæ, esse tamen rescindendas Ita Dicastillo.

Ego autem, quia cum Sanchio & Aliis doctui Sect. 7. hujus Disp. Conclus. 7. donationes valere, metu aut vi factas, jure naturæ, esse tamen rescindendas; consequenter hic doceo, licentiam assistendi Matrimonio, vi aut metu extortam, valere jure naturæ. Vide quæ ibi latius diximus contra Pontium, qui tenet sententiam Dicastillonis.

Solum hic breviter respondeo ad fundamentum Dicastillonis & Aliorum: metum seu coactionem nullatenus repugnare naturæ donationis, quæ definiri solet: *Datio liberalis*; nam (ut ait Layman lib. 3. c. 6. n. 2.) gratuita & liberalis promissio ac datio dicitur, quæ non ex debito, ac sine reciproca obligatione sponte fit. Metus autem neque spontaneum aufert, neque in onerosum aut reciprocum contractum transire facit. Ergo metus contractui gratuito absolute non repugnat. Hæc ille.

Simili modo hanc rem explicat Lessius de Just. lib. 2. c. 17. n. 37. dicens: Verius est, hos actus (loquitur de promissione & donatione merè facta) non esse omninò irritos: non enim ad illorum substantiam requiritur major libertas, quàm ad contractus onerosos. Neque donationi liberali proprie repugnat coactio, sed donatio onerosa.

Et c. 18. postquam n. 11. definiisset donationem, quòd sit datio liberalis, n. 13. sic ait: Dicitur liberalis datio, quia neque fit tanquam jure debita, neque ut aliquid reddatur tanquam jure debitum. Igitur quàmvis in donatione metu extorta non sit titulus rei pro re, est tamen titulus pro donato. Dicere autem, ubi non est titulus rei pro re, requiritur titulus perfecti voluntarii, hoc, inquam, dicere, non sufficit, sed probatum oportuit.

Verùm (inquit Dicastillo de Just. lib. 2. tract. 4. n. 19.) hæc responsio nihil efficit; nec enim contendimus, quòd in eo casu promissio aut datio non fiat gratis, id est, non accepta re, pro alia re; sed contendimus, quòd eo ipso, quòd talis promissio aut datio sit gratis, non possit transferre dominium aut jus, nisi sit plenè voluntaria, in hocque differre à contractu aliàs oneroso; quòd in hoc titulo acquirendi dominium, est res pro re, quæ in eo pacto interveniunt; in hoc autem titulo debet esse ipsa voluntas, quæ non sufficit esse dandi rem gratis; sed requirit, quòd ita sponte habeatur, ut non extorqueatur injustè & invitè. Hæc ille.

Sed, sicut statim dixi, petit principium. Nam hoc est quod queritur; an non sufficiat voluntas dandi rem gratis? Et nos contendimus, illam voluntatem sufficere, ad veram donationem, & per consequens ad translationem domi-

701. Sententia Auctoris.

Resp. ad fundamentum Dicast. Layman.

702. Donationi liberali non repugnat coactio. Lessius.

703. Contra resp. opponit Dicastill.

704. Petit principium.



Nostra sententia probatur ex l. fin. Cod. de His que vi. Sanchez.

dominii rei sic donatæ; donec Dicastillo, vel alius quispiam contrarium solidiori ratione probaverit, quàm hæcenus fuit probatum, & firmiori fundamento, eo, quod pro nostra sententia adducitur ex jure civili, l. fin. Cod. De His quæ vi, ibi: *Venditiones, donationes, transactiones, quæ per potentiam extortæ sunt, præcipimus infirmari.* Et similiter loquuntur aliæ leges, quas vide apud Sanchium lib. 4. disp. 8. n. 4. Ergo donationes valent mero jure, non minùs quàm venditiones, & juris remedio infirmandæ sunt.

705. Resp. Dicast.

Respondet Dicastillo sup. n. 128. nunquam hujusmodi argumentum est satis firmum; sæpe enim solet sententia declaratoria appellari, quasi esset decretoria, sæpeque à judice dicitur liberari ab aliqua obligatione ille, qui declarat liber; & è contra ligatus aut obligatus dicitur à judice, cum tamen sæpe judex sententiâ suâ solum ligatum aut obligatum declarat; quod sæpe contingit tam in materia censurarum, quàm in aliis. Unde in prædictis legibus, infirmari à judice, accipi potest pro eo, quod est, vel verè rescindere & invalidare, vel certè judicialiter declarare, esse invalidum & infirmum id, de quo agitur.

Imò etiam Medici solent dicere, se dare licentiam vescendi carnibus in Quadragesima aliquibus valetudinariis, aut quibus alii cibi nocent, cum tamen solum sic judicium, quo testantur de nocumento gravi, quod inde timeri possit, & mera declaratio illius: non ergo in eo modo loquendi oportet magnam vim ponere. Hæc ille.

Et nova probatio sua sententia.

Et subjungit: Nec credendum est pro nostro casu in re tam gravi, qualis est hæc, voluisse Trident. quando requisivit licentiam Parochi, sufficere etiam extortam.

706. Rejicitur probatio.

Respondeo ad ultimum: tam credendum est, voluisse Trident. sufficere licentiam extortam, quàm credendum est, in re tam gravi, quando requisivit assistentiam Parochi, voluisse sufficere assistentiam extortam. Quæ enim ratio disparitatis? Vel ex quo signo possumus colligere, potiùs unam voluntatem, quàm aliam? Nonne & licentia extorta sufficit ad testificationem? Jam autem etiam Dicastillo docet ibidem n. 167. Ecclesiam voluisse sufficere assistentiam coactam, eò quòd Concilium tantùm requirat assistentiam sufficientem ad testificandum, qualis est coacta. Ergo similiter in nostro casu, vel detur ratio disparitatis.

Vid. & responsio.

Quantùm ad primum; fateor ly *Infirmari*, vel, *Invalidari*, aliquando in jure accipi pro eo, quod est, declarare esse invalidum & infirmum; veluti etiam vox: *Absolvo*, in jure aliquando accipitur pro eo, quod est, *Absolutum* declaro; sed quid tum? Acceptio est minùs propria, & idèd non usurpanda,

nisi aliquid aliud obster, sive nisi materia subiecta illam acceptionem postulet.

Planè, inquit; sed hic materia subiecta eam postulat; quippe venditiones per potentiam extortæ naturâ suâ valent, donationes autem jure naturali invalide sunt; ergo sensus istius legis est, ut præcipiatur in mari auctoritate judicis unumquodque in sua forma suam, vel irritando venditiones validè celebratam, vel declarando irritam donationem metu extortam.

Nec verò (inquit Pontius lib. 4. c. 18. n. 1.) insolens cuiquam videatur, si ista non verba juris interpretetur; cum enim in extores primæ sententiæ, cum admittuntur acceptiones aliquas, in quibus nonnulli dicuntur esse jure positivo nulli, vitiæ verborum hæc ratione interpretari consueverunt. Sic enim explicat Sanchez d. 1. c. 10. vocem: *Irritam*, quæ habetur in l. de Rescind. vendit. id est, *Irritam* dicitur, quæ non habet vim, sed vim non habet, eò quòd rescinditur.

Prorsus sic explicat Sanchez, d. 1. c. 18. n. 1. applicationem probat: Nam, inquit, in jure irritum, dicitur, quod ex causa extortæ infirmatur & rumpitur, §. *Accipitur*. Insti. Quibus mod. test. in d. quædam sunt. Et vires non habebit, eò quòd rescinditur. Hæc ille.

Do verba istius §. & seq. *Accipitur modo testamenta jure facta infirmantur, velati dicitur is, qui fecit testamentum non capite deminutum. Hoc autem casu irrita fieri testamenta dicuntur, quum aliqui & que tam pariter, irrita sunt. Et ea, quæ statim ab initio non jure sunt, irrita sunt. Sed & ea, quæ jure facta sunt, & postea per capitis deminutionem irrita fiunt, & postquam nihilominus rupta dicitur. Sed quia ante commoedius erat, singulari casu, singulari applicatione distingui: idèd quedam non jure facta dicuntur, quedam jure facta rupta vel rumpi fieri.*

Et sanè hanc explicationem non habet Sanchez, sed accipit à Glorioso. *Irrita est; Id est, inquit, irritanda est, eam quod metùs causa.* Et merito sic interpretatur hic eam vocem: *Irrita*; qui etiam in legibus, & ex ipsa ratione satis constat, quòd modi venditionem ipso jure esse irritam, quàmvis per judicem sit irritanda propter malam fidem.

Rogas, quæ sit illa ratio? Eam allegat Sanchez sup. n. 4. Quia substantia contractus consistit in consensu & voluntate, & Obligationum substantia, ff. de Oblig. & d. ibi: *Non satis autem est, dantis esse momentum, & fieri accipientis, ut obligatio nascatur, sed etiam hoc animo dari & accipi, ut obligatio contrahatur.* Sed in consensu metu extorto est verus consensus veraque voluntas, l. Si metus, ff. Quod metùs causa, §. 5. *Si metus causa, quæ adii hereditatem, puto me heredem esse, quum*

B. O. SACRAMENTUM MATRIMONII

quamvis, si liberum esset, nolissent, tamen coactis voluit. Atqui hæc ratio etiam applicari potest donationi gratuita; ad quæ in casu proposito, licentia seu concessioni licentia; assistendi Matrimonio, ergo &c.

Proinde vel venditio coacta ipso jure est irrita, & non solum irritanda; vel etiam donatio seu concessio licentiæ ipso jure valet, & solum est irritanda, cum d. lex: *Venditiones*, æqualiter loquatur de venditionibus & donationibus, nec materia subjecta diversum exigit intellectum. Nam quod dicitur, donationes jure naturali esse irritas, non satis probatur; ut patet ex hic, & alibi dictis; & cum aliunde in dubio commodissimum sit id accipere & intelligere, quod res magis valeat, quam pereat, sequimur sententiam Sanchii, & dicimus licentiam in casu proposito esse validam, & per consequens Matrimonium valere, quod contrahitur coram Sacerdote, habente talem licentiam.

Suppono autem, quod Parochus coactus, interius verè consenserit (sicut potuit consentire, juxta d. leg. *Si mulier*) quamvis reverà non consensisset, si metus abfuisset. Porro si non consenserit interius, tunc idem dicendum est, quod in casu, quo sine coactione exterius dedisset licentiam, abique interno consensu, de quo alibi egimus. Nisi forte sit aliqua disparitas, quod quando intercedit coactio, facilius præsumi possit interius consensus. Interim si communiter homines apprehendant consensum; adeoque vulgè æstimetur, talem Sacerdotem habere licentiam; quousque oppositum constet, valet Matrimonium propter titulum coloratum. Atque hæc sufficient hoc loco de metu.

Venio ad errorem seu dolum, de quo ait 2. pars Concl. non irritare licentiam, nisi versetur circa substantiam, eodem planè modo, quo error seu dolus non irritat ipsum Matrimonium, nisi versetur circa substantialia. Videatur Sect. 7. Concl. 1. & 2.

Sed, dicit aliquis, nunquid Parochus errat in substantia, quando falso nomine alicujus Magnatis petitur licentia? Quando putat Petrum esse, qui sibi petit hanc facultatem, & est Paulus? Sanchez sup. n. 14. putat, in 1. casu licentiam esse validam. Quia, inquit, cum ratio illa inducens Parochum, nihil prorsus conferat; sed omnino impertinens sit ad licentiæ concessionem; non censenda est ratio finalis, sed impulsiva; quæ cessante, non cessat dispositio. Nec ea videtur mens concedentis licentiam, ut velit eam esse irritam, cæ petitione falsâ existente, ne Matrimonium passim irritetur: eò vel maxime, quia concedentes licentiam non latet, sæpè mendaces esse & fictitias similes Magnatum petitiones. Hæc ille.

Et paucis interjectis, sic ait: Nec est verum

semper, causam finalem esse eam, sine qua actus non fieret, ut docent D. Thom. 2. dist. 28. q. 1. a. 1. ad 5. Navar. Sum. latina c. 23. n. 101. Covar. 1. Variar. c. 20 n. 2. Et probatur ex l. 1. ff. de Postulan. ubi sancitum non esset, ne foemina postularent, nisi Calphurnia tam impudenter postulasset; & tamen scribit Jurisconsultus, eam non dedisse causam finalem; sed primam & principalem causam esse, ut iretur obviam impudentiæ foeminarum, ut bene ibi notat Gloss. verb. *Causam*, dicens: *Quid ergo si aliqua bona foemina invenitur, poteritne postulare? Videtur quod sic; quia causa cessante, cessat effectus; Arg. Cod. de Episc. & Cler. l. Generaliter, 2. Sed dico contra: quia illud obtinet in causa finali, dicitur autem, scilicet improbitas Calphurniæ fuit impulsiva. Nam alia fuit finalis, scilicet ne contra pudicitiam &c. & ne officiis virilibus &c. Hæc Glossa.*

Verba autem legis sunt: *Sexum, dum sic minas prohibet pro aliis postulare. Et ratio quæ dicitur, dicitur prohibendi est, ne contra pudicitiam, sexui congruentem, alienis causis se immisceant, ne virilibus officiis fungantur mulieres. Origo verò introducta est à Carfania impossibilis foemina, quæ inverecundè postulans; & Magistratum inquietans, causam dedit edicto.*

Omnino, reponit quipiam, causam dedit; sed ubi in textu illo dicitur, quod sine tali causa non fuisset sancitum, ne foemina postularent? Respondetur: ibi: *Origo verò introducta est à Carfania.*

Sed esto, replicas; aliis juribus dicitur: *taciturnitatem veri, vel expressionem falsi, quibus cognitis, Princeps certò & rationabiliter nolisset dispensare, efficere dispensationem (libreptitiam & nullam, cap. fin. de Filiis Presbyt. in 6. Si is, cum quo fuit per Sedem Apostolicam dispensatum, ut non obstante defectu natalium, quem patitur, ad omnes Ordines promoveri valeat, & obtinere beneficium, etiam si curam habeat animarum, dispensationem aliam (tacito de prædicto defectu) postmodum obtineat à Sede prædicta, ut duo & plura beneficia, similem curam habens, possit recipere, si ei alias canonice conferantur, & ea simul licitè retinere, talis dispensatio (cum non sit verisimile Sedem ipsam cum illo, prædictum patiente defectum voluisse, si hoc fuisset expressura eadem, in pluralitate beneficiorum, hujusmodi dispensare) veluti per subreptionem obtenta, nullius penitus est momenti.* Jam autem licentia assistendi est quædam dispensatio.

Præterea; cap. *Super literis*, de Rescriptis, ait Pontifex; *Nos igitur inter eos, qui per fraudem vel malitiam, & illos qui per simplicitatem, vel ignorantiam literas a nobis impetrant, hujusmodi credimus discretionem adhibendam, ut ibi, qui priori modo falsitatem expriment, vel supprimunt veritatem, in sua per-*

Non semper est causa finalis, sine qua actus non fieret, ex l. 1. ff. de Postulan.
D. Tho. Navar. Covar.

Verba d. le. 713.
Replica exc. fin. de Filiis Presbyt.

714.
Et cap. 20. de Rescriptis.



versitatis penam, nullum ex illis literis commodum consequantur, ita videlicet, quod delegatus (postquam sibi super hoc facta fuerit fides) nullatenus de causa cognoscat. Inter alios autem, qui posteriori modo literas impetrant, duximus distinguendum, quæ falsitas suggesta fuerit, vel quæ veritas sit suppressa. Nam si talis expressa sit falsitas, vel veritas occultata, quæ quamvis fuisset tacita vel expressa, nos nihilominus (saltem in forma communi) literas dedissemus, delegatus non sequens formam, in literis ipsis oppositam, secundum ordinem juris in causa procedat. Si verò per huiusmodi falsitatis expressionem, vel suppressionem etiam veritatis, litera fuerint impetrata, quæ tacita vel expressa, nos nullas prorsus literas dedissemus, à delegato non est aliquatenus procedendum. Ergo cum in casu proposito, ex malitia, falso nomine alicujus Magnatis, petatur licentia, videtur quod delegatus nullatenus possit procedere; præsertim, si cognitâ veritate, Parochus noluisse dare licentiam.

715. Ad hæc & similia jura, quæ possent adduci, non aliud responderi Sanchez sup. quam verum tenere, quando error & falsitas contingit circa causam finalem; hic autem circa solam impulsivam est.

Oppugnatur ex eod. Sed hoc est, quod quaeritur, an hic circa solam impulsivam sit, quando detecto errore, Parochus certò non concessisset licentiam. Et videri posset alicui, quod non, ex doctrina ejusdem Auctoris lib. 8. disp. 21. n. 17. ubi sic ait: Quando nec ex jure, nec ex stylo Curia constat, qualitatem tacitam esse exprimendam, existimo verissimam esse secundam sententiam n. 11. relata; nimirum, tunc vitari rescripta quæcumque, ex alicujus qualitatis taciturnitate, quando veritate cognitâ, Princeps illa non concederet, vel non absolute concederet, sed quibusdam moderationibus adhibitis; secus quando tandem eodem modo concederet, licet multò difficilius. Atque ita solius causæ finalis taciturnitas vitabit gratiam, hæc ille.

Ubi videtur dicere: illam esse causam finalem, sine qua actus non fieret; cum tamen oppositum priori loco videatur asserere; videlicet, non omnem causam, sine qua actus non fieret, esse finalem.

716. Respondeo: hanc difficultatem sibi ipsi præfatum Auctorem objecisse posteriori loco n. 18. sic autem eam solvit: Sunt, inquit, duplicis generis qualitates, quæ cognitæ à Principe ipsum omninò averterent à concessione. Quædam sunt extrinsecæ, id est, non attinentes ad id, ad quod de jure est opus dispensatione. Et hæc non sunt necessariò explicandæ, neque earum taciturnitas reddit dispensationem subreptitiam, quamvis iis expressis, Princeps non concederet.

Nec hæc causæ possunt dici in rei veritate causæ impulsivæ dispensationis, vel finales: v. g. irretitus magnis criminibus non redditibus beneficii incapax, qui a Pontifice, quàmvis certò confect fore, eorum Pontifex concius, denegaret, etiam donationes alias gratuitas & elemosynas, ignorantia qualitatis extrinsecæ ea non conferentis, minime vitare quæ donans illius concius, abstineret se ab elemosyna vel donatione: ut elemosyna lata pauperi nequissimo, illamque per expendentem valida est. Quia pauperia illius intrinsecæ est vera, quàmvis illegitima elemosynam non daret, si illius non nosset.

Quare, quod DD. tradunt, omnia corrumpere gratiam tacitâ veritate, cognitâ, Princeps eam non concederet, intelligendum putant, quando verum Principem à concessione extrinsecæ juri, & ex causa justa ac obnoxiâ. Secus quando procederet ex alia, vel aliâ causâ non considerabili ad beneficium. Aliâs (inquiunt) dicendum est, non valere impetrationem beneficii, non expremendo Pontifici alium, valde etiam rem, mox illud petiturum. Quia si illud non set, denegaret huic.

Aliæ autem sunt qualitates intrinsecæ, quæ nimirum pertinent ad id, circa quod dispensatio est obtinenda; & hæc vitantes esse necessariò exprimendas, sustinemus, quando sunt causæ finalis concessionis. Ita ferè Sanchez.

A quo si petas, unde dispofici possit, qualitatem conducere ad dispensationem, quæ ejus generis esse, ut ea expressa, Princeps gratiam non concederet? Respondeo: n. 19. id prudentis arbitrio relinquendum, quando nec ex jure, nec ex consuetudine, nec Princeps consuetudine.

Sed quid, si attentis omnibus circumstantiis dubium sit, an causa in dispensatione ne tacita, vel falso expressa, sit finalis, tantum impulsiva? Verius est (inquit) non præsumi causam finalem, sed impulsivam; ac proinde præsumi fore, ut illa causa verè expressa, Princeps concederet dispensationem, ut vel finalis valida sit. Quia valori actus jura manuum favent, atque in dubio eum præsumunt. Hæc ille.

Cum ergo in casu nostro, saltem sit dubium, an causa, falso expressa, sit finalis, tantum impulsiva, verius est, non præsumi causam finalem, sed impulsivam; ac proinde de præsumi fore, ut cognitâ illa falsitate, Parochus concederet licentiam, ut vel illa invalida sit, & per consequens validam.

IB
Sacramentum
paris

Matrimonium, quod cum illa licentia contrahitur.

Si autem à me quæritur; quæ ergo hinc sit causa finalis? Respondeo citius: bonum Sacramenti Matrimonii; nam ut valeat Matrimonium, idèd Parochus concedit dictam licentiam, sine qua alioquin Matrimonium non valeret, coram alio Sacerdote contractum.

Et idem dico de secundo casu, quando putatur Petrus sibi petere hanc facultatem, & est Paulus. Nam impertinens est ad concessionem licentiæ, quo nomine vocetur, qui licentiam sibi petit, sicut impertinens est ad Absolutionem, aut ad Baptismum, quo nomine vocetur absolvendus, aut baptizandus; sicut ergo valet Absolutio & valet Baptismus, estò absolvens aut baptizans erret in nomine, aut in persona; ita etiam valet concessio licentiæ, tamen si Parochus erret in nomine, aut in persona ejus, qui licentiam postulat.

Quid ergo si Parochus interiùs absolute nolit concedere licentiam, nisi pro tali persona? Respondeo: absolute non valet licentia; interim in foro externo præsumitur valere, & per consequens valet Matrimonium cum tali licentiâ contractum, propter titulum coloratum. Sin autem etiam interiùs illam suam voluntatem Parochus significaret, dicendo: Concedo tibi licentiam, si vera sunt, que proponuntur, liquet profectò, deficiente veritate, concessionem esse nullam; quia fuit concessio conditionalis, quæ corruit deficiente conditione; adeoque & ipsum Matrimonium corruit, quod cum tali licentiâ contrahitur.

Sed dicit aliquis: in omni dispensatione & rescripto Pontificis, subintelligitur hæc conditio: Si preces veritate nitantur, ut habetur c. 2. de Rescriptis: ibi: Verum quoniam non credimus, ita præcisè scripsisse: Et in hujusmodi literis intelligenda est hæc conditio, etiam si non apponatur: Si preces veritate nitantur: Mandamus &c.

Respondeo: sensum illius conditionis esse; Si ita est, & nihil falsò additur, vel callidè occultatur, quod intentioni meæ justæ, rationabili, & omni juri conformi repugnet. Vel sic: Si preces veritate nitantur in substantialibus, id est, in iis, ex quibus gratia pendet, ita ut aliàs non concederetur ex jure, stylo Curie, aut Principis consuetudine; jam autem in casu nostro expressio personæ non est quid substantiale, ex quo gratia, id est, concessio licentiæ pendet, ita ut aliàs licentia non concederetur ex jure, stylo Curie, aut Parochi consuetudine; cum nec jure, nec stylo Curie, aut Parochi consuetudine illa expressio requiratur, ut satis patet ex iis, quæ supra ex

Sanchio diximus, & magis patebit ex his quæ dicentur in sequenti Disp. ubi de dispensatione in impeditis Matrimonii.

Impresentiarum autem quæro 1. An Sacerdos debeat credere dicentibus, se habere licentiam à Parocho, ut conjungat eos Matrimonio? Quæro 2. An sit necessarium ad valorem Matrimonii, Parochum proferre aliqua verba, vel saltem sit de necessitate præcepti? Respondeo ad 1. quæstionem:

CONCLUSIO XIX.

Regulariter non est credendum dicenti, se habere licentiam, ut alienus Sacerdos assistat Matrimonio.

Videtur Aliquibus, quos citat Sanchez lib. 3. disp. 37. n. 1. in fine, credendum esse dicenti. Nam cum Clement. 1. de Privileg. excommunicentur Religiosi, qui absque Parochi speciali licentiâ ministrant Eucharistiam, Extremam Unctionem, aut solemnizant Matrimonium, dicunt, in terminis illius Clement. credendum esse dicenti, se habere licentiam à Parocho ad hæc

Audite Gloss. ibi verb. Non habita. Sed nunquid credit Religiosus Parochiano dicenti, se habere talem licentiam? Videtur quòd sic, per id quod notatur de Penit. dist. 6. Placuit; quia non est præsumendus immemor suæ salutis 1. q. 7. Sancimus. de Homicid. Significasti, 2.

Exscribo verba cap. Sancimus: Et licet neminem Divini timoris, contemnendo jusjurandum, arbitremur immemorem, ne salutis propria ullum commodum anteponat. Anteponeret autem in casu proposito, si mentiretur, ut clarum est, quia susciperet Sacramentum invalide, & viveret in perpetuo concubinato.

Hæc sunt verb. cap. Significasti: Cum creditur sit ipsi, qui non accusatur, vel denuntiat ab aliquo, sed per seipsum consilium appetit salutare. Atqui in casu nostro, qui asserit, se habere licentiam, non accusatur vel denuntiat ab aliquo, sed per se ipsum consilium appetit salutare; ergo ei est credendum. Atque hæc sit 1. probatio illius sententiæ.

Confirmatur; quia facilè creditur, quod prodest petenti, & nemini nocet; 1. In credito, ff. de Evidio. ibi: Cui enim non æquum videtur, vel hoc saltem consequi oportet, L. 18. ff. de Evidio. quod sine dispendio creditoris futurum est? Ubi Gloss. verb. Quod sine dispendio, ait: Item nota hic, quòd cogitur quis credere, quòd est sine suo damno Sed hoc Matrimonium prodest contrahentibus, & nemini nocet; ergo &c.

A a a a 3 Pro-

722. Probatur oppositum Conclusionis ex juve. Sanchez.

C. 16. l. 1. q. 7.

C. 18. de Homicid.

723. Confirmatio. L. 18. ff. de Evidio.

720. Impertinens est ad concessionem licentiæ, quo nomine vocetur petens.

721. Objecio.

Solucio.

724.
Secunda
probatio.

Probatur 2. exemplo Confessionis & Eucharistiæ; quia sicut Matrimonium est irritum absque præsentia Parochi, vel alterius Sacerdotis, de ejus licentia; ita Confessio est in valida, facta alieno Sacerdoti, non habenti legitimam licentiam audiendi, & tamen Religiosus crediturus est pœnitenti dicenti, se habere licentiam à proprio Parocho, ut illi ministraret Sacramenta Confessionis & Eucharistiæ. Et Parochus crediturus est Parochiano dicenti; se factum esse habenti legitimam licentiam, ipsum absolvendi, atque ita debet illi ministrare Eucharistiæ.

Ergo similiter credendum est dicentibus, se habere licentiam à proprio Parocho, ut conjugantur Matrimonio. Cum utrobique sit periculum irritationis Sacramenti; imò majus sit periculum animæ, si Matrimonium sit nullum cum permansuri sint conjuges in concubinato; at peccatum irritæ Confessionis transit.

725.
Prima probatio
Conclusio.

Sed propter hæc argumenta non est recedendum à Conclusionem, ex cujus probationibus, eorum solutio ad oculos patet.

Probatio prima: quia licet in foro pœnitentiali, ad quem pertinent Confessio, Eucharistia & Extrema Unctio, credatur dicenti, se habere licentiam; at in foro externo, & in spectantibus ad ipsum, non creditur; arg. cap. Sicut nobis, de Sentent. excom. Fratritati tuæ respondemus, quod, nisi excommunicati à te, super absolutione sua literas nostras, vel illius cujus vices nostras in hac parte commissimus, reportaverint, aut alio modo legitime de illorum absolutione tibi consuerit, tu ipse pro excommunicatis, ut prius habeas, & facias evitare.

C. 39. de
Sentent.
excom.

Ubi Gloss. verb. Literas nostras, sic ait: Sed videtur, quod eis credendum sit; quia de nemine presumendum est, quod sit immemor suæ salutis i. q. ult. Sancimus: Sed non est verum (supple. In foro contentioso, ut dicitur in margine) sup. de Offic. Ord. Ex parte. Et C. de Mandat. Princ. l. unica, aliàs i. sequentis tenoris: Si quis asserat cum mandatis nostris secretis se venisse, omnes sciant nemini quidquam, nisi quod scriptis probaverit, esse credendum.

Igitur ratio d. cap. Sicut nobis, est; quia excommunicatio pertinet ad forum externum; sed Matrimonium pertinet ad forum externum; & externam Ecclesiæ gubernationem; ergo non creditur dicenti se habere licentiam. Ita argumentatur Sanchez sup. n. 2.

726.
Objeçtio.

Sed contra, dicit aliquis; quàmvis Matrimonium pertineat ad forum externum, non tamen ad forum contentiosum; Glossa autem non dicit: In foro externo, sed: In foro contentioso.

Hinc supradicta Gloss. in Clement. 1. de

Privilegiis, postquam iure sententia absolvet: *Isa est quedam absolutio, facta per rochiale Presbyterum, super qua non creditur ei, qui se dicit absolutum, de Offic. Ord. delegatio, de Offic. deleg. Cum in iure dicitur, Quod illa vera in foro contentioso, sicut Penitentiæ, ut dixi in prædict. Decret. Super 1. Gloss.*

Jam autem Gloss. ibi docet, secundum Sanchez sup. n. 1. credendum esse dicentibus, se habere licentiam, ut alienus Sacramentum assistat Matrimonio; vel ergo Gloss. contra, Matrimonium non pertinere ad forum contentiosum; vel malè respondet ad positam objectionem: aut certe non oportet de Matrimonio.

Respondeo: non loquitur ibi de Matrimonio, sed de sola Confessione, ut patet ex istis verbis: *Isa est quedam absolutio*

Sed neque in foro pœnitentia, sed confirmatio primæ probationis, immo non generaliter obinet; quia non solummodo pertinet ad externam Ecclesiæ gubernationem, ut est Confessio annua, sed etiam, necessarid adhibet fidem dicenti, licet præceptum. Ita testatur vlt. Ecclesiæ, solent enim peti scedula Confessionis, alia daretur via signentis, & esset delictum delictum; ergo similiter in Matrimonio non necessarid creditur.

Probatur Conclusio exemplo Sacramenti Ordinis; quod, quia pertinet ad forum Ecclesiæ externum, ministrari non debet ab alieno Episcopo, nisi ipse habeat licentiam propriam, de Temp. Ordinat. in 6. ibi: Nos igitur volentes amonitionem periculis obviare, statumus, ut nullus Episcopus Italiae de cæterò aliquem ultramontanum clericum ordinare presumat, nisi a nobis licentiam habeat, vel ab Episcopo ejus patentes literas; causam rationabiliter impetientes, quare ipsum noluit aut recusat. Ergo similiter habenda est probatio licentia ad Matrimonium, si non per litteras literas, saltem alia via.

Sed ad hanc probationem dicitur in Clement. 1. de Privileg. responderi: *Matrimoniale: quia Sacramentum Ordinis non datur propter recipientem tantum, immo propter ecclesiam; & ideo dicitur Sacramentum dignitatis, & c.* Si ergo, & c. Ecce si clericus. Sed ipsa Sacramenta recipit quis propter seipsum.

Contra; tamen hoc verum fit in Sacramento Confessionis, Eucharistiæ & Extreme Unctionis; at fallit in Sacramento Matrimonii, quod pertinet ad externam Ecclesiæ gubernationem, ut constat Ecclesiæ, qui sint veri conjuges, & sic aliquo modo dicitur etiam propter alios.

Probatur Conclusio 3. quia aliqui DD. in

B. O. Sacramentum
par.

730. Licentia de qua dubitatur.

illam Clem. solum admittunt, pro Sacramento Pœnitentiæ credi dicenti, se habere licentiam, non verò pro Eucharistia, Extrema Uñctione & aliis; redduntque rationem disparitatis; quia Pœnitentia secretè ministratur, reliqua publicè; & sic non mirum, si major fides licentiæ in aliis requiratur: sicut in simili, cap. Tuae, de Clericis peregrinis, habetur, posse Clericum peregrinum occultè, non tamen publicè admitti ad celebrandum absque sui Episcopi testimonio: Respondemus, quòd nisi legitime tibi constiterit, sive per literas, sive per testes de illorum Ordinatione canonica, qui penitus sunt ignoti, non debes eos permittere in tuis plebibus celebrare. Sed si forsitan eorum aliqui secretò ex devotione celebrare voluerint, poteris sustinere. Ergo idem dicendum est de Matrimonio, quod solet publicè celebrari, quàmvis subinde etiam celebretur privatim.

731. Ultima probatio Concluf. fit hæc: minùs præsumenda est deceptio in Pœnitentia & Eucharistia, ad quæ Sacramenta tantùm acceditur pro animæ remedio, & ut salutem spirituali consulatur, quàm in Matrimonio, in quo multa temporalia commoda quærentur: ergo est in illis adhibeatur fides asserenti, se habere licentiam, non concluditur idem in Matrimonio, præsertim cum hoc cedere possit in aliquod tertii præjudicium.

Interim tamen, si persona affirmans esset valde fide digna, posset Sacerdos ei credere; quia durum est, tali sine evidenti causa fidem negare. Et idè in Conclusione posita est hæc vox: Regulariter; quia in aliquo casu, quàmvis raro, potest Sacerdos ei credere. Quid miramur: nam etiam excommunicato dicenti, se absolutum esse, aliquando potest credi sine alia probatione, non obstante dicto cap. Sicut, de Sent. excomm. ubi expressè requiritur alia probatio; quando videlicet excommunicatus est persona fide digna, ut docet Sanchez sup. n. 3. cum Aliis, quos citat; ergo multò magis in Matrimonio id est dicendum, de quo non habetur specialis constitutio, quæ exigat majorem probationem.

732. Ex dictis à fortiori infert Sanchez supra n. 3. non esse credendum dicenti, se obtinuisse dispensationem, ne præmittantur denuntiationes Matrimonio, vel ut alienus Sacerdos benedicat nuptias, nisi esset persona id asserens, valde timorata & fide digna: immo id magis considerandum est in hoc casu; quia cum Matrimonium sine denuntiationibus contractum, & benedictio, ab alieno Sacerdote facta, valida sint, faciliùs, ob aliquod commodum temporale, mentietur id asserens. Hæc ille.

733. Sed quid, si contracto Matrimonio, aliquis opponat, Sacerdotem, qui interfuit, caruisse licentiâ, cui putas, incumbit onus probandi?

Respondet Sanchez sup. n. 5. quando opponens est aliquis tertius, ipsi incumbit probare; si autem fuerit proprius Parochus, transfertur onus probandi in alienum Sacerdotem, & ipsos contrahentes. Hæc ille, cum Mascardo Concluf. 985. n. 3.

Sed quæ ratio disparitatis? Respondeo: quia Parochus est in possessione assistendi, & ipsi de jure competit assistentia; ergo cum licentia illa sit quid facti, negante Parocho se dedisse licentiam, cujus erat licentiam dare, præsumitur pro Parocho contra eos, qui asserunt, eum licentiam dedisse; contra quem autem est præsumptio, in eum tranfertur onus probandi. Porro tertius, qui se opponeret, non est in possessione assistendi, nec ipsi de jure competit assistentia, aut concessio licentiæ; & idè contra eum præsumitur pro illis, qui affirmant se habuisse licentiam à Parocho; adeoque ei incumbit probatio. Cui hæc disparitas non placet, quærat meliorem.

De cetero ad argumenta, supra adducta pro sententia opposita nostræ Concluf. patet ex ante dictis responsio; scilicet, adhibendam esse fidem asserenti, quando solum agitur de periculo animæ in rebus merè spectantibus ad forum conscientiæ; secus quando agitur de re spectante ad forum externum, & quando interest bonæ & prudentis gubernationis Ecclesiasticæ, prout contingit in casu proposito. Et hæcenus de prima quæstione. Ad secundam responsio erit

734. Responsio ad argumenta opposita sententia.

CONCLUSIO XX.

Ad valorem Matrimonii nulla requiruntur verba Parochi. Aliqua sunt de necessitate præcepti.

735. Concil. Trident. sess. 24. de Matr. c. 1. præcipit, ut Parochus, viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat: Ego vos in Matrimonium conjungo: in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti: vel aliis utatur verbis, juxta receptum uniuscujusque Provinciæ ritum. Hinc controversia inter DD. Catholicos; an illa verba sint de essentia Matrimonii.

735. Concil. Trident. præcipit ut Parochus utatur verbis.

Equidem esse, docent illi, qui censent, Parochum esse Ministrum hujus Sacramenti; sicuti in reliquis Sacramentis verba Ministrum sunt de essentia eorum. Sed quia nos cum communiori sententia Sect. 4. Concluf. 4. censuimus, & diffusè probavimus, Ministros Sacramenti Matrimonii esse ipsos contrahentes, non autem Sacerdotes benedicentes vel assistentes; hinc consequenter hic censemus, illa verba nullatenus esse de essentia.

Non sunt de essentia.

essentia Matrimonii, quæ est prima pars Conclus. communior & verior.

736. Fundamentum oppositæ sententiæ

Quamvis oppositum Nonnulli doceant, etiam præter eos, qui putant, Sacerdotem esse Ministrum; hoc utique fundamento, quia Concilium præscripsit non solum, ut Parochus assistat, sed etiam, ut talia verba proferat; ergo sicut assistentia est de essentia, ita etiam prolatio talium verborum.

Aliud.

Præterea: verba illa: *Ego vos in Matrimonium conjungo*, si non habeant vim denotandi, quod Sacerdos ipse perficiat & conferat Sacramentum, sicut in aliis Sacramentis; saltem habebunt vim denotandi, quod per tale verbum completur & constituitur contractus. Alioquin, si antecederet statim præstito mutuo consensu, peractum esset Matrimonium, delusorium esset dicere: *Ego vos conjungo*. Pro hac opinione citat Sanchez sup. disp. 28. n. 2. Zephalum conf. 540. n. 47. volu. 4.

Sanchez. Zephalus.

737. Probatur Conclusio ex Aversa.

Certum tamen & notum est (inquit Aversa hic q. 6. sect. 7.) nec ea verba, nec alia quæcumque Parochi, esse de essentia aut necessitate & valore Matrimonii, nec in ratione Sacramenti, nec in ratione contractus. Ita ferè Omnes notant. Et patet aperte ex ipso Decreto Concilii: nam in clausula irritante solum ait: *Qui aliter, quam præsentè Parocho, non ait, loquente, vel, talia verba proferente*. Itaque solum præsentiam, non autem ulla verba requisivit ad valorem Matrimonii. Sed non aliunde, quam ex Decreto Concilii inducta est necessitas dictæ præsentia ad valorem Matrimonii: ergo nullo ex capite sunt similiter necessaria verba Parochi. Potuisset quidem Concilium præscribere similiter de necessitate contractus talia verba, & tunc finè iis non fuisset validus hic contractus: sed id non fecit.

De reliquo autem, jam antea q. 2. circa substantiam Matrimonii in ratione Sacramenti diximus, formam ejus nequaquam esse verba Parochi, & Ministrum non esse Parochum; sed Sacramentum perfici per mutuum consensum expressum contrahentium. Et similiter diximus, verbum: *Conjungo*, non habere vim constituendi Matrimonium: sed verè supponere illud constitutum. Nec propterea esse delusorium, sed habere hanc vim & significationem: declaro vos esse conjunctos; approbo vestram conjugalem conjunctionem. Hæc ille.

738. Alia probatio ex Sanchez.

Adde ego ex Sanchio sup. n. 4. (ubi docet communem sententiam) Decretum Tridentini esse correctorium; adeoque non extendendum, sed potius restringendum. Omitto autem hanc probationem ejusdem Auctoris: Quia necessaria necessitate Sacramenti determinata esse debent: at Trident. petit indeterminata verba, cum

petat ea, vel alia secundum patriæ consuetudinem: ergo ea non sunt de necessitate Sacramenti.

Omitto, inquam, hanc probationem quippe responderi posset, etiam in aliis Sacramentis verba non ita esse determinata, ut sufficiant æquivalentia, immo in Sacramento Ordinis datur materia & forma in Græcos, planè diversa materia & forma in Latinorum; & tamen ea sunt de necessitate Sacramenti. Cur ergo similiter in Matrimonio non possent diversa Provincie habere diversas formas? Immo de facto aliter est una Provincia esse de necessitate Sacramenti, & non in alia, liquido constat ex assistentia Parochi, quæ est de necessitate Sacramenti, in Provincia seu Parochia, in Trident. est promulgatum & receptum: cuius ubi Concilium non est promulgatum

Hæc ergo probatione omnia, quæ præterea non fecerit, quod potuit facere, dicitur ad illa verba Concilii: *Ego vos in Matrimonium conjungo*. *Etsi Parochus nihil dicat, conjugium non contrahitur*. Et statim: *Non permissum, ut Parochus aliter, quam præsentè, loquente, vel, talia verba proferat, idè valet Matrimonium, quæ verba exprimentia consensum præstiti sunt a contrahentibus: damnata tenentur præsentè, & intelligat id quod dicitur. Ex postea, Quæ verba non pertinent ad substantiam Sacramenti Matrimonii, idè valet Matrimonium, etiamsi verba consensu præstita sunt tantum a contrahentibus, non à Parocho, damnata ad præsentiam Parochi, quæ sufficit ad ipsius Parochi verba. Quæ de hoc amplius dubitare non licet, inquit Pontius lib. 5. c. 2. n. 2. Quod ego vix credo, nisi aliqui ostenderit, has Declarationes esse authenticas post Urb. 8.*

Ex dictis inferitur: si audita verba consensu Parochus dicat: *Ego vos in Matrimonium conjungam*, non impeditur effectus Matrimonii. Quia mutuo consensu, quæ verba jam in initum est, & cum ea verba non sunt de necessitate Sacramenti, parum refert, quæ verba Sacramenti valorem, sive de præsentè, sive de futuro exprimentur.

Nisi fortè contrahentes habuerint intentionem non contrahendi, casu qui Parochus nollet eos actu conjugere. Quia tunc Parochus eos non intendere conjugere, ut suppono, defuit in contrahentibus intentio; & ita in foro conscientia non potest esse validum Matrimonium. Illa tamen intentio non præsumitur, idèdque forum externum judicaret Matrimonium validum, nisi exterius illa intentio fuisset manifestata, sic ut sufficienter in judicio posset probari.

Sed nunquid Parochus peccat, si omittat ea verba? Affirmat. Conclusio, & probatio

B. O. Sacramentum par...

Paro- tur: quia Trident. sup. utitur verbis præ-
ceptivis: Præcipit &c. verba autem præ-
ceptiva indicant rigorosam legis obligatio-
nem ex Clement. Ex vi de Paradiso, de Verb.
signif. ibi: Nec tamen putandum est, quod Bea-
tus Franciscus professores hujus Regule, quan-
tum ad omnia contenta in Regula, modificantia
tria vota, seu ad alia, in ipsa expressa, intende-
ri equaliter esse obligatos; quin potius aperte
discrevit, quod quoad quædam ipsorum, ex vi
verbi transgressio est mortalis, & quoad quæ-
dam alia non. Cum ad quædam ipsorum ver-
bum apponat præcepti vel æquipollentis eide-
& quoad aliqua verba alius sit contentus.

Cap. 3. de Verbo, signif. in 6. Eadem declaravit ante Clem. Nicol. 3. c. Exiit qui feminat, de Verb. signif. in 6. ibi: Declaramus; quod Professione ejusdem Regule Fratres ipsi ad ea tantum Evangelica observan- da confissa sunt astricti, quæ in ipsa Regula præ- ceptorie vel inhibitorie, seu sub verbis æquipol- lentibus, sunt expressa. Quare de hoc amplius dubitare non licet.

742. Nec refert: quod specialiter hoc decla- rent in Regula nostra; tum, quia illæ decla- rationes relatæ sunt in jus commune; unde habent rationem generalis regulæ, sicut alia Constitutiones: tum etiam, quia Clemens ait, verba præceptiva ex vi verbi importare præceptum, ibi: Ex vi verbi transgressio est mortalis. Igitur in omni Constitutione; quippe ubique est servanda proprietatis ver- borum.

Interim tamen fieri potest, ut alicubi ponatur verbum: Præcipio, ubi tamen non invenitur rigorosum præceptum; quia ex aliis circumstantiis colligimus, non fuisse men- tem Legislatoris, stricte obligare. Porro tales circumstantiæ impræsentiarum non inveniuntur; nam in primis materia talis est, ut possit specialiter censer præcepta; praxis etiam quotidiana, conformis Rit. Romano, adhibet hujusmodi verba; & Parochus non adhibens, censetur ab omnibus peccare.

743. Gravier, an leviter, de hoc solo disputa- tur inter Catholicos, Aliquibus asserentibus solum peccatum veniale; quia ipsis non videtur materia gravis, cum ea verba non sint forma Sacramenti, nec pertineant ad solemnitatem magni momenti, nec includant aliquod mysterium magnæ signifi- cationis.

Præterea; quia quamvis Tridentinum utatur verbis præceptivis, quæ solent signifi- care transgressionem mortalem, ut patet ex Clem. ibi: Ex vi verbi transgressio est mortalis. At sub illo præcepto non continetur tantum, ut Parochus ea verba proferat, sed alia magni momenti, nempe, ut præmit- tantur denuntiationes, & ut Matrimonium celebretur coram Parocho & testibus, ut habeat librum &c. Cum ergo hoc solum

non sit materia illius præcepti, sed conti- neat inter alia graviora, & hoc quid leve sit, ejus omisso non erit peccatum mortale.

Et confirmatur; quia iisdem verbis præ- cipit ibi Concilium, ut Parochus interroget contrahentes de mutuo consensu; ejus ta- men omisso non est peccatum mortale; et- go nec omisso verborum. Ita pro sua sen- tentia argumentatur Sanchez sup. num. 7. quem sequuntur Coninck disp. 27. n. 45. Gutierrez c. 69. n. 16. Villalobos tom. 1. tr. 13. diff. 6. num. 3. Diana part. 3. tr. 4. re- sol. 256.

Sed (inquit Aversa q. 6. sect. 7. §. Obligat tamen) potius videtur culpa mortalis, & ma- teria gravis. Ita sentiunt magis communi- ter Alii, qui vel absolute hanc obligatio- nem astruunt, vel expresse determinant sub mortali. Sumi potest ex verbis Conci- lii: initio enim Decreti ait: Præcipit ut in- posterum &c. Et licet plures partes sub hoc verbo apponat: tamen inter eas includit planè hanc, ut Parochus illa verba dicat. Sumitur etiam ex ratione ipsius ritus, præ- scripti ab Ecclesia: quia debet aliquis ritus esse ejus præcepto in hoc Sacramento servari: & hic sanè est potissimus. Alioqui posset hoc Sacramentum perfici absque omni Ec- clesiastico ritu, superaddito ad ejus substan- tiam, quod sanè non videretur gravi culpâ vacare. Hæc ille.

746. Respondeo: omissionem omnium rituum posse esse materiam gravem, adeoque non vacare culpâ gravi; estõ omissiones singulo- rum; solum forent materiæ leves, adeoque vacarent culpâ gravi. Quippe dum aliqui ritus adhibentur, satis significatur, contra- ctum istum non esse omninò profanum, veluti erat ante ejus elevationem ad digni- tatem Sacramenti in nova Lege; sin autem nulli omninò ritus adhiberentur, cederet id in notabilem irreverentiam Sacramenti, quod, cum sit res maximè sacra, videtur quod saltem cum aliqua ceremonia sacra debeat ministrari, ut hæc ratione signifi- cetur dignitas Matrimonii, ad quam à Christo elevatum fuit.

Sed nunquid, dum Parochus non dicit illa verba, contrahitur Matrimonium abs- que omni Ecclesiastico ritu? Manifestum est, quod non; quippe & ista assistentia Pa- rochi ritus aliquis est, & potissimus quidem, utpote necessarius ad valorem Sacramenti. Insuper inter solemnitates Matrimonii re- dè numerantur denuntiationes, quæ sub peccato mortali præmittendæ sunt, ut pa- tebit ex dicendis Sect. sequenti. Igitur pro- pter hoc argumentum Aversæ non est recedendum à sententia Sanchii & Aliorum; præsertim cum non sint multiplicanda pec- cata mortalia sine evidenti ratione, quam

B b b b hic

744. Confirmatur.

Sanchez, Coninck, Gutierrez, Villalobos, Diana.

745. Oppositum probatur ex Aversa.

746. Probatio ex penditur.

Et rejicitur.

hic non video; cum multis viris doctis videatur prolatio istorum verborum levis materia, nec sit totalis materia illius præcepti.

747. *An sufficiat ea verba proferre per interpretem?*
Alia quæstio est; an ad evitandum peccatum, sufficiat ea verba proferre per interpretem; sicuti sufficit per interpretem petere & inquirere consensum? Nam & hæc petitio requiritur, ibi: *Ubi Parochus, viro & muliere interrogatis &c.*

Negat Sanchez.
Negat Sanchez sup. n. 8. Quia, inquit, est diversa ratio: nam interrogare est, ut cognoscat consensum, qui cum ore convenientius exprimitur, ubi Parochus idioma non intelligit, non posset de consensu aliter, quam per interpretem interrogare & certior fieri: at ea verba profert Parochus tanquam Ecclesiæ minister, & ut ipsius nomine benedicat sponfos, Matrimoniumque approbet, quod convenienter non fit per interpretem: maximè cum Tridentinum petat ipsum Parochum ea verba dicere: quare erit culpa venialis.

Ubi tamen Parochus verba dixisset, vacaret culpâ, petere ab interprete, ut ea verba declaret contrahentibus, sic dicens: *Parochus vos conjungit in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*. Hæc ille.

748. *An sit necessaria declaratio verborum Parochi.*
Rogas: an sit, necessaria, hæc declaratio? Audi Averfam sup. Hæc, inquit, est sacra functio, quæ à ministro Sacro debet per se adimpleri. Et interrogatio quidem ac responsio expressiva consensûs, debet utrimque intelligi, idèquæ adhibetur interpretes. Sed illa benedictio Sacerdotis non oportet, ut à conjugibus intelligatur. Sicut & in Sacramento Pœnitentiæ Confessio rectè fit per interpretem, ut Sacerdos peccata intelligat; sed Absolutio debet per se proferri à Sacerdote, quàmvis non intelligatur à pœnitente. Hæc ille. Sicut ergo non est necessarium per interpretem declarare verba Absolutionis pœnitentibus, ita neque necessarium erit verba Parochi, benedicientis sponfos, per interpretem eis declarare.

749. *An obligetur Parochus interrogare virum & feminam.*
Addi solet (prosequitur Averfa supra) debere etiam Parochum ex obligatione servare hunc modum, ut ipse interroget virum & feminam de mutuo consensu. Idque sub mortali, ait Vega lib. 6. casu 112. Sub veniali solum, ait Sanchez disp. citatâ num. 9. Coninck disp. 27. num. 74. & Diana part. 3. tract. 4. resol. 294. Quia potest esse, ut contrahentes ipsi ex se, & non interrogati proferant consensum.

Verùm si contrahentes ex se, non expectatâ interrogatione, proferrent suum consensum, non solum nulla esset culpa Parochi præmittere interrogationem, sed superfluum esset illam addere: siquidem per consensum spontè expressum, jam peractus esset conjugal contractus. At

quando contrahentes non ex se proferant consensum, sed expectant interrogationem Parochi, debet utique is eos interrogare seu monere, ut proferant suum consensum. Et in hoc posset peccare venialiter, immutando modum interrogationis præscriptum in Rituali, quia hæc immutatio esset levis materia.

Atque conveniens est, ut Parochus us interroget virum, ac post feminatum ob dignitatem viri, tum ob modestiam feminæ. Et ita in Rituali præscribitur, quare aliqua inordinatio esset, si modum invertere. Debet quoque adimplere alia, quæ in eodem Rituali præscribuntur, utpote benedictionem & invocationem annuli, aliasque preces. Hæc tamen solum veniale, quando ea sine inordinabili inordinatione præmitterentur, solum quando ex causa, utpote si sponfos haberent anulum, aliave simili. Ita Auctor.

Et reverà non semper illa interrogatio, utpote obligationem, si contrahentes non cognoscant, non est consensum: quando ergo ille aliter, utpote stat, cessat lex, quia cessat obligatio ejus finis, cum nullus alius possit adimpleri. Quis enim ille esset? Siquidem non est ritus aliquis facer, ut propter, celebrante illo fine, deberet adhiberi.

Puto ego cum prædicto Auctore, nullam ejus esse obligationem, quando contrahentes sponte suum consensum expriment, & censo eos non peccare, hoc exprimendo suum consensum ante interrogationem Parochi, cum nullam præcipiatur contrahentibus, ut expectent interrogationem Parochi; siquidem Tridentinum non alloquitur contrahentes, sed solum Parochum, dicens: *Ubi Parochus viro & muliere interrogatus*, scilicet quando contrahentes sponte non expriment consensum, sicuti non solent exprime.

Si dixeris; Parochus non solum debet interrogare de consensu, sed etiam de impedimentis. Respondeo: hoc per illa verba neutiquam significari; nam immutatè subjungitur: *Et eorum mutuo consensu intellecto*. Ergo de solo consensu intelligendum sunt, & non de impedimentis, quibus prius dixerat Concilium: *Si nullum legitimum opponatur impedimentum, celebratio Matrimonii in facie Ecclesiæ procedatur, ubi Parochus &c.* Ergo supponit Concilium, interrogationem seu investigationem de impedimentis debere præcedere celebrationem Matrimonii: interrogatio autem, de qua hic agitur, est post celebrationem Matrimonii.

Et sanè non est credibile, Ecclesiam

BIBLIOTHEK
SACRAMENTUM
PAROCHII

voluisse interrogationem rei, tam necessaria, fieri, cum jam contrahere volunt, & ubi fama jacturam facere deberent, si impedimentum esset infamans, quod si non esset infamans, saltem se infamarent, cum illius impedimenti consci, essent jam parati ad contrahendum.

Nonne cum devenitur ad Matrimonium, jam præcesserit denuntiationes, ex quibus constare debet, an subsit aliquod impedimentum? Prorsus, ut videbimus Sect. sequenti. Quod si ex Ordinarii dispensatione ea non præmittantur, ipsius Ordinarii (inquit Sanchez sup. num. 10.) interest, informationem præmittere de impedimentis: Parochi autem solum est obedire Ordinario præcipienti, ut eos conjungat. Quando autem in casu necessitatis urgentis, quia non est ad Episcopum aditus, ipso inconsulto, denuntiationibus omisis Parochus interesset Matrimonio, tunc tenetur inquirere diligenter, an subsit impedimentum, cum loco Episcopi succedat. Hæc ille.

Si objicias caput fin. de Claud. despons. in principio, ubi postquam dictum fuit, præmittendas esse denuntiationes, subditur: Et ipsi Presbyteri nihilominus investigent, utrum aliquod impedimentum obsistat.

Respondet præfatus Auctor: hoc intelligendum, ubi esset aliqua suspicio impedimenti, & tunc non essent interrogandi contrahentes; non enim est hoc investigare; quia ipsi facile decipient Parochum & negabunt. Ita Sanchez.

Porro Rituale Rom. tit. de Sacramen. Matrim. sic incipit dicere: Parochus admonitus de aliquo Matrimonio in sua Parochia contrahendo, primum cognoscat ex his, ad quos spectat, qui & quales sint, qui Matrimo-

onium contrahere volunt. An inter eos sit aliquod canonicum impedimentum. Utrius sponte, libere, & secundum honestatem Sacramenti velint contrahere.

Et verò, quis melius potest scire, utrum sponte, libere, & secundum honestatem Sacramenti velint contrahere, quam ipsi sponsi? Et fieri potest, ut inter eos sit aliquod impedimentum Canonicum, quod nemo alius novit. Sed & ad ipsos sponfos maximè spectat contrahere Matrimonium. Quidni ergo & ipsi possint & debeant interrogari de impedimentis, quamvis non in ipso actu, seu dum sunt in facie Ecclesiæ? Quòd autem hoc non sit investigare, undè probatur? Siquidem investigare impedimenta, non videtur esse aliud, quam de impedimentis interrogare.

Interim Concilium dicto loco non agere de illa interrogatione, expressè significat Rituale Rom. sup. ibi: Parochus igitur Matrimonium celebraturus, publicationibus factis tribus diebus festis, ut dictum est, si nulum obsistat legitimum impedimentum, in Ecclesia superpelliceo & albâ stolâ indutus, adhibito uno saltem Clerico superpelliceo pariter induto, qui librum & vas aquæ benedictæ cum aspersorio deferat, coram tribus aut duobus testibus, virum & mulierem, quos parentum vel propinquorum suorum præsentia corroborari decet, de consensu in Matrimonium interroget utrumque sigillatim.

Usqueadmodum de præsentia Parochi & testium, quæ novo jure Tridentini requiritur ad valorem Matrimonii. Sequitur agendum de proclamationibus seu denuntiationibus, Matrimonio præmittendis, si ve jure antiquo cap. fin. de Claudest. despons. si ve etiam jure novo Concilii Tridentini, pro quibus instituitur

754. Sponsi possunt & debent interrogari de impedimentis.

sed non in ipso actu.

755. Conc. Triad. d. loco non agit de illa interrogatione, ex Rit. Rom.

